

SAMUEL
EX
JURIS

NOVISSIMIS
IN GRATIA
M
INSTITUTIONE

NOTIS ET

CAROLI O

SACRI IMP
STATU ARGENTINAE
PALATINI CONSILII
ALMA ET AN

ITA AD

Uttam Practica

na, cum ex Jure Pub
Germanici, cum Privato
Germani Juris principis
Sententia

Opusculum non tantu

Præcipuis verbis Sa
ar nos Græciam Juri
venerabilis

EDITIO SECUNDA

APPENDIX

Quibus ab Imp

Subjuncta Texta
Cum singulari

NOGINTIA ET FR

SAMUELIS STRYKII
EXAMEN

JURIS FEUDALIS,

^{EX}
NOVISSIMIS EJUS INTERPRETIBUS
IN GRATIAM AUDITORUM COLLECTUM,

^{AC}
METHODO
INSTITUTIONUM JUSTINIANEARUM
DISPOSITUM,

^{CUM}
NOTIS ET ADDITIONIBUS

CAROLI OTTONIS THYLLII, JCTI,
SACRI IMPERIALIS PALATII COMITIS,
STATUS REGIMINIS, ET COLLEGII REVISORII ELECTORALIS
PALATINI CONSILIARII, PROFESSORIS JURIS IN HAC
ALMA ET ANTIQUISSIMA UNIVERSITATE HEIDEL-
BERGENSI PRIMARII,

ITA ADORNATIS ET INSTRUCTIS

Ut tam Practicas, quàm Theoreticas Doctri-
nas, cum ex Jure Publico, imprimis Imperii Nostri Romano-
Germanici, tum Privato, influentibus continuo Ingenuis Naturæ ac
Gentium Juris principiis depromptas, Selectissimorumque Auctorum
Sententiis confirmatas complectantur;

*Opusculum non tantum Cupide Legum Juventuti, sed &
Præpositis omnibus Supremarum etiam Curiarum Feudalium,
nec non Civilium Judicibus, Causarum Patronis, Aliisque Publico in ser-
vientiis apprime necessarium & perquam utile.*

EDITIO SECUNDA ALTERO TANTO PRIMA LOCUPLETIOR.

ACCESSIT

APPENDIX SOLENNIUM,
Quibus ab Imperatore Imperii Principes hodie
investiuntur.

Subjuncta Taxa Dignitatum in Imperio & Vassallagiis.

Cum singulari Privilegio Serenissimi Electoris Palatini.

MOGUNTIA ET FRANCOFURTI, IN OFFICINA MAYERIANA,
Anno 1719.



D. R. 82

²be

137A 483 01

NON debet
tum, a
dentiam in ha
detrahere. Q
via & recta, qua
quos cum mag
re: Neque eni
rationes sunt, c
tum lusus.



VALDE
OPPORTUNUM EST ILLUD
L. ANNEI SENECAE EPISTOL. CII.

Non debuit hoc nobis esse propo-
situm, argutias serere & Jurispru-
dentiam in has Angustias ex sua Majestate
detrahere. Quantò satius est ire apertâ
viâ & rectâ, quàm sibi ipsi flexus disponere,
quos cum magna molestia debeas relegere:
Neque enim quicquam aliud istæ dispu-
tationes sunt, quàm inter se peritè captan-
tium lus.

Samuel S

Rarifert op

*S*ic est, ne prohib
 Nemo, ver
 Oris opes etenim
 Quis tenet actum
 Et multos succu
 Abstrusaque do
 Quare Juris op
 Es pro a simul
 Nihil multiter qu
 Tricas, quas ver
 Sunt testes vero, sunt
 Quos ad utrumque
 Maxime ecce voca
 Auctori Ex amo
 Quod methodo, Jur
 P. spicua tradit,
 Hic explanari cup
 Meum sincere qu
 ORISOPES RA
 Petrus MULT
 Jam tibi se vigilat
 Anni DOCTORA

M

RUDOLPH
jam

Samuel Striccius, Jurium Doctor
& Professor.

Anagr.

Rari fert opes Oris : docet multos succum Juris.

Evolutio.

Sic est, ut perhibet. summi pranobile STRYKI
Nomen, veracis testis obitque vicem.
Oris opes etenim rari fert omnibus, Ejus
Quos tenet atq; tenos Suada fluore suo ;
Et multos succum (docili modo mente reponant)
Abstrusasque docet quartre Juris opes.
Quarere Juris opes docet has, qua publica secum
Et privata simul commoda ferre queant.
Nullus inutiliter quo se didicisse queratur
Tricas, quas iterum dedidicisse decet.
Sunt testes vivi, sunt testes undique Fœtus,
Quos ad utrumque procul Laus vehet ipsa Polam.
Materiem ecce novam ! Præfens præconia cerse
Auctori Examen non leviora dabit.
Quod methodo, Juris quam prima Elementa sequuntur.
Perspicua tradit, quid sibi FEUDA velint.
Hoc explananti cupidus qui commodat aures,
Mecum sincerè quod fateatur, habet :
ORIS OPES RARI FERT SUCCUM denique JURIS.
Perrara MULTOS commoditate DOCET.
Dum tibi sic vigilat, faustos Studiosa Juventus
Annos DOCTORI mille precare tuo.

Magnifico Auctori observantissimum
testaturus affectum.

Editionem hanc *Questionum Feudalium*
ita excipere voluit, debuit,

RUDOLPH. FRIDER. Schultt Equ. Curland.
jam Screniss. Elect. Sax. Consiliar.

)((3

IN-



I N D E X C A P I T U M.


	<i>Cap. I.</i>	
De Origine Juris Feudalis, ejusque auctoritate.		p. 1.
	<i>Cap. II.</i>	
De Natura ac Definitione Feudi.		p. 30.
	<i>Cap. III.</i>	
De Divisione Feudi, in specie de Feudis propriis.		p. 53.
	<i>Cap. IV.</i>	
De Feudis Impropriis.		p. 80.
	<i>Cap. V.</i>	
De Personis Feudum concedentibus.		p. 113.
	<i>Cap. VI.</i>	
De Personis Feudum acquirentibus.		p. 134.
	<i>Cap. VII.</i>	
De Nuptiis & Tutela feudali.		p. 145.
	<i>Cap. VIII.</i>	
De Rebus in Feudum dandis.		p. 163.
	<i>Cap. IX.</i>	
De Regalibus.		p. 180.
	<i>Cap. X.</i>	
De Servitutibus Feudo impositis.		p. 200.
	<i>Cap. XI.</i>	
De Præscriptione Feudi.		p. 209.
	<i>Cap. XII.</i>	
De Investitura Feudi.		p. 224.
	<i>Cap.</i>	

De juramento
De Dispositio
De Successione
De Successione
De Renovatio
tenda, & La
De Obligatio
De Contractu
De Feudi alien
De Obligatio
De modis quibus
De Delictis feu
Feudum.
De Actionibus
De Judiciis

INDEX CAPITUM,

	<i>Cap. XIII.</i>	
	De juramento Fidelitatis Investituræ annexo.	p. 254.
	<i>Cap. XIV.</i>	
	De Dispositione testamentaria circa Feudum.	p. 365.
	<i>Cap. XV.</i>	
	De Successione Descendentium in Feudo.	p. 276.
	<i>Cap. XVI.</i>	
	De Successione Ascendentium & Collateralium.	p. 311.
	<i>Cap. XVII.</i>	
	De Renovatione Investituræ à successore Feudi petenda, & Laudemio.	p. 319.
	<i>Cap. XVIII.</i>	
	De Obligatione feudali inter Dominum & Vasallum.	p. 341.
	<i>Cap. XIX.</i>	
	De Contractibus circa Feudum inire licitis, vel non.	p. 363.
	<i>Cap. XX.</i>	
	De Feudi alienati revocatione.	p. 381.
	<i>Cap. XXI.</i>	
	De Obligatione feudali ex quasi contractu.	p. 394.
	<i>Cap. XXII.</i>	
	De modis quibus, obligatio feudalis solvitur.	p. 412.
	<i>Cap. XXIII.</i>	
	De Delictis feudalibus, & ad quem ob id devolvatur Feudum.	p. 424.
	<i>Cap. XXIV.</i>	
	De Actionibus feudalibus.	p. 452.
	<i>Cap. XXV.</i>	
	De Judiciis & Processu feudali.	p. 465.

LECTO-



LECTORI BENEVOLO
ET CANDIDO SALUTEM!

Illa, quæ Cl. Autorem ad velificandum & indulgendum olim Dnn. Auditorum suorum geniis & desiderijs movit argumentorum ratio; Eadem quoque ad navandam & suscipiendam hancce operam me nunc impulit, atque vi quâdam tacitâ adegit, quem in finem, Tibi, hæc *μελετήματα* & conceptus in maximas Magni Strykii, Viri summæ & constantis famæ, laudes, exhibeo; Ubi prolixiores aliquando digressiones in Gratiam Dnn. Auditorum, quorum intuitu hicce labor potissimum susceptus prodit, inferui, atque illa ipsâ varietate, *cum Plinio in Epistolis*, tentavi efficere, ut si non quædam, quod difficile omnibus, tamen alia aliis placeant, atque hujus lucubrationis Læus, apud Illos, qui alienos sine livore legunt labores, si non magna, tamen lata esset; Paucula hæc, cum nec ipsa opusculi ratio præfationis ambages admittat, præfaminis loco præmittere volui, Vale Benevole & Candide Lector!
& conatibus sinceris fave,



PRÆF

LECTO

Tribus ta
da ratio
minis F
ferit, sexennium
Juris Feudalis
desiderarent St
ticam saltem A
mam hujus Ju
vis ergo Com
copia, displice
quod plerumq
exhiberent, s
penitus neglig
rent. Inde, ut
ribus hujus ju
lora æstimare
lud, ac quantu
stitutionum exh



PRÆFATIO PRIMÆ
EDITIONIS.

LECTORI BENEVOLO

S.

TRibus tantum verbis tibi reddenda ratio L. B. quæ præsentis Examinis Feudalis editionem extorserit, sexennium jam integrum est, cum Juris Feudalis interpretationem à me desiderarent Studiosi. Verùm Synop-
ticam saltem flagitabant, non plenissimam hujus Juris discussionem. Quamvis ergo Compendiorum non deesset copia, displicebant tamen ea propter, quod plerumque concisè nimis hoc jus exhiberent, usum verò ejusdem vel penitus negligenter, vel parum tangerent. Inde, ut colligerem ex recentioribus hujus juris interpretibus, quæ utiliora æstimarem, petierunt. Præstiti illud, ac quantum licebat, Methodo Institutionum exhibui; Ita tamen, ut sem-

)(2

per

per ad fontes, unde hæc hausta, remiserim Lectorem, ex quibus levi operâ, quæ deesse videbuntur, supplere poterit. Quæstionibus verò propterea includere volui, ut eò magis privato Studioforum Usui inserviret, ac solitario examini commodum foret. Exposui easdem semel iterumque privatis Lectionibus; & cum denuo eandem operam à me rogarent, sed describendi tædio liberari vellent, ipsique sumptus præli offerrent; detuli tandem desiderio ipsorum, sed hac lege, ne plura typis excruberentur exemplaria, quam quæ Studiosis heic loci sufficere possent. Quòd si ergo ad aliorum manus fortè devenerit libellus, reputent illi, non doctorum, sed discipulorum utilitati hic à me velificatum. Cui displicuerit Methodus, utatur alià. Si fortè decisio ingrata, sciat, maluisse me Doctorum vestigia premere, quàm in informanda juventute cerebro nimium indulgere, & fictas Auditoribus obtrudere opiniones. Vale.

Dab. Francof. ad Viadr. d. 23. Febr.

Ao. MDC LXXV.

EXAM
FE
C

ORIG
FEUD
AU

GENER

1. Fendorum indoles
vel alterius rei
vel gentium rece
in utilitatem ce
recepta, huc
ubique equalis
Fidelitas quidem
fatione servitior
bella debent, etia



I. N. 7.

EXAMINIS JURIS FEUDALIS

CAPUT I.

DE

ORIGINE JURIS FEUDALIS EJUSQUE AUTHORITATE.

GENERALIA CAPITIS.

1. Feudorum indoles cum consistat *in concessione utilitatis* unius vel alterius rei *sub lege fidelitatis*, hinc ubi locorum vel gentium receptum fuit, sub conditione fidei specialis, utilitatem certi prædii concedere, ibi quoque feuda recepta, licet nomen ignoratum, nec forma concessionis ubique æqualis fuit.
2. Fidelitas quidem illa ab initio præcipuè consistebat in præstatione servitiorum militarium, inde *cui juri originem bella debent*, etiam feuda adscribi possunt; sed successu
A
tempo.

temporis ad alia fidelitatis officia feudorum appellatio extensa.

3. Feudis introductis, certis legibus opus fuit, quo illa continerentur; & cum quisque rei suæ, quam in alterum transfert, legem dicere possit, quam velit, sine dubio ab initio merum *jus conventionale* inter dominum & Vasallum obtinuit, quod cum alii pariter imitarentur, tandem *consuetudo* indè orta.
4. Inter has verò consuetudines ad nostram notitiam præcipuè pervenerunt Longobardicæ, quæ per *usum & observantiam* effectum juris nactæ.

I. Undè originem trahunt FEUDA?

Resp.

Certo modo, & si formam feudorum genericam consideres, dici potest ex jure Gent. Hoc enim ratio naturalis junctâ necessitate publ. exigat, ut militibus potissimum prædia ab hostibus occupata pro bene meritis concederentur, sub conditione tamen fidelitatis, quo eo securior esset Respublica, & ad patriam defendendam magis alligerentur. Deindè etiam ipsi contractus, per quos feuda constituta, ex jure Gentium dependent; *Anton. Disp. 1. th. 1. Lit. C. in fin.* Accedit his Gentium plerumque receptio seu approbatio; Nam in Asia quoque apud Japponenses feuda esse, probat *Maurit. Posit. Juris Feud. Controv. Decad. 1. Posit. 5.*

Quæst. 1. Ex *Jure Gentium.* Jus Gentium, quod est jus aliquod divinum *Virriar. de Jure. Natur. & Gent. Cap. 1. Quæst. 21.* à moratoribus Gentibus per rectam rationem

nem

non cognitur, pr
utiq; deprehend
feudorumque
quoque referri
§. 2. & 4. l. f. u. d.
& ff. benivolent
adunt; etque hu
tici, contrahere,
procal ab initio int
vitionale obtinuit
tem in Consuetu
CL. Galium 2. Obj.

Exig. Natural
dam h. e. benefici re
narius ob pudorem
acceptum remunerat
quamvis exord. ac
tur; indè *Milithor*
bus, sub fidei feuda
r. de l. f. & l. n. ff.

Japponenses. Ap
rum live Timariotari
diti hinc nomine t
anis locaciones præ
non prædiorum ipso
evadunt, nisi & hi, Pr
diorum *quæstionem*
populos feuda v
feudis similia sunt
re. vid. *infra. Cap. 1.*
multum discrepantia.

nem cognitum, propterque necessitatem & utilitatem cultum, utique deprehendit justas beneficiorum honorandorum pensandorumque causas, quorsum commodè donatio in genere quoque referri potest, quin & feuda, quæ beneficia 1. f. 1. §. 2. & 4. l. f. 14. 15. 16 17 18. 2. f. 23. item benevola actio 24. & 55. benevolentia tacitâ sive expressâ concessa, rectissime audiunt; estque hujus ac naturalis Juris principium, licere pacisci, contrahere, hinc & feudum constituere, dubio, enim, procul ab initio inter Dominum & Vasallum merum jus conventionale obtinuit, quod, cum æquitate suâ constaret, tandem in Consuetudinem abiit; addant. præterea, quæ ad *CL. Gailium 2. Obs. L. n. 16.* notavimus.

Exigit.) Naturalis enim æquitas redhostimentum quoddam h. e. beneficii retributionem accepti efflagitat, quare donatarius ob pudorem naturalem in conscientia ad beneficium acceptum remunerandum obligatus, accommodè dicitur, quamvis exindè actio in foro exteriori contra illum non detur; indè Militibus, Rem publicam suis laboribus sustinentibus, sub fidei feudalis tamen lege, prædia addicit *l. 15. §. 2. π. de R. V. & l. 11. ff. de Evict.*

Japponenses.) Apud Turcas Vasallis non absimilis Spahorum sive Timariotarum Ordo Equestris est, cui bona & prædia fiduciæ nomine tribuuntur, tamen ita, ut singulis decem annis locationes prædiorum renovari debeant, quorum liberi non prædiorum ipsorum sed pecuniarum tantum successores evadunt, nisi & hi, Principis beneficio beati, paternorum prædiorum possessionem accipiant, sic apud plerosque Europæ populos feuda usitata vid. *Notata ad qu. 5. seq.* in Hispania feudis similia sunt Bona Majoratus, in Lusitania Bona Coronæ. *vid. infr. Cap. 15. qu. 32.* quamvis naturâ suâ à feudis multum discrepantia.

2. Sed à qua Gente potissimum
orta?

Resp. Germanis originem adscribit *Struv. c. 1. th. 3.* Conf. *Dn. Eyben Elect. feud. c. 4. §. 1. seqq.* Romanis verò accepta fert *Hattysen in Annal. Jur. Feud. c. 1. princ. Vultej. de feud. c. 1. in fin.* Plerique ferè ad Longobardos initium referunt. *Ludw. in Synops. Feud. pag. 3.* Alii demùm ad Gallos & Francos. *Molinaus ad Consuet. Paris. Tit. 1. pr.* sed omnia hæc in conjecturis consistunt. Francos tamen Germanos fuisse, ostendit *Iser. de Feud. Imper. c. 1. §. 10.*

Quæst. 2. Consistunt.) Certior feudistarum calculus, materiam feudorum Longobardis, at illorum formam Francis, Majoribus nostris, adscribendam tenet, qui sub CAROLO M. victores extiterunt; Longobardis, enim, à Narsete, qui Eunuchus fuit, ex Pannonia, quam per XLII. annos inhabitabant, ultionis studio in Sophiam Imperatoris Justiniani Uxorem contumeliosè Narsetem hunc tractantem ad *colum & lanam*, omiffis armis, relegantem, in Italiam (quam per 200. annos possederunt) evocatis, cumquè eorum ultimo Rege Desiderio à Carolo re & nomine Magno devictis & superatis, Regnum Longobardicum non tantùm destructum, sed & ad Francos delatum est; in hæc enim verba accuratissimus Publicista *Dn. Coccejus Juris Pub. ic. Prud. Cap. VI. §. 1.* plenius:

» Accessit Germaniæ porrò Regnum Italiæ, inquit, quod
 » Carolus M. 26. antè annis quæsitum habuit, quàm Romæ
 » Imperator salutatus est; Additque in Exegesi: Imperator factus est A. C. 800. die Natali Christi, *Onuphr. Rom. Princ. Libr. III. Cap. I.* Sed regnum Italiæ acquisivit Anno 774.
 » victo ejus Rege Desiderio: Sigon. Victo, ait, captoquè Rege Desiderio, & Longobardis omnibus in fidem ac deditiorem acceptis, Carolus Regnum Italicum sibi jure Victo-

» rix

nie vindicavit.
 774. Onuphr. d.
 Longobardorum
 Tom. III. ad 200.
 793. & Ann. 11.
 811. & Ann. 94.
 Sigon. d. 4. n.

» §. 2. Eum se
 Goldast. d. Tom. n.
 dus, aliquè Caro-
 luo, est cum quoc-
 robus Crassus & A-
 thici sunt cum Be-
 Regnum usquè ad
 Ery. Putean. Hist.

» §. 3. Hic Otto
 Italiam est ante vi-
 Ann. 912. illud Ber-
 tit: Sigon. d. 1. 6. n.
 que apud eum exte-
 ros in hac ipsa causa
 probat. Cov. Exer-
 cipiendum deinde
 peno jure Germani-
 vor factus est. Sigon.
 In, v. 1. 1. 6.

» §. 4. Unde
 ne prius separatum
 tenuit. Exundè Dn.
 Longobardi, incremen-
 tum à longis Barbis

ria vindicavit. *Sigon. de Regno Italia L. 4. pr. sub. Ann. 774. Onuphr. d. c. 1. dictusquè indè est Rex Francorum & Longobardorum, Goldast. Tom. 1. Constit. ad Ann. 794. & Tom. III. ad Ann. 779. Ann. 787. Ann. 790. Ann. 796. Ann. 798. & Ann. 802. & Tom. un. Const. ad Ann. 794. Ann. 802. & Ann. 964. ac numeratur à Sigon. Rex Italiae XXIV. Sigon. d. l. »*

» §. 2. Eum secuti sunt in hoc Regno Pipinus Filius, » *Goldast. d. Tom. un. ad Ann. 802. deindè Nepos Bernardus, aliiquè Carolingi. Sed Ludovico II. sine Liberis mortuo, etsi tum quoquè Carolingi successerint, imprimis Carolus Crassus & Arnolphus, Reges Germaniæ, tamen conflictati sunt cum Berengario aliisque Italis, qui usurpârunt Regnum usquè ad Ottonem, Sigon. de Regno Ital. Libr. 6. Eryc. Putean. Histor. Insubr. Libr. 5. & 6. »*

» §. 3. Hic Otto I. itidem, mortuo Lothario, Regnum » *Italiae diu ante vindicavit, quàm Imperator fuit; adeò, ut Ann. 952. illud Berengario jure feudi, ceu Vasallo concesserit: Sigon. d. l. 6. in Ann. 952. uti plenius ex Baronio, & quæ apud eum extat, Relatione Luitprandi, tunc ad Græcos in hac ipsa causa Legati, Witechindo item, & aliis probat Cour. Exerc. Academ. 2. §. 37. & 38. Berengario ob perfidiam deinde capto, Otto regnum sibi apertum perpetuo jure Germaniæ asseruit, & postea demum Imperator factus est. Sigon. d. l. 6. in fin. & l. 7. Putean. Histor. insubr. libr. 6. »*

» §. 4. Undè constat, Regnum Italiae longè diversum » *ac prorsus separatum quid esse ab Imperio Romano Occidentis. Exindè Dicterium istud enatum: Ortum dederunt Longobardi, incrementa Franci. Longobardi autem non dicuntur à longis Barbis, sed à Germanico Burt vel Baert vel*

Baerd vel potiùs quod sint dicti lange Boorders ; nam Boerd Saxonibus pagus est.

3. Annon verò S. Scriptura feudorum penitùs ignara ?

Resp. Neg. Nam & ibi , quæ ad feuda referri possint , occurrunt. Regibus enim bello subactis , haud rarò Regna sub fidelitatis lege relinquebantur , imò interdum juramentum fidelitatis exigebatur ; cujus exemplum occurrit 2. Paral. 36. v. 13. Conf. Genes. 14. v. 4. Nels. Diss. Feud. 1. th. 1. imò & Herodes Vassallus Romanorum fuit.

Quaest. 3. Negatur) Sententia contraria longè probabilior validiorque , cum exempla in locis allegatis occurrentia , Genes. 14. v. 4. De quinque Regibus , qui duodecim annis servivisse dicuntur. & 2. Chron. 36. v. 13. de Zedekia qui fidem Babiloniæ Regi Sacramento promississe & postea defecisse legitur , feudorum formam planè non probent , istiusmodi juramenta enim vel subjectionis vel confederationis juramenta intelligenda sunt , nam ut victus præstet fidelitatem , hoc ipsum non è vestigio facit Vassallum , sed subiectum. Æque ac Solduriorum conditio à Vassallis aliena est , qui ad eundem casum cum Domino directo ferendum , imò & ad mortem sibi consciscendam se obligârunt ; longè aliter ac Vassalli , qui prædiis in feudum acceptis propterea *fidem & fidelitatem præstare* sanctè appromittunt , probante 2. f. 6.

4. Quid ergo de origine feudorum , prout hodiè sunt , statuendum ?

Resp. Consuetudini Gentium , præsertim Europæarum , adscribenda videtur , ita quidem , ut pedetentim

tentim apud p
sione liberalita
manis (sed i
Hig. Quæst.
gari nequit. do
magis informa
rum continentio
sib Carolo M. i

Quæst. 4.)
te ararem Caroli
Marcellum Caroli
consensu Papæ ann
à juramento fidel

Om. Frigogeniæ

tra controversiam q

numera , ut in l.

contra , Imperato
mibus benedicta

Constitutiones de
Italia constituit , L

& fuisse deducit ,

cia quorundam qu

fronte quâ inde fu

plura in Saxonia ab

in finem , ut vel ill

beros , Bavaros ,

ipâ exhibere , grati

precorum , vel etiam

Specialis lega dicitur

5. Undè

Resp. Aut q
aut quæro de illo,

rentim apud plures invaluerit, sub fidelitatis promissione liberalitatem exercere, inter quas tamen Germanis (sed in sensu latiori acceptis, de quibus vid. Heig. *Quæst. Illustr. L. 1. Q. 1.*) plurimum deberi, negari nequit, donec tandem Longobardorum moribus magis informata, & specialia quædam circa feudorum constitutionem recepta. Imperii vero feuda sub Carolo M. initium cœperunt. *luer. d. l. c. 1. §. 11.*

Quæst. 4.) Certò constat, multis retrò annis etiam ante ætatem Caroli M. feuda in usu fuisse; etenim Carolum Martellum Caroli M. Avum jam decimas Ecclesiarum militibus consensu Papæ anno 714. dedisse, & Pipinum Caroli M. Patrem à juramento fidelitatis Hilderico præstito absolutum fuisse, *Otto Frisingensis. Lib. 5. Cap. 23.* probare annitur; Extra controversiam quoque plura in Jure Romano extare monumenta, ut in *l. 2. & 3. C. De fund. limitrophis*, ex quibus constat, Imperatores Tribunis, Præfectis, Ducibus, Comitibus beneficia concessisse. De Carolo M., illum quasdam Constitutiones de beneficiis promulgasse & novos vasallos in Italia constituisse, Lindenbrog *de Vita Caroli M. fol. 104. tradis & susius deducit*, sc. eum Jus istud vetus feudale contumacia quorundam quasi oblitteratum reduxisse & stabilivisse, spontè quasi inde fuit suâ. Quin negari vix poterit, feuda plura in Saxonia ab ipso Carolo M. constituta fuisse; Eum sc. in finem, ut vel illis, qui fidelem contra Saxones, Longobardos, Bavaros, Saracenos aliosque hostes suos operam ipsi exhibuere, gratiam referret, eosque debellatis & devictis præficeret, vel etiam ipsis subjectis, magis magisque sub fidei specialis lege obstringendis, fundos concederet.

5. Undè verò ipsum Jus Feudale?

Resp. Aut quæro de jure feudali in genere, aut quæro de illo, quod Corpori Juris adjectum; Illud

lud Longobardis adscribi non potest, cum dubium non sit, gentes diversas, recipiendo pedetentim feuda, jura quoque specialia sibi circa eadem constituuisse, ab initio quidem conventionem, postea etiam lege publica. Vid. Grot. de J. B. & P. lib. 2. c. 7. §. 21. Hoc verò Longobardorum moribus adscribendum. Confer. Struv. c. 1. ib. 5. quamvis lapsu temporis alia huic juri superaddita. Vid. quest. 7.

Quest. 5.) Cl. Autor in hac quaestione virtualiter ea repetit, quæ ad quaestionem primam respondens tradiderat, sc. Feuda Gentibus moratioribus accepto ferenda esse, nostrum feudale Jus v., quod à Jure Consulto Hugolino sub Friderico secundo ineunte seculo XIV. calci Corporis Juris Civilis subiectum, ab Italis tandem ad alios Europæ Populos, Germanos, Gallos, Hispanos, Lusitanos, Sicilienses, Belgas, Danos, Anglos, Scotos defluxisse; Cui subsequenter temporibus alia atque alia Consuetudines accesserunt, ceu in Imperio nostro Romano-Germanico de jure singulari Saxónico feudali, nec non de aliis particularibus Consuetudinibus Feudalibus, v. Struv. Syn. Jur. feud. Cap. 1. aph. 6. & 8. satis constat. Vide Notata nostra ad cap. XV. Qu. 12.

6. Undè autem de hoc constat?

Resp. (1.) Ex vocabulorum in jure feudali occurrentium significatione; pleraque enim Longobardica sunt, ut Feudum, Vasallus, Soldata, Felonia. - (2.) Ex textu 2. F. c. 1. §. 1. ubi expressè dicitur, quod causæ feudales dirimantur jure Longobardorum, non jure Romano, nisi saltem in subsidium. Vid. Giphon. Disput. Feudal. 2. n. 9.

Quest. 6.

Quest. 6. Fel
dix Carenz, C
In subsidium
f. 22. suggerunt, ac
Notata nostra ad qu

7. Sed an in
hibetur,

Resp. Non;
mano sunt; quæ
cipam adjecta, u
& Friderici I. Im
feudali conspiciunt
ton, ib. 1. lit. G.
Imo & Pontificu
lit. H. quorum p
in fin

Quest. 7. Confici
34. 35. 37. 38. & 52. f
add. 2. Feud. 35.

& Sed si à Lo
est, quare ita

ANTIQ

Resp. Dicitur o
tione compositioni
post obitum Justinia

* * *

Quaest. 6. Felonia) Quod & Nomina Guardiae, Gastaldiae Cavenae, Camerae, &c. satis superque probant.

In subsidium) Exempla Textus disertissimi 2. f. 26. §. 1. & 1. f. 28. suggerunt, addaturque Cl. Autor infra cap. XI. ibique Notata nostra ad qu. 6. & seqq.

7. Sed an integrum hoc Jus, uti exhibetur, à Longobardis est?

Resp. Non; sed principia quaedam ex jure Romano sunt; quaedam verò ex constitutionibus Principum adjecta, unde Lotharii, Conradi II. & III. & Friderici I. Imperatorum constitutiones in jure feudali conspiciuntur. *Struv. c. 1. thes. 5. num. 3. Anton. ib. 1. lit. G. Vid. Dn. Horn. Jur. Feud. c. 1. §. 20. Imo & Pontificum Decreta adducuntur 1. F. 6. Anton. lit. H. quorum plura recenset Dn. Horn. d. c. 1. §. 37. in fin.*

* * *

Quaest. 7. Conspiciuntur) Uti hoc Textus 2. f. 28. 30. 32. 34. 36. 39. 51. & 52. satis probatum reddunt. (1. feud. 6.) add. 2. Feud. 35.

8. Sed si à Longobardis Jus Feudale est, quare itaque à Compileribus ANTIQUISSIMUM dicitur?

Resp. Dicitur quidem ita 1. F. 1. §. 1. Sed hoc ratione compositionis intelligendum; statim enim post obitum Justiniani Longobardi Italiam ingressi anno

B

anno

Quaest. 6.

anno 568. quo tempore quoque credibile est, feuda pederentim ab aliis esse constituta; Compilatores verò feudorum vixere circa annum Christi 1150. & ita 600. ferè annis post, ut hoc respectu merito antiquissimum dici possit, Ludov. in Synops. cap. 1. pag. 15. Conf. Bitsch. Comm. Jur. Feud. pag. 27. qui antiquissimum dici putat, non absolute, sed ratione subsequantium jurium, quorum mentio fit 1. F. 1. §. 1.

* * *

Quaest. 8. Ingressi) Et illam per 200. annos possederunt. Antiquissimum) Hoc verbum non ad priora mundi secula, sed ad domesticos Longobardorum mores & potissimum ad feudorum introductionem, tempora sc. illa, ubi Longobardi ex Pannonia in Italiam profecti sunt, addantur horum pertinentia ad preced. qu. 2. jam notata.

9. Quinam sunt Compilatores Juris Feudalis?

Resp. Receptior sententia est, primos fuisse Gerhardum Nigrum, & Obertum de Orto, Consules Mediolanenses, uti apparet ex inscriptione 2. F. 1. alibi dicuntur Sapientes Civitatis, 2. F. 25. qui ipsi sub Imperatore Friderico I. circa An. C. 1150. floruerunt. Subsequente verò tempore, ab aliis speciales quaedam consuetudines adjectæ. Unde factum, quod Gerhardus & Obertus sæpius ut testes citentur, 2. F. 25. quo ipso in contrarium moti Ludov. p. 7. & Struv. c. 1. ib. 5. n. 2. Imperatorum verò constitutiones Hugolinus Jctus adjecisse dicitur, Vult. de Feud. lib. 1. c. 1. & ab hoc quoque primum jus feudale corpori juris adjunctum. Struv. ib. 7. num. 4. Du. Rhetius Comm. Jur. Feudal. proæm. verb. incipiunt. n. 6.

Quaest.

Quaest. 9.) Purca
ria Mediolanensis
Mediolanensi non
nunt, etenim non
nunt hinc opari ad
modum Constitution
is atunde pater; im
Recepta, quæ in Ju
Germanos pertinuit
pri fuisse, quod Co
fat, sed ita remem
Feudales, ita & Re
mano peculiaris, ap

10. Ad quan
dale

Resp. Ad jus
rium. Ex consue
7. p. 1. F. 1. p. 1.

Quaest. 10. Non se
scriptum, vel non se
pessa legislatoris vol
raa (un LL. XII. Ta
eram) contat; Hoc
fratis voluntatem hab
contemum verò omne
xemp. antiorum im

11. Sed quin
rat

Resp. Adhuc ta
tuet. Nec obitat L.

* * *

Quaest. 9.) Putant quidam, hos duos fuisse Advocatos Curiae Mediolanensis, arg. 2. f. 24. Verbis: sed in nostra Curia Mediolanensi non obtinet. At illa verba potius contrarium intnuunt, etenim notum, progressu temporis alios quoque manum huic operi admovisse, prob. Cap. 2. f. 51. sicut & postmodum Constitutiones Imperatorum accessisse è supra traditis abundè patet; imò notandum: Non omnia Imperatorum Rescripta, quæ in Jure Feudali Longobardico habentur, ad Germanos pertinuisse, sed illa Populo Longobardico propria fuisse, quò Constitutio Friderici de Regal. 2. f. 56. spectat, sed ita tenendum: Quemadmodum Consuetudines Feudales, ita & Rescripta illa Imperatoria aliàs Populo Romano pecularia, æquè Germanos obligare.

10. Ad quam juris speciem Jus Feudale referendum?

Resp. Ad jus non scriptum seu consuetudinarium. Ex consuetudinibus enim idem collectum, 2. F. 7. princ. 2. F. 9. princ.

* * *

Quaest. 10. Non scriptum) Jus in genere consideratum vel scriptum, vel non scriptum est; Illud nominatur quod expressa legislatoris voluntate hacque instrumento aliquo exarata (uti LL. XII. Tabular. tabulis æreis incisæ & insculptæ erant) constat; Hoc verò, quod implicitam supremi Magistratus voluntatem habet; Jus Romanum in Corpore Juris contentum verò omne scriptum est, quia Justinianus omnia nempe anteriorum Imperatorum jura sua fecit.

11. Sed quid hodie, ubi in scripturam redactum?

Resp. Adhuc tamen consuetudinis naturam retinet. Nec obstat L. 36. ff. de LL. Ibi enim non, quod non

Quæ

non possit, sed quod non necesse sit scribi consuetudinem, dicitur. Distinguendum vero inter scripturam publica autoritate factam, & privato tantum studio memoriae causa exaratam: Illa auctoritatem legalem consuetudini tribuit, si de hac intentione Principis constet; non hæc. *Struv. c. 1. th. 7. n. 5, Ludov. in Syn. p. 10.*

* * *

Quest. 11. Publicâ auctoritate) Quod de Jure Feudali asseri non potest, quia huic juri nunquam expressus Majestatis jussus, ut in scripturam redigeretur accessit, nec illa Rapsodia Juris Feudalis Imperatori Friderico Primo oblata confirmationem expressam probat; Accedit, quod multa in hoc Jure Feudali referantur, quæ tamen nec approbentur, nec reprobenentur, 2. f. 32. 34. §. fin. 51. §. *questum*. Quod non Imperatoris sed interpretis officium est.

12. Quid verò de Imperatorum Constitutionibus in Jus feudale relatis?

Resp. Eæ quidem legis vigorem obtinent; Interim tamen adhuc à potiori, id est, à consuetudine Jus Feudale denominandum, *Finckelth. Controv. Feud. Disput. 1. quest. 6. Rittershus. partit. Feud. lib. 1. c. 1. quest. 8.* Non enim potest una alterave Constitutio Imperatoria consuetudinibus inserta, harum indolem immutare.

* * *

Quest. 12. Immutare) Quia Jus Feudale vocatur usus Regni, consuetudo Regni 2. f. 102. Jus in multis Curis & Civitatibus receptum 2. f. 88. Quin & consuetudines Feudales allegantur tanquam observationes 1. f. 1. §. *notandum*. 5. *ibi.*

ibi. Licet alter t.
mms vorem.

13. Sed an

Resp. Disting.
fit ex re scriptis
gobardicis: Prio
virentes obligat
ne contraria alic
tiori. *Vult. lib. 1. c.*

Quest. 13. Nip
liget cives Imperii,
obliga, à quibus et
sequens accuratus

14. Quo Ju

Resp. Ex rece
dam arbitrio. scio
rore in nicholas de
dicionum observa
Struv. d. th. 7. n. 4

Quest. 14. Quo
legimè sit intro
ad Ta. 3. Lib. XXXI.
Imperio nostro fuerit
vulgoque modo fuit

ibi. Licit aliter r. f. 13. in fin. r. f. 26. §. 1. vers. secundum e-
nim morem.

13. Sed an Germani hoc Jure Feudali obligantur?

Resp. Disting. inter Jus Feudale, quatenus constat ex rescriptis Impp. aut ex consuetudinibus Longobardicis: Priori casu omnes in Imperio Romano viventes obligat, nisi posteriori lege vel consuetudine contraria aliquid abolitum; Secus in casu posteriori. Vult, lib. 1. c. 1. num. 5.

* * *
Quaest. 13. Nisi posteriori) Quia jus commune omnes obligat cives Imperii, jus vero consuetudinarium illos tantum obligat, à quibus est receptum, ut Autor in Quaestione subsequenti accuratius ostendit.

14. Quo Jure itaque observantur hæ consuetudines?

Resp. Ex recepto; quatenus scil. spontaneo quodam arbitrio, sciente & non contradicente Imperatore in scholas deductæ, explicatæ, & communi judiciorum observantia comprobatæ. Vult. d. loc. n. 6. Struv. d. th. 7. n. 4. Conf. quaest. 17.

* * *
Quaest. 14. Comprobata.) Quia nulla Consuetudo, nisi legitime sit introducta & confirmata, probat, vid. Lauterb. ad Tit. 3. Lib. XXII. in O. Quamvis enim Regnum five Italia Imperio nostro fuerit conjunctum diversis tamen legibus, diversoque modo fuit gubernatum.

B 3 15. Quan-

15. Quando in Germaniam hæc consuetudines transiêre?

Resp. Credibile est, hoc demum factum esse circa initium sæculi XV ubi primùm in Germania jura doceri & Academiæ institui cœperunt, *Conring. de Orig. Jur. Germ. Cap. 32. in fin. Struv. d. loc. n. 3.*

* * *

Quest. 15. In Germania jura doceri & Academiæ institui cœperunt.) Optimè; nam sub Ruperto hoc Jus Feudale in Imperio Anno 1318. jam viguisse documento infallibili Diploma legitimacionis *Cap. 2. f. 26. §. Naturales.* derogatorium est apud *Schilter. in Commentar. ad Jus Feudale Alemann. Cap. 40.* sunt autem in Germania nostra Superiori in Statu florido Universitates seu Academiæ sequentes: *Erphordiensis* à Dagobertho Francorum Rege Anno 1202. instituta sed à Bonifacio IX. Papa Anno 1391. privilegiis dotata.

Viennensis à Friderico II. Anno 1237. instituta sed à Rudolpho IV. Alberto III. & Leopoldo II. Archiducibus Austriae Anno 1361. in commodiorem locum translata & insignibus privilegiis beata.

Heidelbergensis à Ruperto I. Electore Palatino Anno 1346. fundata.

Pragensis à Carolo IV. Imperatore & Rege Bohemiæ ab Anno 1360. vel ut alii volunt 1361. ortum, teste Lehmann. *Chron. Libr. VII. Cap. 38.* duxit.

Coloniensis à Senatu Coloniensi Anno 1388. fundata.

Lipsiensis à Friderico I. Electore Saxon. Anno 1408. instituta & Anno sequent. 1409. confirmata.

Herbipolensis à Johanne Episcopo Wirzburgensi Anno 1403. instituta.

Kostochiensis à Johanne & Alberto ducibus Megapolitanis Anno 1415. fundata.

Fribur-

Friburgensis ab
constituta.
Crispini
1456. instituta
Basiliensis à
Inghelidensis
fundata.
Moguntina à
guzino Anno 14
Tubingensis ab
Duce Anno 1477
Wittembergensis
1402. instituta.
Francfortensis
burgico & Fratre
Marburgensis
instituta.
Regiomontana
Stenburgenfis Anno
Sebenensis à Johanne
fundata, & à Johanne
Dillingensis in
Episcopo Augustano
regnet in ea dispuca
Arxuaratensis
Helmstadiensis
centi Anno 1576. ini
Altorfina à Sena
à Rudolpho V. con
Giefensis à L
data postmodum se
Anno 1650. restituta
Kilowensis à Duc
Anno 1646. constituta

Friburgensis ab Alberto VI. Archiduce Austriae Anno 1450. constituta.

Gripsovaldensis ab Uratislao IX. Duce Pomeraniae Anno 1456. instituta.

Basiliensis à Senatu Basiliensi Anno 1495. fundata.

Ingolstadtensis à Ludovico divite Duce Bavariae Anno 1412. fundata.

Moguntina à Diethero Hsenburgensi Archi - Episcopo Moguntino Anno 1482. instituta.

Tubingensis ab Eberhardo Barbato primo Wurtembergiae Duce Anno 1477. fundata.

Wittenbergensis à Friderico III. Electore Saxoniae Anno 1402. instituta.

Frankfurtensis ad Oderam à Joachimo. Electore Brandenburgico & Fratre Alberto Anno 1506. fundata.

Marburgensis à Philippo Landgravio Hassiae Anno 1526. instituta.

Regiomontana Borussiae ab Alberto I. Margravio Brandenburgensi Anno 1544. fundata.

Zehneris à Johanne Friderico I. Duce Saxoniae Anno 1548. fundata, & à Johanne Friderico II. Anno 1558. inaugurata.

Dillingensis in Svevia ab Ottone Truchsessio Walburgio, Episcopo Augustano, & Cardinale Anno 1564. instituta, qui ipsemet in ea disputasse & Lectionibus interfuisse, fertur.

Argentoratensis à Senatu Argentinenſi Anno 1567. fundata.

Helmstadtensis S. Julii ab Henrico Julio Duce Braunſvi-
cenſi Anno 1576. instituta.

Altorphina à Senatu Norimbergensi instituta & Anno 1578. à Rudolpho I. confirmata.

Giefensis à Ludovico Hassiae Landgravio Anno 1607. fundata postmodum suspensa, tandem à Georgio II. Hass. Landgr. Anno 1650. restituta.

Kiloniensis à Duce Slesvici & Holsatiae Christiano Alberto Anno 1666. constituta.

Duis-

Duisburgensis ad Rheni Ruræque confluentes à Frid. Wilk. Marg. & Elect. Brand. Anno 1655. instituta.

Hallensis à Fr. Elect. Brand. Anno 1694. inaugurata.

16. Sed numne publica Imperii Lege hæ consuetudines confirmatæ?

Resp. Neg. Nullibi enim constitutio hujusmodi exstat, Vid. *Conring. d. tract. cap. 33. in fin.* nec credibile est, libellum feudalem, quem Antonius Mericurius de Prato veteri, JCrus Bononiensis, Imperatori Sigismundo anno 1428. exhibuit, si confirmationem impetrasset, (quod prolixè negat *Bischof. Comm. feud. Proem pag. 6. seqq.*) peritulum fuisse; Quem libellum desiderant *Struv. d. th. 7. n. 6. & Conring. d. cap. 33. §. pen.* Ejus tamen editionem promisit ex manuscripto Dn. Ericus Mauritius, Professor Chiloniensis, postmodum Assess. Cam. Spir. in *Disp. de Libris Jur. Civ. §. 25.* Imo eundem sub nomine *Mineucci* jam edidit Dn. Schilterus in *Jur. Alemannico.*

* * *

Quæst. 16. Extat.) Nec quid certius de confirmatione *Federici Tertii* habemus; adeò ut sola scriptura Jus Feudale in scripturam redactum jus scriptum non faciat, addat. Aut. *hic qu. 11.* ibique Notata nostra, non magis ac testamentum à testatore ore vel nuncupativè declaratum, sed à Notario in scripturam redactum, scriptum evadat, *Lauterbach, in π. Tit. 1. Libr. XXVIII. in Testam. Nuncupativo.*

17. Ergone penitus nulla hujus Juris Feudalis confirmatio in Constitutionibus Imperii facta?

Resp. Adest confirmatio implicita, quæ eo ipso conti-

contigit, dum i
provocatur, ve
clarat. Pat. Publ.
vermas, Sicut
Imp. occurrunt
dem fimer. ibi:
7. m. seqq.

Quæst. 17. Alleg.
ibique allegata ex
quibus accedit, qu
neganda, cum jura
meretur, sub quib
nihil dubi habet.

18. Quale v
seculum

Resp. Præp.
& *Sacvicum Struv.*
Hon. §. 32. Quib
tenus Longobard
novissimis constitu
Feud. Imper. cap. 2. §.

Quæst. 18. Saxoni
vobis consignata sunt
terregna à Vicario In
Sachsen und Eder
der Reichs. Gilt.
culum XV. in imper
largi probat *Schilter.*
Cap. CV.

contigit, dum in Recessibus Imperii ad Jus Feudale provocatur, vel idem ut receptum allegatur. vid. *Declarat. Pac. Publ. de An. 1548. Tit. 3.* ibi: was das Lehrecht vermag. Sicut & termini Longobardorum in Recess. Imp. occurrunt. Vid. *Recess. de An. 1567. §.* Und nachdem ferner. *ibi: Zeloney. Conf. Dn. Rhetus Comm. 7. F. p. 10. seqq.*

* * *

Quaest. 17. Allegatur.) Vid. Autor supra in qu. 6. 11. & 14. ibique allegata ex egregiis illis locis hicce sat luminis accipit; quibus accedit, quod juris feudalis confirmatio implicita haud neganda, cum jura Communia in Imperii Recessibus confirmantur, sub quibus, Jus Feudale Commune comprehendit, nihil dubii habet.

18. Quale verò Jus circa feuda ante seculum XV. observârunt Germani?

Resp. Præprimis obtinuit jus feudale Saxonicum & Suevicum. *Struv. th. 5. num. fin. Conring. d. tr. c. 30. in f. Horn. §. 32.* Quibus postea eatenus derogatum, quatenus Longobardorum consuetudines receptæ, vel novissimis constitutionibus aliud inductum. *Iter. de Feud. Imper. cap. 2. §. 6.*

* * *

Quaest. 18. Saxonicum & Suevicum) Jura ab incertis Autoribus consignata sunt; etenim credibile, illa tempore interregni à Vicariis Imperii introducta esse; Vocantur der Sachsen und Schwaben Spiegel. Vid. *Goldastus in Tomo der Reichs-Satzungen Fol. 117.* hæcque jura ante seculum XV. in imperio communia fuisse, eruditè ostendit & largè probat *Schilter. Ad Jus feudal. Alemann. Cap. X. & Cap. CV.*

C

Indu.

Inductum.) Jura posteriora enim derogant prioribus, per l. ult. ff. de Princ. const. quod non tantum verum in legibus scriptis, sed & in consuetudinibus v. *Lauterb. ad Tit. de LL. in contrariis & omnium instar addat, l. 1. 2. C. Quasi long. consuetud.*

19. Quotuplex hodie jus Feudale in Germania?

Resp. Duplex; Commune & Speciale. Illud est, quod in corpore juris nobis exhibetur, quorsum referunt etiam Constitutiones quorundam Pontificum ex jure Canonico, *Struv. d. cap. 1. th. 7.* Quas constitutiones recenset *Gothofred. Ant. Disput. 1. th. 1. lit. G. & H.* Ad hoc verò spectant specialia Provinciarum statuta, & consuetudines singulares. *Struv. d. loc. th. 8.*

Quaest. 19. Duplex.) Puta^{*} Jus Commune Feudale Longobardicum Corpori Juris Civilis subjectum & Particulare, quod in una alteraque Republica seu Provincia receptum est, ut v. gr. Jus Feudale Saxonicum, Suevicum, Fuldense, Hirschfeldense, Kauffungense &c. *Wehner in Obs. Practicis voce: Guldisch Lehen.* Hinc pro regula notandum: Quoties juris patrii principium clarum & repugnat juri Longobardico, toties pro jure patrio presumendum & standum, & horum pertinet quod *Lauterbach, ad π. Tit. de Princ. Constit.* circa finem allegat.

20. Quam verò authoritatem habent Constitutiones Pontificum de Feudis?

Resp. Non aliam, quàm ipsum Jus Canonicum; Hoc verò in terris Evangelicorum non valet, nisi qua receptum; ut hinc idem de consuetudinibus feudilibus eo jure contentis dicendum sit, scilicet receptionem, cum facti sit, probandam esse.

Quaest. 20.

*Quaest. 20. No
Alexandri III. I.
competente. Inno.
Cap. fin. de Decret.
ab Evangelicis rece.
quippe ante Reform.
quibusdam materiis
omnino Struv. Syn.
Feud. Cap. 1. §. 7. n.*

21. Numme
dalis ut au

Resp. Hoc u
Hinc eandem, q
tatem, nec proba
7. Novader. de Feu
consuetudinum
nem, quia habet
d. l. n. 15.

*Quaest. 21. Unde
notoria sunt, & h
ignorantia potest, i
per l. 7. & 9. π. de p
sunt, quibus jus igno
minores, pupilli, ru
π. Tit. de Constituen.*

22. Sed an

Resp. Non; i
dinaria vero (qua

* *

Quaest. 20. Non aliam. Quam ipsum Jus Canonicum) Ut Alexandri III. Papae. Cap. 5. X. de Jud. Cap. 6. 7. X. de Foro competente. Innocentii III. Cap. 53. X. de sent. Alexandri VI. Cap. fin. de Decimis in 6to. quod non tam receptum, quam ab Evangelicis retentum esse, accuratius dicitur; integrum quippe ante Reformationem receptum, postea rejectum & in quibusdam materiis tantum retentum fuit, de quibus vid. omnino Struv. Synt. Jur. Civ. Ex. II. Th. 38. 39. & Synt. Jur. Feud. Cap. 1. §. 7. n. 2.

21. Numne itaque textus Juris Feudalis ut authenticus allegari potest?

Resp. Hoc usu obtinuit. Ludov. Synops. c. 1. p. 12. Hinc eandem, quam jus scriptum, obtinet auctoritatem, nec probatione opus habet. Struv. d. th. 7. num. 7. Schrader. de Feud. P. 1. Quaest. 1. num. 11. unde & error consuetudinum feudalium non praebet excusationem, quia habetur pro errore juris communis. Schrad. d. l. n. 13.

* *

Quaest. 21. Unde & error Juris) Quia tales Consuetudines notoriae sunt, & hinc nemo in Republ. se se excusare istius ignorantia potest; ignorantia juris enim habetur pro scientia per l. 7. & 9. π. de jur. & facti ignorantia; nisi tales personae sint, quibus jus ignorare licitum: Ut sunt milites, faminae, minores, pupilli, rustici &c. addat. omnino. Lauerbach. ad π. Tit. de Condition. indeb. vers. Excipiuntur.

22. Sed an hoc in omnibus capitulis procedit?

Resp. Non; sed in ordinariis tantum; Extraordinaria vero (quae incipiunt post Tit. de Notis Feudor. a C 2 Tit.

De Origine & ra enim derogant prioribus... on tantum verum in legibus... Lauerb. ad Tit. de LL. in contra... 2. C. Quaest. sit long. consuetud... die jus Feudale in... nia. & Speciale. Illud est... exhibitur, quorum re... s quorundam Pontificum... cap. 1. th. 7. Quas consti... mt. Disput. 1. th. 1. in G. & H... ia Provinciarum statuta... Struv. d. loc. th. 8. is Commune Feudale Lon... s subiectum & Particulare... seu Provincia receptum est... & Sovericum, Fuldense, Hinc... ner in Obl. Practicis voc... a notandum: Quoties juris... gnat juri Longobardico, to... um & standum, & horum... π. Tit. de Prim. Casu. cura... horitatem habent... ontificum de... is. x ipsum Jus Canonicum;... elicorum non valet, nisi... n de consuetudinibus feu... cendum sit, scilicet rece... bandam esse. Quaest. 20.

Tit. de alienat. feud. 2. F. 73 usque ad fin. lib. 2.) dubiæ authoritatis sunt : Et hinc quoties cum capitulis ordinariis conveniunt, vel ad ordinariorum explicationem faciunt, vel casum in ordinariis non decisum continent, allegari quidem possunt, non verò, si ordinariis contrarientur. *Ludov. d. c. 1. p. 13. Struv. d. th. 7. num. 10.* dissentit *Finckelth. Disput. 1. Controv. 16.* Verùm jam olim de horum capitulorum authoritate dubitatum, unde has constitutiones Extravagantes vocavit *Mericutius allegatus in quæst. 16.* Vid. *Maurit. Dec. 1. Controv. feud. Posit. ult.* Nec *Aecursius* in corpore glossato illa retulit.

* * *

Quæst. 22. Dissentit.) At *Finckelth. Disput. Feud. 1. Controv. 16.* non tam dissentit, quàm extraordinaria capitula à privatis collecta, ordinaria explicare, cui *Aut. infra Cap. XVIII. qu. 26.* quod consentit & illa illustrare, optimè tenet; æquè ac *Pauli Sententiæ, Fragmenta Caji & Ulpiani Ictorum leges difficilimas civiles nunquam non commodè concinneque declarant & explicant; Justâ ratione addens, nisi eveniret, ut communis Juris Feudalis ratio planè everteretur.*

23. Quo ordine in decidendis controversiis feudalibus progrediendum?

Resp. (1.) Inspiciendæ sunt literæ investituræ, & quidem antiquiores, quibus ante omnia standum. *2. F. 2. c. 1. Struv. cap. 1. th. 11. num. 3.* Nam si in posterioribus quid mutatum, hoc præsumitur ex errore factum, nisi nova Domini & Vasalli conventio appareat. *Schrad. P. 5. cap. 2. n. 39. (2.)* Si hîc dubium decisum

non sit, ad
occurrendum,
c. 1. Coel. 13.
dale commune
Dis. 1. th. 1. th. 1.

*Quæst. 23. Der
gatur, quare Consi
cion quam judicari
tio generali consue
Consuetudinem & val
II. cap. 16. §. 12. &
XVIII. r. Tit. 1. m
instrumenti interpre*

24. An ver
pr

*Resp. Affirm.
Civile non nisi p
Paris. feud. lib. 1. ca*

*Quæst. 24. Trabi
te feudis, cum & be
lure est; quando m
vâllum emens se lat
C. de Regim. vici
punto evictions p
commune confugier
venia in Jure Feuda
Loveroth. ad n. Tit.*

sum non sit, ad speciales cujusvis loci consuetudines
 r ecurrendum, quæ derogant juri generali. *Rosenhal.*
c. 1. Concl. 13. (3.) Si hæ quoque deficient, ad Jus Feu-
 dale commune progrediendum. *Seruv. th. 13. Anton.*
Diss. 1. th. 1. lit. M.

* * *

Quest. 23. Derogant) Quippe generi per speciem deroga-
 gatur, quare Consuetudo, quæ in feudis Regina audit, secun-
 dum quam judicari debet, particularis vel provincialis, me-
 ritò generali consuetudini derogat; *Vid. Notata ad qu. præc. 19.*
Consimilem & valde opportunum locum apud Grotium Lib.
II. cap. 16. §. 12. & seqq. nec non Lauterbach. nostrum in Lib.
XVIII π. Tit. 1. in Contr. n. 5. ubi de commoda scripturæ vel
instrumenti interpretatione agunt, inspicere lubeat.

24. An verò consuetudines feudales prævalent Juri Civili?

Resp. Affirm. in materia feudali, quia ad has Jus
Civile non nisi per argumentum trahi potest. Riizersh.
Partit. feud. lib. 1. cap. 1. Q. 3.

* * *

Quest. 24. Trahi potest) Exemplum in venditione emptio-
 ne feudi, cum & beneficium emi, dicatur *l. f. 16. & 20. il-*
lustre est; quando nempe vel Dominus directus vendens, vel
vasallus emens se læsum queritur, ubi ad dispositionem l. 2.
C. de Rescind. vend. recurrendum est; Idem quoque juris in
puncto evictionis præstandæ, quo casu ad jus civile iterum
commune confugiendum, arg. 2. f. 1. Secus, quando contro-
versia in Jure Feudali decisa reperitur, ut locus elegans apud
Lauterbach. ad π. Tit. de Pesul. in lit. g. inter. n. 7. innuit.

C 3 25. Quid

25. Quid si verò diversa sint jura in loco, ubi feudum situm, & ubi contractus super feudo celebratus?

Resp. Si de ipso feudo quaestio sit, attendenda jura loci, ubi situm est feudum; & sic feuda Saxoniae ex jure Saxonico dijudicanda. *Itter. c. 2. §. 2. in fin. si de contractu, attendendus est locus contractus, arg. L. 6. ff. de Evict.* Et quamvis in curia Domini aliud obtineat, hæc tamen judicare debet secundum statuta rei sitæ vel contractus. *Srruv. c. 1. th. 12. Anton. d. l. Rosenthal. c. 1. Concl. 14. n. 21. seq.*

* * *

Quaest. 25. de ipso feudo quaestio sit) Ubi, verbi causâ, de feudo vindicando, mediante actione rei vindicatoriâ utili, agitur, tunc secundum CL. Autorem, respicienda in iudicando jura loci rei sitæ; sin super contractu eique adjectis pactis aliisque annexis articulis litigetur, jura fori contractus initi attendenda; Nisi in Curia Domini statutaria Lex vel Consuetudo vigeat, in omnibus casibus Jura Curia domini servari debere.

26. Sed quid si nec Jure Feudali controversia decisa sit?

Resp. Tunc primum ad Juris Feudalis rationem, eâ verò deficiente, ad Jus Civile recurrendum. 2. F. 1. *Finkelth. Disp. 1. Controvers. 9. Srruv. cap. 1. th. 14.* quorum tunc spectant argumenta à Liberto ad Vasallum, ab

ab Emphyteusi
quocunque non a

Quaest. 26. / E
admodum libere
videri L. 2. n. de O
etiam ratiô dom
prolequi debet; qu
ferentia ratio, sic
veni in jus vocare
v. Lauterh. ad tit. n.
sunt para, sed fut
venire, quamvis ex
phyteusi, inter h
ferentia rationem,
Widdelburg. Loc. L.
argumentatio ab Ex
quo est quaestio, n
quando eadem ratio

27. Licebitne
tum in

Resp. Si ratio
ad similia produc
Q. 3. n. 9. si non ex
producentium, n
clatoria. Schraaz
LXXVI.

Quaest. 27. Expres
tum verba, quam ejus

ab Emphyteusi ad feudum, quæ eousque procedunt, quouique non apparet manifesta diversitatis ratio.

* * *

Quaest. 26.) Exemplo res evadet illustrior scilicet. Quem admodum liberto persona Patroni semper honesta & sancta videri *l. 9. π. de Obsequ. parentib. prestand. ibiq. Goshofr.* ita etiam vasallus dominum suum omni honoris & amoris cultu prosequi debet; quamvis inter hos aliàs longa intercedat differentiae ratio, sic libertus Patronum suum sine impetrata venia in jus vocare non potest, quod tamen in vasallo secus, *v. Lauterb. ad tit. π. De in jus vocando in P.* similia enim non sunt paria, sed sufficit, similia in tertio comparationis convenire, quamvis extra illud disconveniant. Quantum ad Emphyteusin, inter hanc & feudum longam intercederet differentiae rationem, ex asse ad oculum ostendit Eberhard. à Middelburg. *Loc. Legal. XXX. n. 7.* addens: Et procedit hæc argumentatio ab Emphyteusi ad feudum, quando casus, de quo est quaestio, non reperitur expressè decifus in feudis, & quando eadem ratio militat in utroque, aliàs secus.

27. Licebitne verò à simili argumentum in Jure Feudali deducere?

Resp. Si ratio in Jure Feudali sit expressa; licitè ad similia producitur *per L. 12. ff. de Legib. Schrad. P. 1. Q. 3. n. 9.* si non expressa, regulariter ad similia non producendum, nisi dispositio sine extensione foret clusoria. *Schrad. d. 4. 3. n. 5. Mynsing. Centur. V. Observ. LXXVI.*

* * *

Quaest. 27. Expressa) Ratio est anima legis, quare non tam verba, quam ejus mens attendenda *l. 17. ff. de LL.*

28. Sed

28. Sed quid si Jus Civile iterum à jure Canonico illo casu discrepet?

Resp. In terris Ecclesiæ Jus Canonicum, in terris Imperii Jus Civile sequendum putant Dd. *Vult. de Feud. Lib. 2. cap. 3. n. 26. Ludov. cap. 1. pag. 19.* Semper tamen attendendum, annon Jus Canonicum hoc casu receptum, quod præsumitur, quoties de peccato vitando agitur. Vid. *Schrad. P. 1. Q. 6. n. 5.*

* * *

Quæst. 28.) Quoties de peccato vitando agitur, vel ubi de causis conscientia aliàs quæstio incidit, Jus Canonicum Juri Civili, *verbi gratiâ:* in casu præscriptionis, usurarum, juramentorum &c. præferendum est, ceu elegantur ostendit *Struv. Ex. 11. th. 39.* ibique *Müller.*

29. An verò si controversia non Feudalis occurrat, illa ex Jure Feudali decidi potest?

Resp. Negat hoc *Struv. d. th. 14. n. 3.* Sed verius affirmatur in casu, si Jus Civile deficiat; sicut enim consuetudini hoc casu standum, ita & Juri Feudali vim consuetudinis obtinenti *Ludov. p. 19.* Exemplum est in jure protimiseos intra annum instituendo, quod Jure Civili non determinatum. *Carpzov. P. 2. C. 32. d. 2.* Secus si contra Jus Civile allegetur, *Pütterkusf. in Paris. Feudal. lib. 1. c. 1. quæst. 11. Conf. Rosenthal. de Feud. cap. 1. Concl. 15. D. Horn. §. 10.*

Quæst.

Quæst. 29. Feud. Dist. 1. ratiocinetur; illud autem dicem omnino movere consequentiam aut, ubi l. 2. §. 1. Ad L. Aquil.

30. An auctore vel Pra

Resp. Propriè Civile referendum imatur, nisi quæsit. *Schrad. P. 1.*

Quæst. 30. Propriè contra communem C quare ad consequentiam haud est, argum. l. 14.

31. Sed an à Feudali a

Resp. Affirmat, & per contrarium non corrigatur. *La minimum bello justo j*

* * *

Quæst. 29. Verius affirm.) Quia Jus Feudale *Can. 5. §. por-
rò. Dist. 1.* rationem æquitatis naturalis, sicque vim legis con-
tinet; illud autem quod ratione consistit, lex est, quæ ju-
dicem omninò movere debet, quare per bonam legitimam-
que consequentiam ad alias causas, jure optimo trahi po-
test, *dict. l. 2. §. 5. π. de aqu. & aqua plu. arc. aët. & l. 32.
π. Ad L. Aquil.*

30. An autem Jus Feudale ad Civile
vel Prætorium referendum
erit?

Resp. Propriè ad neutrum. Magis tamen ad Jus
Civile referendum, cujus naturam omnis consuetudo
imitatur, nisi qua separatam indolem in specie rece-
pit. *Schrad. P. 1. Q. 7.*

* * *

Quæst. 30. Propriè ad neutrum) Quia Jus Feudale sæpe
contra communem Communium Jurium rationem receptum,
quare ad consequentias tanquam jus singulare porrigendum
haud est, *argum. l. 14. 16. & 39. π. de LL.*

31. Sed an à contrario sensu in Jure
Feudali argumentum formare
licet?

Resp. Affirm. modò diversitas rationis non sub-
sit, & per contrarium sensum Jus Civile vel Feudale
non corrigatur. *Ludov. p. 18. Sic 2. F. 7. Vassallus Do-
minum bello justo juvare tenetur; Ergo aliud erit in*
D inju-

De Origine &
Civile iterum à ju-
illo casu di-
net?
Jus Canonicum, in terris
m putant Dd. Vall. de Feud.
1. pag. 19. Semper tamen
Canonicum hoc casu rece-
quories de peccato vitando
6. n. 5.

ato vitando agitur, vel ubi
o incidit, Jus Canonicum
prescriptionis, usurarum,
est, ceu elegantur ostendit

versia non Feu-
ex Jure Feu-
potest?

10. 14. n. 3. Sed verius af-
ile deficiat; sicut enim
m, ita & Juri Feudali
Ludov. p. 19. Exemplum
inum instituendo, quod
m. Carpzov. P. 1. C. 32. d. 2.
egetur, *Pierius in Paris.
f. Rosenthal. de Feud. cap. 1.*

Quæst.

injusto. Nec obstat, quod consuetudo strictè explicanda; Nam explicatio non tam ex verbis, quàm mente legis desumenda, & versamur hîc in consuetudine universali, quæ legi æquipollet. *Struv. cap. 1. th. fin. num. 5. Finckelhaus. disput. 1. controu. 12.*

* * *

Quest. 31. Ergo) Illud enim ex mente legis esse, non tantùm, dicitur, quod expressum in lege, verùm etiam quod legis ratio vult, l. 6. §. 1. ff. de U. S. Exempla alia Text. 2. f. 52. in fin. & 2. f. 55. & præterea suppeditant.

32. An verò contraria vel pugnancia in Jure Feudali occurrunt?

Resp. Affirm. cum partim diverso tempore, partim ex diversis consuetudinibus Jus Feudale collectum; Compilatores verò, ut privati, auctoritatem decidendi non habuère. Exempla sunt 2. F. 17. vers. *Nam* & illud. 2. Feud. 28. §. *His consequenter.* ubi contrariæ opiniones sine decisione habentur.

* * *

Quest. 32. Affirmatur.) Tales apparenter dantur antinomix in Jure Feudali, quæ tamen secundùm diversa tempora, vel diversas locorum consuetudines vel personarum qualitatem facilè componi possunt, cujus rei exemplum adhuc occurrit illustre 1. f. 22. & 2. f. 52. & 55. & si quis infeudatus occurrit. scilicet investituram feudi intra annum & mensem secundùm 1. f. 22; intra annum & diem autem, juxta 2. f. 52. & 2. f. 55. & si quis peti à vasallo debere; quæ controversia tamen distinctionis fœdere commodissimè decidi potest; accuratiùs considerando, quòd 1. f. 22. de Vasallo *Milite*, qui

qui intra annum &
Vasallo non milite,
vestituram petere
Habenur) idem
tam, contingit

33. Que aut

Resp. Dd. com
ties in Jure Feuda
uno textu, tunc op
locomponi solet co
Hartman. P. 2. q. 2.
dum fallere videntur
2. f. 1. F. 34. & 2.
Immo Ludov. Symo
lere dixit. *Præcipue*
ceteris Juris Feudali
rationi Juris Feudali
convenientior. Si ve
bus reperitur, ante
dum, nisi unum cap
supr. q. 22. Do. Horn. c.

Quest. 33. Convenie
rei nihil tribuere oportet
34. f. de Legatis: Unde
omnes legem. Tradit
anima legis audit, que
per supra adducta.

qui intra annum & mensem; Textus 2. f. 52. & 55. verò de Vasallo non milite, qui intra annum & diem feudum vel investituram petere tenetur, loquantur.

Habentur) Idem in 2. f. 32. 34. §. f. & 2. f. 51. §. quæstum, contingit.

33. Quæ autem opinio hoc casu sequenda?

Resp. Dd. communiter hac regulâ utuntur: Quoties in Jure Feudali occurrunt diversæ sententiæ in uno textu, tunc opinio reprobata plerumque ultimo loco poni solet conf. Maurit. *Diff. de Lib. jur. Civ. §. 26. Hartman. Pist. P. 2. qu. 25. num. 30.* Quod tamen interdum fallere videtur, ut exempla ex 2. F. 17. 2. F. 34. §. 2. & 2. F. 36. & 2. f. 47. refert *Ant. Disp. 1. th. 1. lit. K.* Immo Ludov. *Synops. pag. 13.* ultimam sententiam prævalere dixit. Præcipue ergo videndum, quæ sententia cæteris Juris Feudalis, *Carpzov. Disp. 1. feud. th. 22.* sit convenientior. Si verò contrarietas in diversis textibus reperiatur, ante omnia de conciliatione laborandum, nisi unum capitulum sit extraordinarium. Vid. *supr. q. 22. Dn. Horn. c. 1. §. 51.*

* * *

Quæst. 33. Convenientior.) Ordo scripturæ ad decisionem rei nihil tribuere potest, juxta ea, quæ ipse Imperator in §. 34. 7. de Legatis: *Urbis: sed quia incivile putavimus, scriptura ordinem sequi.* Tradit, hincquæ potius ad juris rationem, quæ anima legis audit, quàm ad locum scripturæ respiciendum; per supra adducta.

34. Num omnes feudali jure obligantur?

Resp. Affirm. tam Laici, quàm Clerici, quatenus feuda possident. Hic enim magis natura rei, quàm qualitas personæ inspicienda. Hinc & Jure Canonico Clerici coram Domino feudi conveniuntur, *c. Ex transmissio, 6. & seq. X. de Foro Compet. Luduv. Synops. feud. p. 15. Struv. th. 7. n. 9.* imò ex quibus causis Laici, ex iisdem etiam Clerici feudo privantur. *Schrader. de feud. P. 1. Qu. 1. n. 4.*

* * *

Quaest. 34. Quatenus feuda possident.) Feuda enim ad temporalia pertinent, quâ ratione Pontifex voluit, ut Clerici coram Seculari Domino conveniantur, uti in Jure Canonico *Libr. III. Decretalium Tit. 20. De Feudis*, non tantum ostendit, sed etiam multa Capitula Decisiones Feudales continentia id insuper probant.

Inspicienda) Quia natura & qualitas rei personam ad se trahit *2. f. 40. §. Idem si Clericus*. Unde non dubitandum, Clericos indistinctè Jure Feudali obligatos esse, *Rosenth. p. 1. Concl. 9.* vid. *Disput. nostr. de Collation. Feudal. th. 1. & th. 8.* Ex eadem causa, ait Celeberr. Coccej. *Jure Publico cap. XV. §. 26.* contingit, ut terris cum officio jure perpetuo in feudum datis, hodièque retineantur saepe feuda illa, quasi jure officii, quorum etsi vix supersit usus, tamen feuda, quibus cohaerent, cum titulo officii durant.

35. Quo ordine Jus Feudale à compilatoribus exhibitum?

Resp. Planè nullo, sed potius tumultuario, ita ut frustraneum sit, circa connexionem titulorum laborare.

rec. Ludov. c. 1.
promiserit Dn. T.
initium saltem

Quaest. 31. Plu-
res in varia para
dequill. Hic. Ermenen

36. In

Resp. Cujus
I. est Gerhardi N
Oberi de Otto;
incertis auctoribus
tutionibus feudali
pons Juris editio
Regulariter auto
gari solent. Lud
sui in glossato

Quaest. 36. Ex
Pontificum Decretali

37. Num ver

Resp. Affirm.
causarum genera
elegantè exhibu
in modos contin
feuda hoc jus distri
tum materiae feud

rare. *Ludov. c. 1. p. 2.* quamvis connexionem exactam promiserit *Dn. Tabor. in Comm. ad text. Jur. Feudal.* cujus initium saltem editum.

* * *

Quest. 35. Plane nullo) Etenim prout acciderunt quaestiones ita varia jura sunt prodita *2. f. 1. pr. Vid. l. 52. §. 2. π. Ad L. Aquil. ibiq; Brunnem.*

36. In quot libros dividitur?

Resp. Cujacius in quinque libros dividit, quorum I. est Gerhardi Nigri; II. & III. (qui incipit *2. F. 23.*) Oberti de Orto; IV. (qui incipit *2. F. 25.*) ex variis & incertis auctoribus; V. verò ex Imperatorum constitutionibus feudalibus collectus. In vulgata verò Corporis Juris editione III. & IV. liber cum II. confusus. Regulariter autem duo feudorum libri tantum allegari solent. *Ludov. Synops. p. 3.* nec plures habet. *Accursius* in glossato corpore.

* * *

Quest. 36. Ex Imperatorum Constitutionibus) Nec non Pontificum Decretalibus, vid. *1. f. 6 & 2. f. 35.*

37. Num verò certa methodo proponi potest?

Resp. Affirm. quod & praestiterunt multi. Alii per causarum genera Jus Feudale proponunt, quomodo eleganter exhibuit *Hattysen in Analsi Juris Feudal.* Alii in modos constituendi, conservandi & amittendi feuda hoc jus distribuunt. Sed tentabimus, ut quantum materiae feudalis ratio admittit, pari methodo,

D 3


qua

qua Juris Civilis elementa proposuit Justinianus, & Jus Feudale proponamus, ita scilicet, ut explicatâ feudi naturâ ac divisione, primò personarum ratio habeatur, quæ feudum vel dare vel acquirere possint; postea res considerentur in feudum dari solitæ, & quomodo feudale dominium acquiratur, & iterum dissolvatur; Demum actiones ex feudo oriundæ, & modus easdem in judicio feudali proponendi ostendatur.

* * *

Quæst. 37. Alii) Ut *Struvius in Syntag. Jur. Feud. Cap. primo* & sequentibus, modo, more solito, per elegantem præstitit.

Elementa) Nempe secundum tria objecta juris: personas, res, & actiones. Vel ut accuratius Moderni nominatim Illustr. Lynck, quem sequitur CL. Pagenst. *ad Tit. II. Libr. I. Inst. exhibent*, objectum juris nostri (ut caterarum disciplinarum) unicum tantum est: Jus cujusque suum. Jus a. vel acquirimus vel acquisitum persequimur. Omne Jus quod acquirimus est vel circa personas, vel circa res: Persequimur a Jus per actiones: Hinc unci illius objecti juris tria summa capita perhibentur: Personæ, res & actiones.



CAPUT II.

DE

NATURA AC DEFINITIONE FEUDI.

GENERALIA CAPITIS.

1. Cum feudi indoles, ut supra dictum, consistat in *concessione utilitatis sub lege fidelitatis*, inde sequitur, nullam feudum

feudum sine fi
tionem habeat
reciprocam
2. Cum vero illi p
di ex concessio
verò in factis con
ludam, quam fe
3. Quod ergo do
transferretur, &
domini reserva
cium erit vel em
4. Dominum autem
quod dominus n
perfectè disponer
judicium proprie
possit. Uti structu
hic immutare po

l. Unde

V
Ariant hic
den deriva
(unde & l
sic) ut scil. Vafallus
Burcholt. de feud. c. 1. n
fuerit, quod inire
cessione feudi solent
cabulo Longobar
bellum significat, c
fide. Dente; Nam
simium concessa. Eor
(*) Alii, ut Bedanus l

feudum sine fide esse posse; fidem verò, cum correlationem habeat ad alterum, cui præstanda, debere esse reciprocam.

2. Cum verò illa promissio fidelitatis, & sic constitutio feudi ex conventionem utriusque dependeat, hæc conventio verò in facto consistat, inde potius præsumendum est *alodium*, quàm *feudum*, donec conventio ostendatur.
3. Quoties ergo dominium utile sine fidelitatis promissione transfertur, & alia quædam præstatio in recognitionem domini reservatur, tunc non adest feudum, sed prædium erit vel *emphyteuticum*, vel *ceniticum*.
4. Dominium autem utile in eo ab usufructu distinguitur, quod dominus *utilis* de re illa, quantum ad utilitatem, perfectè disponere possit, modò nihil committat in præjudicium proprietatis; seu dominus utilis utitur re, *sicuti potest*; Usufructuarius utitur illa, *sicuti est*; nihil enim hic immutare potest, etiamsi prædium utile sit.

I. Unde derivatur Feudum?

Resp.
Variant hic Dd. (1.) Aliqui à Germanico *Frisc* den derivant, quod est pascere seu alere; (unde & *Fodrum* significat *Gutter* / *s. F. 1. in fin.*) ut scil. Vasallus se & familiam ex feudo alat. Conf. *Borcholt. de feud. c. 1. n. 5. Struv. c. 2. §. 1. n. 6.* (2.) Alii à *foedere*, quod inire Dominus cum Vasallo in concessione feudi solebat. *Borcholt. d. l. n. 2.* (3.) Alii vocabulo Longobardico *Feida*, quod hostilitatem & bellum significat, cui responder Germanorum *Sehde/Sehde=Biiese*; Nam ob belli necessitates feuda potissimum concessa. *Borcholt. d. cap. 1. n. 3. Struv. d. loc. n. 5.* (4.) Alii, ut *Bodinus lib. 1. de Republ. c. 9.* feudum à literis *initia-*

De Natura ac
 propositum Justinianus, de
 scilicet, ut explicata feo
 no personarum ratio ha
 re vel acquirere possint;
 eudum dari solita, & quo
 quiritur, & iterum dissol
 cudo oriunda, & modus
 ponendi ostendatur.
 in Syntag. Jur. Feud. Cap. pri
 lito, per eleganti præfuit.
 tria objecta juris: personas,
 Moderni nominatim illustr.
 ad Tit. 11. Lib. 1. Inst. ex
 carerarum disciplinarum)
 ium. Jus a. vel acquirimus
 one. Jus quod acquirimus est
 Persequimur a Jus per alio
 tria summa ca. ita perhi

T II.
 AC DE
 FEUDI
 CAPITIS.
 dictum, consistat in concessi
 inde sequitur, nullum
 feudum

initialibus juramenti fidelitatis, de quo textus 2. F. 7. derivant; Fidelis Ero Domino Vero Meo. Conf. Ludov p 21. Ant. Disp. 1. th. 2. lit. B. (5.) Novam derivationem suppeditat. Iterum de feud. Imp. c. 2. §. 9. quòd descendat à prisca Germanorum voce *Fe*, quæ vox non tantum pecus, sed alia quoque bona denotabat, & voce *Ode*, quod possessionem seu proprietatem denotat; quorsum referri potest, quòd veteres interpretes nunquam feudum, sed *Feodum* scripserint.

* * *

Quest. 1. Concessa) Hinc literæ diffidatorix *Zeihdes Briefe* seu *Zeihde Zeit* belli tempora, *Finckelth. Disp. Feud. 1. Controversia 1.* Cæterum dicunt, feudum à *fe*, *se* linguâ Gothicâ à bonis & od, possessione, qf. dicatur fiduciaria possessio, esse derivandum, ceu antiquissimæ chartæ protestantur, in quibus non *feudum* sed *fodum* dicitur. Variissimam esse vocis feudi derivationem inde satis patet; notandum tamen, ante Caroli III. Crassi sc. tempora, vocabula *feudi*, *fædi*, *feodi*, *pheodi*, non inveniri. Germani rectè vocem receperunt *Zeihn* / vel quòd commutato quodammodo respondeat, vel quòd pro accepto mutuo daretur, *addat. Rhæt. p. II. Disp. XIII. sect. 1.*

2. Quid verò desiderari potest in his derivationibus?

Resp. (1.) Tantum à causâ remota & secundaria, non à principali desumpta. (2.) Non est universalis, cum & sine fœdere feuda dentur, ut *franca*. (3.) Tolerari potest, si originem feudorum inspicias. *Vult. lib. 1. cap. 2. n. 2.* Verum cum non tantum ad bella, sed ad alia quoque servitia Vasallus sit obligatus, nimis angusta hæc derivatio est. Vid. *Finckelth. Disp. 1. Controvers.*

resp. 1. (4) Merè
dum, quod de

Quæst. 2. Feud
tiorum vid. Ant. m

Nimis angusta hæc
erga Dominum, etia
incerta 2. §. 6. & 7.

3. Quæna

Resp. Si à fide
expressum textum
dicitur, vel à fide
gobardicæ, ubi F
his sonat. (3) Qui
1. n. 3. Do. Ephen.
1. th. 24.

Quæst. 3. Omnis f
fallus nihilominus ad
tur; Non obstante,
curatur; Resp. enim
cum Dominus directus
suum committat; 2. f
clientelas in genere de
nere, & fidem feudale

4. Unde v

Resp. Alii à Go
du vel Lendas appella

vers. 1. (4.) Merè cerebrina est, De (5.) idem dicendum, quod de prima.

* * *

Quaest. 2. Franca.) Quae non habent praestationem servitiorum vid. Aut. infra Cap. IV. quaest. 30.

Nimis angusta hac derivatio est.) Quia Vasallus fidem suam erga Dominum, etiam si corporis & bonorum periculum simul incurrat 2. f. 6. & 7. probare & praestare debet.

3. Quænam itaque vera feudi derivatio?

Resp. Si à fide derivetur, quod probatur (1) per expressum textum 2. F. 3. in fin. ubi à fidelitate feudum dicitur, vel à fide. (2.) Ex convenientia vocis Longobardicæ, ubi Fides Fede dicitur, sicut & hodie Italici sonat. (3.) Quia fides omni feudo inest. Struv. d. th. 1. n. 3. Dn. Eyben. Elect. Feudal. c. 1. §. 10. Carpz. Disp. feud. 1. th. 24.

* * *

Quaest. 3. Omni feudo inest.) Etiam feudo franco, ubi vasallus nihilo minus ad juramenti fidelitatis praestationem tenetur; Non obstante, quod in omnibus contractibus fides requiratur; Resp. enim in feudo fides arctior & strictior exigitur, cum Dominus directus vasallo, bona, honorem, vitam, etiam suam committat, 2. f. 6. & 7. unde distinguere amant inter clientelas in genere & clientelas feudales; Item fidem in genere, & fidem feudalem.

4. Unde verò Germanorum Lehen derivatur?

Resp. Alii à Gothis deducunt, qui Vasallos Leodes vel Leudes appellarunt: Alii à Germanico Leuthe/E quod

quod homines significat, derivant, quod Vasallus per feudum homo Domini fiat. *Vult. c. 2. n. 4.* Unde alibi Vasalli dicuntur **Mannen**. Sed verius, purè Germanicum hoc vocabulum esse, à verbo, **Leihen** / quod Saxones **Lehnen** efferunt, quod est utendum fruendum aliquid alteri conceder. *Ludov. Synops. c. 2. p. 23. Anton. Disp. 1. th. 2. lit. a. Seruv. c. 2. th. 1. in fin.*

Quaest. 4. Concedere) Distinctiùs & accuratiùs quin & commodiùs singulas causas singulis appellationibus appellamus, vocamus feuda non **Lehnen** oder **Leihen** sed **Lehen** addat. *Lauterbach. ad Tit. 3. Libr. 6. in fine. vid. Notata ad qu. preced. prim.*

5. Quid opponitur feudo?

Resp. Allodium seu Allode, 2. F. 26. §. *Inter filiam.* §. 1. per quod indigitamus rem quæ in plena nostra proprietate seu dominio est, adeò, ut eam à nullo recognoscamus. Sic & Germanicè sibi opponuntur **Lehen** und **Erbe** / item **Lehen** = **Erben** / und **Land** = **Erben**. Et ejusmodi allodium quoque est *Feudum solare*, Germanicè **ein Sonnen = Lehn** / quod à nemine, quàm à Deo, sive Sole, quem Gentes pro Deo coluerunt, recognoscatur. *Dn. Rheius Comm. Feud. L. 1. t. 1. n. 23. pag. 44. Dn. Friesch. Dissert. de Feud. Solar. & talia olim fuisse feuda Marchica, asserit Pruckman. Vol. 1. Consil. 4. n. 12.*

Quaest. 5. Recognoscamus.) Vid. Coccej Hypomn. Jur. Feud. pag. 33. n. 37. 38. 39. & p. 8. n. 2. & 3. Allodium rectiùs ab **Alt.** & **Ode** denominatur, ut sit *bonum antiquum & vetustum*, quemadmodum hanc vocem apud Francos usurpatam fuisse, ostendit Schilter. ad *Jus Feudale Alemannicum*, quò acquisitis & comparatis, non minùs, tamen propriis bonis opponitur; Unde porrò differentia apparet bonorum distinctorum in *Proprietates & Fifeos*; identidem in illa: *Quæ aut munere regio*

*regia aut; Quæ de
corum Beneficia ap
Recognoscatur
tarius Belgici. Han
Hannonom illud /*

6. Unde

*Resp. Comm
quidem ex partic
Patrimonium seu
huc hodie Klem
cuntur. Anton. D
nes habet. Ad. S*

*Quaest. 6. Hic a
preterea adhuc notan
Solus, sed Feudall
allodiu, feudum e
non fructu, ablium*

7. Præsumit
dalis

*Resp. Aff. pe
suum naturam hab
tio est facti. Vid. R
ob. n. Anton. disp.
probat sit feudali
possellione man
nec Vasallus tit
nec dominus pro
p. 1. c. 27. def. 9.*

Quaest. 7.) Quia

regio aut; *Qua de Allode parentum tenentur*; Illa in LL. Francorum Beneficia appellantur, quæ feuda sunt.

Recognoscatur. Et talia fuisse feuda Marchica.) Item Comitatus Belgici. Hanonienfis, Comitatus Altenburgicus. Unde & Hannonum illud: Hannoniæ Dominus, DEUS ET SOL.

6. Unde derivatur Allodium?

Resp. Communiter ex Germanico deducitur, & quidem ex particula *All* / omne, & *Uede* / quod patris Patrimonium seu possessionem significavit. Unde adhuc hodie *Kleimodia* bona hereditaria pretiosiora dicuntur. *Anton. Disput. 1. th. 2. lit. a.* ubi & alias derivationes habet. *Add. Struv. c. 2. th. fin. n. 2.*

* * *

Quaest. 6. Hic addat, omnino 2. f. 54. ibique Gothofred. præterea adhuc notandum: Bona Allodialia non opponi Prædii Salicis, sed Feudalibus. Non obstante 2. f. 17. ubi, *de paterno allodio, feudum esse*, dicitur; Sed hoc verbum sensu latiori, non stricto, ibi sumi, accuratior textus, collatio satis evincit.

7. Præsumiturne res aliqua potius feudalis, quàm allodialis?

Resp. Aff. posterius; Quia omnis res pristinam suam naturam habere præsumitur, & feudi constitutio est facti. *Vid. Rittersh. lib. 1. c. 2. Quaest. 20. Struv. c. 16. th. 11. Anton. disp. 15. th. 7.* Hinc interim, donec res probata sit feudalis, filiae aliique heredes allodiales in possessione manent. 2. F. 26. §. 1. *Decis. Sax. Noviss. 37.* nec Vasallus titulum possessionis edere tenetur, donec dominus probaverit, rem esse feudalem. *Carpz. P. 1. c. 27. def. 9.*

* * *

Quaest. 7.) Quia naturalia præsumuntur adesse; prædium

E 2

autem

autem esse liberum à præstationibus, servitutibus, & id genus, aliis oneribus naturale est; ergo contrarium asserens id probare debet. Præsumptio quippe pro possessore etiam injusto militat, nisi alius titulum probet justiore, in pari maximè causa; Unde possessionis suæ rationem & causam nemo regulariter allegare vel edere tenetur, quo de vid. omninò *Dn. Lauterb. in π. Tit. II. Libr. 41. in Effectu.* conferat. tamen *Mav. C. IV. Dec. 356. & 357.*

8. Sed quid si conjecturæ sint in contrarium?

Resp. Illæ evidentes esse debent, si res exinde præsumenda sit feudalis. Ut hinc solam investituræ renovationem non sufficere, statuat *Carpzov. part. 1. C. 27 d. 7.* hæc enim etiam in bonis emphyteuticis necessaria. Nec aliud dicendum de Principatibus Imperii, quasi illi essent magis allodiales, quàm feudales, liberior enim dispositio de feudo non tollit nexum feudalem. *Conf. Iterus de Feud. Imp. c. 2. §. 8.*

* * *

Quest. 9. Non sufficere) Quia sola renovatio erronea esse potest, & hinc tamdiu præsumitur pro libertate fundi, donec contrarium per conjecturam etiam gravem & vehementem deductum & probatum fuerit.

9. Quot modis vox feudi capitur?

Resp. Diversimode: (1.) pro ipsa re in feudum concessa, quæ vulgaris acceptio est. Sic *1. F. 4.* dicitur *investitura Feudi.* (2.) pro contractu feudali, per quem Vasallo jus in feudo acquiritur. Sic dicitur *2. F. 20.* si quis per feudum investituram acceperit. (3.) pro ipso

ipso iure in re fe
tem investituram
rb. 2. h. 4. Srv

Quest. 9. Consi
gnoris sui iure acc
in 7. Tit. Libr. XIII.

10. Quodna

Resp. Sæpius i
F. 1. §. 1. & 4. F. 14
rior fuit, quam ip
Enterit, in Paris. Fe
vocatur Beneficari
Feud. c. 1. §. 12. Ince
100. d. 1.

Quest. 10. Benefici
jus, quod ex benevol
ilique Gothofred.
Crata) Scilicet ex
dum cluet, 2. §. 23. Srv

II. Q

Resp. Feudum e
nillime utenda tra
mini, sub conditio
Vel brevius: Feud
sub lege fidelitatis.

Quest. 11. Est jus in

ipso jure in re feudali, per contractum & subsequen-
tem investituram constituto. 2. F. 25. §. 1. Anton. Disp. 1.
th. 2. lit. c. Struv. c. 2. th. 2. Ludvv. p. 26. in fin.

* * *

Quaest. 9. Constituto.) Pari modo, quo in jure civili pi-
gnoris vox variè accipi solet, quo de vid. omnino Lanterb.
in 7. Tit. Libr. XIII. in pr.

10. Quodnam feudi synonymon est?

Resp. Sæpius in Jure Feudali Beneficium dicitur: 1.
F. 1. §. 2. & 4. 1. F. 14. princ. quæ appellatio olim frequen-
tior fuit, quàm ipsius feudi. Anton. Disput. 1. th. 2. lit. a.
Rittersb. in Paris. Feud. lib. 1. c. 1. q. 12. Unde Vasallus
vocatur Beneficiarius inbeneficiatus. Dn. Eyben. Elect.
Feud. c. 1. §. 12. Interdum etiam Gratia appellatur. An-
ton. d. l.

* * *

Quaest. 10. Beneficium.) Ast feudum non est ipsa actio, sed
jus, quod ex benevola illa actione oritur, probant. 1. f. 27.
ibique Gothofred.

Gratia) Scilicet ex parte domini, ex parte verò vasalli Gau-
dium cluet, 2. f. 23. & imprimis illud sciendum.

11. Quid est feudum?

Resp. Feudum est Jus, in re aliena immobili ple-
nissimè utenda fruenda, alicui ex benevolentia Do-
mini, sub conditione mutuae fidelitatis, constitutum.
Vel brevius: Feudum est concessio domini utilius,
sub lege fidelitatis.

* * *

Quaest. 11. Est jus in re aliena) Nam si res propria esset,
E 3 plena

plena disponendi facultas, sine benevolentia tertii accedente, ut effectus pleni dominii competeret.

Plenissime utenda fruenda) Hæc verba iterum satis innuunt, vasallum non esse plenum dominum nec habere plenam de re feudali disponendi facultatem, quare verba subsequenta in definitione: *sub conditione mutue fidelitatis*. Luculentam inferunt differentiam specificam, vid. Ant. hinc qst. 25. 26. 27. & alius.

12. Quid per Jus intelligis?

Resp. Facultatem aliquam ex contractu feudali subsecuta traditione quasitam, seu potestatem per consuetudines feudales concessam & comprobatam.

Quæst. 12. Per consuetudines feudales quasitam.) Quia consuetudo feudalis, & communis feudi ratio, qualitates feudi induunt s. imponunt. 2. f. 1. & l. præterea.

13. Sed nonne per usumfructum describi potest?

Resp. Propriè non, si usumfructus vocabulum in sensu juris civilis capimus, cum multum Vasallus ab usufructuario differat. Impropiè tamen potest, in respectu commoditatis, ad quam impropriè tatem de notandam Dd. ita describunt, quod feudum sit usumfructus quidam. *Vult. lib. 1. c. 2. n. 9. Ludov. p. 27. Joh. Wurmser. Traict. de feud. improp. Class. 1. Sect. 2. n. 5.*

Quæst. 13. Ab usufructuario) formali scilicet, arg. l. 4. ff. de Usufr.

Ufus-

Usumfructus quia
vultus, sed ex mi

14. Quomodo
fructus

Resp. (1) Usum
non Vasalli. 2. F. 2.
dorem immutare
1. F. 2. (3) Ille n.
Vasallus ob uzile

Quæst. 14. Immutatio
fructus, quo vocabul

Veteres circumscripti
sunt rerum substantia

na non potest rem

mediate actione ca

ad Tit. 1. lib. 17. in Ep

fructuarium non quod

ria, cum tantum habe

dominium utilitatum

que ad voluptatem u

7. de Usufr. Lauterb. 2.

Utile. Quia valde

ipso domino directo

in feudali feudo inver

tere Lauerbach. 2.

Hæc tamen.

15. Quomodo
Resp. Res aliena

Ususfructus quidam) putà materialis, qui non ex jure servitutis, sed ex minùs pleni dominiù causa fluit.

14. Quomodo autem Vasallus ab usufructuario differt?

Resp. (1.) Usufructuarii jus cum persona expirat; non Vasalli. 2. F. 23. in fin. (2.) Ille non potest ædificando rem immutare, l. 44. & 61. ff. de Usufr. Vasallus potest. 2. F. 28. (3.) Ille non potest rem vindicare: benè tamen Vasallus ob utile dominium. 2. F. 2. Struv. c. 2. th. 3. n. 3.

* * *

Quaest. 14. Immutare.) Quia hoc contra definitionem usufructus, quo vocabulo, *Ususfructus*, Feudum apud Francos Veteres circumscribi solebat, qui jus rebus alienis utendi fruendi salvà rerum substantià, pr. 1. de Usufruct. definitur, esset.

Ille non potest rem vindicare) Benè tamen jura & servitutes mediante actione confessoria utili vindicare, probant, *Lauterb. ad Tit. 1. lib. VII. in Effectu. & s. Actiones.* Unde satis apparet, Usufructuarium non quidem habere dominium in re usufructuaria, cum tantùm habeat jus in re, nempe servitutis; Eum tamen dominium utilitatum & proventuum consequi plenum, illisque ad voluptatem usque liberè uti posse, innuent, l. 7. §. 3. n. de Usufr. *Lauterb. alleg. loc. in Effect. vers. Accessione.*

Utile.) Quia vasallus ut dominus utilis de dominio cum ipso domino directo participat; consequenter, thesaurum in feudali fundo inventum acquirere potest, rectissimè ita inferente *Lauterbach. ad Tit. 1. Lib. 41. lit. E. majore interna & l. Hodie tamen.*

15. Quodnam est objectum feudi?

Resp. Res aliena immobilis.

Quaest. 15.

De Natura ac
benevolentia tertii accedens
peteret.
Hæc verba in rem factio in
dominum nec habere pl
cultatem, quare verba subte
tione mune fidelitatis. Luculen
tiam; vid. Ant. hic 98. 25.

Jus intelligis?
in contractu feudali sub
seu potestatem per consue
& comprobaram.

feudali quaestiam.) Quia con
suetudo ratio, quatuor feudi
rura.

Usufructum de
otest?

usufructus vocabulum in
cum multum Vasallus ab
opriè tamen potest, in re
quam impropietatem de
it, quod feudum sit usus
2. n. 9. Ludov. p. 27. sub Worm
all. 1. Sept. 2. n. 1.

formali scilicet, arg. l. 4

Uje

Quaest. 15. Immobilis) Immo & res incorporalis nec non mobilis rectè in feudum dari potest, 2. f. 20. & 25.

16. Ergo in re propria feudum constitui nequit?

Resp. Negando. Quod enim nostrum pleno jure est, illud nostrum alio respectu fieri nequit. Nisi prius aliquis rem suam in dominum transferat, (quod fit titulo donationis sub modo factæ) & ab hoc rem ut feudum recognoscat, *das Erbe zu Lehn machen*. *Struv. c. 7. th. 10. n. 1.* quod ea propter feudum *recognitum* dicitur, vel *oblatum*, *ein aufgetragen Lehn* / qualia sunt ferè omnia Pomeraniæ, Marchiæ, Silesiæ & Mecklenburgica feuda. *Add. qu. 17. cap. 4.*

* * *

Quaest. 16. Transferat) Et quidem, conditione eâ, ut dominus directus vasallum fundum suum offerentem ut hominem & quidem fidelem suum ab injuriis aliorum defendat; Notandum tamen jure Saxonico, *ut Libr. 1. Specul. Saxon. Art. 34.* quid specialis constitutum esse; dicitur ibi: si quis proprietatem suam domino dederit, ita, ut, cum ea donatur, infeudetur, ista donatio domino non proderit, nisi eam proprietatem per annum & diem liberaliter possideat. Existimatque *Conring. de Finib. Imp.* Omnia prædia Nobilium Feuda oblata esse. Talia Feuda Saxonico Jure olim non valebant, Hodie tamen ibi valent.

17. An verò res immobilis in definitione strictè capitur?

Resp. Negando, sed in sensu latiori, quatenus res immobilis vel naturaliter talis, ut prædium; vel
civiliter

civiliter talis, quod
betur. 2. f. 1. §. 5. S.
spectat iurisdic-
mobilibus accen-
ret. *Struv. c. 2. th.*

Quaest. 17. Et si
lar Lincor. in Tit.
Præterea, res secular
mobiles hisque con-
nas, quæque inter
les, carere debio;
novi, feudum con-
bus involuta & nod-
tor est; Etenim, n-
Imperatoris id satis
experire debuit. In
conferat, sed ad
succedendum Imper-
tiæ, nec non Leop-
tilimus verbis decar-
sig Leben dem Reich-
erhöhet / und ledigli-
lich obgetragen / als
te und dreylich en /
würden der siben Ch-
verwand rünge. Expec-
fordern zu Scholun-
kommen einzihen / u-
unter Erblanden / u-
im und Freyheiten ar-
nosa reddite Capital.
Arzibus XI. Wann a

civiliter talis, quæ ex civili ratione pro immobili habetur. 2. F. 1. §. Sciendum. Bifsch. in Comm. ad h. text. Huc spectat jurisdictio, quæ conjuncta cum prædio, immobilibus accensetur, & sic in feudum simul dari potest. Struv. c. 2. th. 3. n. 5. Ludov. Syn. c. 2 p. 28.

* * *

Quæst. 17. Et sic in feudum dari potest.) Vid. omnium instar Lauterb. in Tit. 8. Libr. π. 1. num. 2. & Res Corporales sunt. Præterea, res seculares in Feudum dari omnes, mobiles, immobiles, quæque inter mobilia numerantur, ut res incorporales, caræ dubio; sed an Imperator de Imperii bonis, de novo; feudum constituere queat, quæstio multis difficultatibus involuta & nodosa est? Ad quam responsio negativa certior est; Etenim, non tantum formula privationis Wenceslai Imperatoris id satis ostendit, sed & Capitulationi Caroli V. expertè additum, Imperii bona, quæ fortè vacabunt, nemini conferat, sed ad publicum referat patrimonium, quod & succedentium Imperatorum Capitulationes Rudolphi II. Matthias, nec non Leopold. & Josephi Artic. 30. & 29. Conceptissimis verbis decantant: Verbis: Wann auch ins künfftig Lehen dem Reich / und Uns bey Zeit unserer Regierung eröffnet / und lediglich heimfallen werden / so etwas merckliches ertragen / als Fürstenthümer / Grafschafften / Städte und dergleichen / die sollen und wollen Wir ohne Vorwissen der sieben Churfürsten ferner niemand leyhen / auch niemand einige Expectanz oder Anwartung / darauf geben / sondern zur Erhaltung des Reichs / Unser / und Unser Nachkommen einziehen / und incorporiren / doch Uns von wegen unser Erblanden / und sonsten männiglich / an seinen Rechten und Freyheiten unschädlich: Quæ omnia tamen adhuc planiora reddit Capitul. CAROLI VI. Gloriosissimè Regnantis Articulus XI. Wann auch ins künfftig Lehen dem Reich durch

F

Todts

Todtsfälle / oder durch Verwürckung eröffnet / und lediglich heimfallen werden / so etwas merkliches ertragen / als Churfürstenthümer / Fürstenthümer / Graffschafften / Herrschafften / Städte und dergleichen / die soll. n und wollen Wir / die Churfürstenthümer ohne des Churfürstlichen Collegii, die Fürstenthümer / Graf- und Herrschafften / Städte und dergleichen aber / ohne der Churfürstlichen / Fürstlichen / auch (wann es nemblich eine Reichs- Stadt betreffen thut) Städtischer Collegiorum Vorwissen und Consens ferner niemand leyhen / auch niemand einige Expectanz oder Anwartsung darauf geben / sondern zu Unterhaltung des Reichs / Unser und Unser nachkommender König und Käysera behalten / einziehen und incorporiren / doch Uns von wegen Unserer Erblanden / und sonstenn männiglich an seinen Rechten und Freyheiten / auch denen von Unsern Vorfahren am Reich / denen Ständen propter bene merita ertheilt / und denen Reichs- Constitutionibus gemässen Anwartungen auf künfftig sich erledigende Reichs- Lehen an ihrer Krafft und Bündlichkeit unschädlich. *Quam constitutionem verò de collatione tantum novã, non v. de investiturarum Renovatione intelligimus; Potestas, quippe, renovandi de Imperii Feudis ad Imperatorem spectat, itidem disertè id probantibus dictis Capitulationibus allegatis, Art. 30. & 29. Verbis: So sollen auch die Lehen- Brieffe und Expectanzien über des H. Röm. Reichs angehörige Lehen / welche bey einer andern / als Unserer Reichs- Cansley / und ohne Vorwissen der Herren Churfürsten ins künfftig ertheilet und außgesetzt werden möchten / ganz ungültig seyn. Quibuscum convenit, Cap. Car. VI. Artic. dist. XI. in pr. &c. Quæ & ipsa Renovandi potestas vacante Imperio, Vicariis Imperii (exceptis Feudis, Regalibus & ppter- Fahnen- Lehen/ quorum investitura & collatio soli Imperatori ac Regi Romanorum specialiter reservatur) juxta A. B. Tit. 5. est competitura, addatur omninò CL. Coccejus juris publ. prudent. Cap. XVI. §. 13. Bux.*

Barroff. ad Aur. B.
Fehl. Libr. 3. cap.

18. Quare ad
SIME

Resp. Quia a
num exre, sed &
gr. Jo.anns, qu
11. 11. 5. Conf. 9.

Quest. 11. Quo
rus non numeratur
imò DEI beneficium
XXIII. in Effed. Perf
nomine non veniant,
ad 11. 1. Libr. XVI

19. Quare ad

Resp. Quia ex
& scudum (apud
actio. 2. F. 2. in fu

Quest. 19. Bene
dignu Notata nostra.

20. Ergo

Resp. Utiq;
acquiri posse, certu

Buxtorff. ad Aur. Bull. Th. 59. usq; ad Th. 75. & Limn. De Jur. Publ. Libr. 3. cap. 12. n. 50. & seqq.

18. Quare dicitur in definitione PLENIS-
SIME UTENDA FRUENDA?

Resp. Quia ad Vasallum omnis utilitas non tan-
tum ex re, sed & occasione rei percepta pertinet, c.
gr. *Theaurus*, quod secus est in usufructuario, *Siruv. c.*
12. th. 5. Conf. q. 9.

* * *

Quaest. 18. Quod secus est, in usufructuario Quia thesau-
rus non numeratur inter fructus, fortunæ enim donum est,
imò DEI beneficium, *l. un. C. de Theaur. Lanterb. in Tit. Libr.*
XXIII. in Effect. Vers. Non etiam alias accessiones, que fructuum
nomine non veniunt, ut NB. partus ancilla, thesaurum. Idem
ad Tit. 2. Libr. XVIII. in Effect.

19. Quare additum EX BENEVOLENTIA
DOMINI?

Resp. Quia ex gratia Domini proficiscitur; unde
& feudum sæpius Beneficium dicitur, ut & benevola
actio. *2. F. 23. in fin.*

* * *

Quaest. 19. Benevola actio Vid. *Aut. hoc Cap. II. quaest. 10.*
ibique Notata nostra.

20. Ergone feudum emittitum non
est feudum?

Resp. Utique, nam & interventu pecuniæ feudum
acquiri posse, certum est, *1. F. 16. & 20. & vendendo*
F 2 etiam

etiam benevolentiam suam exhibet Dominus, quòd me potius, quàm alium habere Vasallum velit; Pecunia verò non tam eliciendi, quàm remunerandi beneficii causa data videtur. *Hatryser. in Anal. Jur. Feud. c. 3. lit. F. Vid. infr. q. 14. c. 4.*

* * *

Quest. 20. Videtur.) Idem judicandum de prescriptione feudi, ubi & gratia domini non minùs elucet, dum dominus hunc vasallum prae alio per triginta annos possidere, subindèque prescribere patiatur, ita, ut benevolentia domini utique concurrat. Accedit, quòd feudum interventione pecuniae non adaequatae totius feudi non planè gratuitum esse possit.

21. Quænam est forma feudi?

Resp. Mutua fidelitas, quam principaliter Vasallus Domino, per consequentiam verò Dominus iterum Vasallo exhibere tenetur. *2. F. 6. in fin. Anton. Disp. 8. ch. 2. lit. E.* quorsum spectat illud, *getreuer Herz / getreuer Knecht.* Præstat verò Vasallus fidem obsequii, Dominus fidem defensionis.

* * *

Quest. 21. Getreuer Knecht) V. Aut. hic *Cap. 18.* passim ubi adstruitur, quòd dominus & vasallus à pari judicentur, cum inter illos mutua obtineat fidelitas, ita, ut dominus vasallum hoc sensu etiam conjugem habere videatur, *2. f. 58.* nisi inter utrumquè aperta intercedat differentiae ratio, ut in puncto juramenti, dominus enim non jurat, *2. f. 6. vid. Disp. nostr. de Collat. feud. th. 16.*

22. An itaque fidelitas à feudo abesse potest?

Resp. Negando, quia formam absolvit. Nec obstat

Stat. 1. f. 3. in fin.
nem fidel, & re-
remitti potest
delitas præstari p

*Quest. 21. Hic r-
eis ad hanc alia non
pacti mutari posse,
notach. ad Tit. 1. L.
ei impurata.*

23. Sed quid
ciatur, N

Resp. Distingui-
nem, quam homi-
fidem specialem
pactum, ut pote
valeret: invitat en-
6. 4. ff. de pact. Sed
non lit. iux rei ut
fidem specialem co-
dum esset, quàm
& quidem vel dor-
venditio domini u

*Quest. 22. Ad h-
ne dolus præstetur
aperiretur.*

*Quasi contractus.)
quod inter contrahen-
tam 1. 7. §. 1. de pa*

stat 2. F. 3. in fin. Nam distinguendum inter remissionem fidei, & remissionem juramenti fidelitatis. Hoc remitti potest, non illa; cum & absque juramento fidelitas præstari possit. *Hattyscr. c. 2. lit. 4.*

* * *

Quaest. 22. Hoc remitti potest.) Quia juramentum fidelitatis ad naturalia non ad substantialia pertinet, naturalia autem pactis mutari posse, exemplis accuratè & apprimè docet *Lauterbach. ad Tit. 1. Libr. 18. §. Substantialia*, hinc dicuntur feuda injurata.

23. Sed quid verò, si tale pactum adjiciatur, **NE FIDES PRÆSTETUR?**

Resp. Distinguendo inter fidem illam communem, quam homo homini naturaliter debet; & inter fidem specialem ex contractu feudali oriundam. Illud pactum, utpote quod contra bonos mores esset, non valeret: invitat enim ad delinquendum. *arg. L. 27. §. 2. & 4. ff. de pact.* Sed hoc valebit, cum in se injustum non sit, lux rei utile dominium sine obligatione ad fidem specialem concedere; Verùm ita non tam feudum esset, quàm alius contractus. *Servu. c. 2. th. 6. n. 7.* & quidem vel donatio, vel si pecunia intervenerit, venditio domini utilis.

* * *

Quaest. 23. Ad delinquendum) Si inter partes convenerit, ne dolus præstetur, quia tum quasi janua delictis & fallaciis aperiretur.

Alius contractus.) Si ita partes voluerint, quoniam illud, quod inter contrahentes ab initio *l. 23. π. de R. l.* vel in continenti *l. 7. §. 5. π. de pact. l. 72. π. de contrah. empt. actum*, potest

tissimum respiciendum l. 52. π. de V. O. vid. Struv. loco alleg. pag. ibi 64. & addat. Lanterb. pract. loc.

24. Cur servitorum in definitione nulla facta mentio?

Resp. Quia servitia non ad substantialia, sed ad naturalia feudi spectant. Andr. Kobl. de Servit. Feud. Part. 4. n. 90. Struv. c. 2. th. 7. ideoque cum naturalia ex voluntate contrahentium mutationi sint obnoxia, pactis feuda sine servitiis constitui possunt, uti exemplum est in feudis francis. Struv. cap. 2. th. 8. Si tamen domini personam in periculo constitutam videant, succurrere ipsi tenentur, alioqui enim perfidi forent.

* * *

Quest. 24. Spectant.) Quia sunt qualitates juris auctoritate impostæ, hinc vocantur communis feudi ratio, item feudi consuetudo.

25. Quomodo differt feudum ab Emphyteusi?

Resp. (1.) Ratione finis, Vasallus fidem præstat, Emphyteuta tantum annuum canonem. (2.) Ratione transmissionis: Vasallus feudum ad descendentes vel agnatos masculos à primo acquirente descendentes tantum transmittit; Emphyteuta verò ad heredes quoscunque, etiam extraneos. Si scilicet simpliciter concessa, non si pro se, & liberis. Bachov. ad Trentl. vol. 1. D. 29. th. 10. lit. a. (3.) Ratione facultatis alienandi: Vasallus absque Domini voluntate feudum alienare nequit. 2. F. 55. benè tamen Emphyteuta, si Domi-

Domini ipse pro Emphyteuta, Ludov.

Quest. 25. No-
fici potest, ut li. 4.
dant, vel pro majore
manente perpetuo ex
Si vero emphyteutis
rum prelegari po-
emphyteutin perno-
imploratus super ad-
aut retrahat, dist. 4.
di v. consentire hauc
culum; conferat. om-
XXX. pereleganter h

26. Quomodo

Resp. Quando
ditione alteri conc-
sim præter Germ-
centus si in translat-
tur centus reservatio
quæ jam alterius est
tur, Vid. Zaf. ad ff. n.

Quest. 26. Constat
tu. 3. Liv. 6. in fine

27. Quomodo

Resp. In bonis ce-

Dominus ipse pretium solvere nolit, per l. 3. C. de Jur. Emphyteut. Ludov. p. 31. Struv. c. 2. th. 10. n. 1.

* * *

Quaest. 25. Non si pro se & liberis.) Pacto ita liberis prospici potest, ut hi, exclusis extraneis hæredibus tantum succedant; vel pro masculis tantum conceditur, ut feminae sint & maneat perpetuo exclusæ, Struv. Ex. XI. th. 65. ibiq; Müller. Si verò emphyteusis simpliciter concessa, tunc etiam uni liberorum prælegari potest. Cæterum discrimen inter feudum & emphyteusim pernotum; Dominus emphyteuseos, quippe, imploratus super alienatione rei emphyteuticæ aut consentiat, aut retrahat, dist. 1. 2. & fin. C. de Jure emphyt. Dominus feudi v. consentire haud cogitur; ob arctius hîc intercedens vinculum; conferat. omninò Eberhard, à Middelb. in Loc. Legal. XXX. pereleganter hunc articulum deducens.

26 Quænam verò sunt bona Censitica?

Resp. Quando plenum dominium rei sub hac conditione alteri conceditur, ut quotannis certum censum præstet German. Zins & Güter. Struv. d. l. n. 3. Qui census si in translatione rei à priori Domino reservetur. census reservativus vel fundarius dicitur. Si verò in re, quæ jam alterius est, mihi constituatur, dicitur constitutus. Vid. Zas. ad ff. tit. de Usur. n. 19. D. Horn. c. 2. §. 14.

* * *

Quaest. 26. Constitutus) Vid. Lauterb, Tit. 18. Lib. 43. & Tit. 3. Lib. 6. in similibus. n. 2.

27. Quomodo differunt ab Emphyteusi?

Resp. In bonis censiticis dominium plenum transit in

in censuarium; in emphyteusi saltem utile. *Carpzov. P. 2. c. 39. def. 1.* in illis *census* solvitur de re propria, ob pactum traditioni rei adjectum, in his solvitur *canon* de re aliena, ut alterum recognoscat dominum: unde canone intra triennium non soluto, amittitur emphyteusis: Secus verò in censu non soluto; *Carpz. d. C. 39. d. 2.* ad expensas tamen & interesse tenebitur censuarius. *Carpz. def. 3. Conf. Ludov. Syn. feud. pag. 35.*

* * *

Quest. 27. Amittitur Emphyteusis.) Scilicet *Secularis*, secus in *Ecclesiastica*, ubi biennium terminus ad quem est, vid. *Lamerb. ad d. Tit. 3. Libr. π. 6. in Comr. n. 8.*

28. Qualis verò in dubio præsumitur contractus?

Resp. Quoties in translatione rei suæ Dominus sibi reservat dominium directum, contractus præsumitur emphyteuticus, non censiticus. *Carpzov. d. l. def. 6.* alioqui si de illa reservatione non constet, in dubio potius contractus censiticus quàm emphyteuticus præsumitur. *Carpz. d. l. def. 8.* reservatio enim partis domini in facto consistit, & hinc non præsumitur.

* * *

Quest. 28. Præsumitur.) Præsumptio illa tamen non vana esse, sed certo fundamento niti debet, uti exemplum allegatum, quidem ostendit; sed adhuc, pace *Piorum Manium CL. Autoris*, accuratiùs colligerem, Si de origine *reditus* nil constet, in dubio potius *Jus Censiticum* non *Emphyteuticum* censerem; quia hoc moribus antiquis Germanorum magis convenit. *Emphyteusis* v. illis ignota, & demum ex *Jure Romano argum. §. 3. l. de Locat. conduct. ascita*, vid. *Berlich. p. 11. Concl.*

Concl. 27. n. 15. & 16.
gle hanc sententiam

29. Quomodo

Resp. Contra
nunc mentio fit
est conventio, q
jure, interveni
levi pretio certa
contractus hic d
sus pretio, vel ce
facile apparet, q
pag. 33. D. Rheims. C
dali cum emphyt
non fit) libellat
paret ex descrip
2. ib. n. 4. in ex
laris transfertur p
annuz pensionis
manis dicuntur p
Cont. Franck. de L
colator. non der Land
voce: Land: Stede

*Quest. 29. Vendi
alio domini vendit
Causa Efficiens,
Kus pretio ves
possessore.
Colonaria.) Ab h
fiam, dno laudemio*

Concl. 47. n. 19. & Esbach. in Carpz. p. 11. Const. 30. def. 8. egregie hanc sententiam defendens.

29. Quomodo à bonis libellariis feudum differt?

Resp. Contractus libellarius (cujus in Jure Justiniano mentio fit in *L. 24. § 1. C. de SS. Eccl. & Nov. 7. pr.*) est conventio, qua res in alium transfertur venditionis jure, interveniente scriptura, sub certo regulariter levi pretio certaqué pensione annua, addita lege, ut contractus hic determinato tempore, numerato rursus pretio, vel certo, vel arbitrario, renovetur. Unde facile apparet, quantum à feudo distet. Vid. *Ludvv. pag. 33. D. Rhetius. Comm. 7. F. p. 247.* Quanquam jure feudali cum emphytheusi (cujus expressa mentio illo jure non fit) libellarius contractus ferè conveniat, uti apparet ex descriptione *2. F. 9. §. 1. vers. quis enim. Struv. c. 2. th. 10. n. 4.* in effectu tamen differunt, quia in libellario transfertur plenum dominium cum reservatione annuæ pensionis: in emphytheusi tantum utile Germanis dicuntur *Meyer & Gúrher* sive bona colonaria. Conf. *Franzk. de Laudem. c. 10. seq. add. Tabor. Tr. de jur. colonar. von der Land & Siedelen. Besold. Thesaur. Pract. sub voce: Land & Siedel.*

* * *

Quaest. 29. Venditionis jure.) Imò quocunqué contractu alio dominii translativo vid. *Lauterbach. ad Tit. 18. Libr. 43. in Causa Efficient.*

Rursus pretio vel certo vel arbitrario.) Etiam non mutato possessore.

Colonaria.) Ab his bona vitalititaria, quæ alicui ad vitam suam, dato laudemio, sub lege annuæ pensionis præstandæ

G

conce-

conceduntur, longè differunt. In Bonis colonariis Jus in re Colonum habere, extra controversiam ponunt DD., quamvis temporale tantùm, morte coloni extinguendum. Istiusmodi Jus colonarium solutione uniformis canonis per longissimum tempus & quidem fructibus minoris, soluti; nec non, præstatione onerum, quæ conductor simplex non suffert, præsumi, eleganter proponit & decidit *Mev. p. IX. dec. 74* idemque sentit *Brunn. in l. ult. n. si ager. vetus.* Hinc Bona Libellaria non à libello, sed libella quæ vox pecuniam minimam, quam Veteres assem dicebant, denotabat, appellantur.

30. Quænam verò sunt bona solidorum?

Resp. Sunt certa species bonorum moribus induta, & præcipuè in Ducatu Brunsvicensi frequentata, ubi rusticus uno solido exsoluto prædium accipit, quo solido ei restituto prædium dimittere debet, quod tamen non faciliè admittitur sine justa causa: German. Schilling & Güter sive Schilling & Hauer. vid. *Schepliz. ad Clammer. Pomptuar. Tit. 11.* A quibus differunt die Laß & Güter / quæ rusticis pro certa mercede annuatim conceduntur, quæ à bonis conductis non differunt. Vid. *Struv. c. 2. th. 10. n. 6. Carpzov. p. 2. c. 40. def. 1.*

* * *
Quest. 30. Schilling & Güter sunt bona, quæ Dato Solido constituntur. Laß & Güter verò sunt bona hominum propriorum, variantia pro more regionis, ita ut mortuo conductore adhuc aliquid v. gr. mortuarium nonnunquam solvi debeat, der Sterbfall / vid. *Wehn. in Obs. Pract. voce Chur. Methe.*

31. Quid est precaria?

Resp. Est concessio prædii ecclesiastici (vulg. eine Preka)

Prekary / quod
 sumstructum
 post mortem
 reversus, ad
 etiam in aliis
 diem solerpe
 quanno in qui
 p. Franck. d.
 concessio cum
 cum ea conver
 que morte pol
 v. Schuff. d.

Quest. 31. Con
 Dura.) Ipsa
 Ecclesie concessio
 Exponit.)
 Billa de Ed
 nisi nisi non de
 Sub hauffen; hinc
 sunt bona, ubi em
 v. ab his tamen
 Güter / que bon
 Güter / Güter / qu
 ubi Dominus juris
 Gerichte / Ding &
 Abilla Maniam
 Colonum facile ali
 nis nomina sum
 aratur, quamvis

32. Quid est
 Resp. Est con

Prekaren / quod ad preces alterius concedatur) in usufructum, facta pro datione æquivalentis prædii post mortem in ecclesiam, *vid. Novell. 7. pr. & c. 4. Rittershus.* ad *Novell. P. 1. c. 8. n. 50.* Potest tamen pariter etiam in aliis prædiis non ecclesiasticis constitui; Ad id etiam solet pactum, ut certo tempore, v. g. de quin-quennio in quinquennium renovetur. *c. 1. & ul. X. de precar. Frantz. de Laudem. c. 12. n. 4. Ludov. num. 36.* Quæ concessio cum ad dies vitæ regulariter saltem duret, cum ea convenire dicunt *die Schüpff = Lehn* in Suevia, quæ morte possessoris expirant. *Vid. Besold. Thes. Pract. voc. Schüpff = Lehn.*

* * *

Quest. 31. Constitui.) *vid. Lauterb. ad Tit. 3. Lib. 6. in fin. Duret.*) Ipsa propriè petitio precaria dicitur. Sed cautio Ecclesiæ s. concessio perceptionis dicitur præstaria.

Exspirant.) Vel quæ arbitrio domini revocari possunt; *Weilen die Erben gleichsam davon geschüpff werden / und muß eins von den Kindern von neuem / doch nur auf seinen Leib kauffen; hinc accedunt Ehschähige Hoff = Güter / quæ sunt bona, ubi mutato possessore, certa pecunia domino solvitur, ab his tamen differunt bona, quæ vocantur Sattel = Güter / quæ bona Land = Saffiorum exempta sunt; Item Hieb = Güter / quæ pluribus concedi solent; in Hieb = Rcht / ubi Dominus Jurisdictionem retinet & hinc descendunt Hub = Gerichte / Ding = Gerichte.*

Ab illis Mansum differt quod prædium cum villula est, unde Colonus facillè ali potest; voces hæc *Huba & Mansum* quantitatis nomina sunt, quantum scilicet bigis, mit zwey Pferdten aratur, quamvis id in variis locis multum variet.

32. Quid est contractus superficiarius?

Resp. Est contractus nominatus, quo titulo ad

G 2

domi-

dominium transferendum habili, jus superficiæ pro
lubitu utendi fruendi, in perpetuum conceditur, juxta
Schrader. P. 2. c. 2. n. 58. Sed vix commodè separatus
contractus dicitur; Potius superficiæ jus dicendum est
jus in re per contractum, aliumquæ titulum ad domi-
nium transferendum habilem constitutum, *D. Horn.*
c. 2. §. 20.

* *

Quest. 32. Sed vix commodè separatus contractus dicitur.)
Vid. omninò *Lauterb. ad π. Tit. de Superficie. in C. §. Ex-*
pressa, qua declaratur. Superficies enim est omne illud, quod
supra telluris faciem est, veluti ædificia, arbores, sata, &c.
unde, qui tale superficiem habet, superficiarius audit, sol-
vitquæ solarium; cum autem accessio principali cedat, sequi-
tur, talem superficiem in dominio superficiarii non esse, sed
ejus, qui soli dominus est, *l. ult. π. de superfic.* unde sua spon-
te sequitur: superficiem Jus in re aliena esse, (quo sensu ser-
vitus quoquæ nominari vult, *Lauterb. alleg. loc.*) uti domi-
nium utile semper Jus in re aliena vel alienata, (ut in feudo
recognito vel oblato) vigore cujus utilitates ex re aliena
percipiuntur, est.

33. Quomodo Vasallus à bonæ fidei possessore differt?

Resp. Ille Dominum novit; hic non; unde hic
rem usucapere potest, non ille, ob malam fidem.
Ludov. pag. 32.

* *

Quest. 33. Ille Dominum novit.) Dominus & Vasallus
sunt Correlata, quorum uno posito, necesse & alterum
poni.

34. Er-

44. Ergo

Resp. Affir-
tere velit. Quæ
bonæ fidei posses-
Dominum novit.

Quest. 34. Quia
est, hinc jus domi-
nii tempore perfer-
& *l. §. C. de præscr.*

* * * * *

CA

DIVISI
IN SPEC
P

GENE

1. Feudorum divisio no-
tum etiam ex con-
tractum est, nov-
ci posse.

4. Cum verò ex ipsa n-
diones, seu diver-
quod ordinariam ne-
vò inde defecit,

34. Ergone malæ fidei possessor Vasallus?

Resp. Affirm. Si hic Domini directi jus intervertere velit. Quoad ipsum verò dominium utile, est bonæ fidei possessor, quia neminem alium utilem Dominum novit.

* * *

Quæst. 34. Quia neminem alium.) Novit enim se Vasallum esse, hinc jus domini non intervertere, nec ob malam fidem ullo tempore præscribere potest, per Cap. 2. de r. l. in oro. & l. fin. C. de præscript.



CAPUT III.

DE

DIVISIONE FEUDI, IN SPECIE DE FEUDIS PROPRIIS.

GENERALIA CAPITIS.

1. Feudorum divisio non tam juris, quàm facti seu pacti est; cum enim ex conventionem dependeat feudum, nullum dubium est, nova feudorum genera, novis pactis induci posse.
2. Cum verò ex ipsa natura feudorum dependeant ejus distinctiones, seu diversæ species, inde omne illud feudum, quod ordinariam naturam retinet, proprium dicitur; quod verò inde desectit, improprium est.

G 3

3. Cum

34. Er-

3. Cùm autem omnis res *talis esse præsumatur*, qualis secundum suam naturam *esse solet*, inde de quovis feudo præsumendum, quòd sit *proprium*, donec voluntate domini & vasalli aliud circa hoc feudum dispositum appareat.
4. Divisiones *feudi proprii* vel desumuntur à *modo acquirendi*, ubi illud vetus est, quod per successionem; novum verò, quod alio titulo quæsitum: vel ex *indole rei* in feudum concessæ, ubi, si hæc ecclesiastica sit, etiam feudum tale dicitur; Vel à *qualitate adjuncta*, quod nobilitatem aut regalia annexa habet.

I. Quotuplex est feudum?

Resp.

Duplex, Proprium seu Rectum; Improprum seu Non-Rectum vel Obliquum. 2. F. 33. & 2. F. 48. Interdum tamen feudum rectum à proprio differt, quatenus illud opponitur feudo non legitime quæsito. *Ludvv. Tract. feud. p. 4.*

* * *

Quest. 1. Duplex.) Præludii Feudorum visis, Feudorum divisiones jam tractantur, quia quælibet materia in parte sua divisa apertior & clarior redditur; Feudum Rectum 1. f. 20. pro feudo veteri usurpatur, æquè ac in Jure Feudali Alemannico proprium & rectum illud dictum, quod auferri nequit, sed transmittitur, opponitur illi, quod auferri potest.

2. Sed annon hæc generalissima divisio est?

Resp. Affirm. quia omnes feudorum species huc referri possunt. *Ludvv. Syn. p. 39.* Nec obstat, quod feudum

dum improprum
men iure feudi.
& natura de feudo
stant. Anton. D.
tio doceri possit.

Quest. 1. Reddi
num. 1. quia securi
iri de feudo in pr
ex Imper. Justiniani
de in veros & q.
pria sub status de
causa, art. 2. f. 1.
rum hæc, art. 1. f. 13.
ceteris manet.

3. Quid

Resp. In quo
regulis receditur,
ulla pactione restri

Quest. 3. Retinet
f. 20. & 41. quodque
nos requirit Leben & C.

4. Ergone o

Resp. Affirm.
feudorum indoli;
do enim salvis feu

dum improprium non sit feudum, Resp. Censetur tamen jure feudi. 2. F. 48. Finckelth. Disp. 2. Contr. 2. Hinc & statuta de feudis loquentia, etiam ad impropria spectant. Anton. Disp. 1. th. 7. lit. c. in fin. nisi diversitatis ratio doceri possit.

* * *

Quest. 2. Reddi possit.) Videatur Coccejus hic pag. 14. num. 2. quia sicuti investitura in propriam & impropriam, ita & feudum in proprium & improprium dividi potest, æquè ac Imper. Justinianus in §. 2. Inst. de Obligat. Contractus dividit in veros & qf. tales; Et comprehenduntur feuda impropria sub Statutis de feudis agentibus, nisi mens & ratio aliud exigat, arg. 2. f. 84. vel aliud in Statutis voce feudi contentum sit, arg. 1. f. 15. improprium tamen in uno, proprium in cæteris manet.

3. Quid est feudum proprium?

Resp. In quo nullibi à communibus Juris Feudalis regulis receditur, sed naturalia sua ubique salva, nec ulla pactione restricta retinet. 1. F. 7. & 2. F. 2.

* * *

Quest. 3. Retinet.) Scilicet cui plena feudi forma inest, 2. f. 23. & 48. quodque communem feudi rationem habet, Das eis nes rechten Lehen & Guths Eigenschaft hat.

4. Ergone omnia pacta naturam feudi alterant?

Resp. Affirm. si sint pacta detrahentia communi feudorum indoli; Non si sint pacta augmentia; Quando enim salvis feudi naturalibus quid adjicitur, quod regu-

regulariter feudo non cohæret, hoc improprium feudum non efficit. *Ludov. Tract. de Divis. feud. c. 4. p. 84.*

* * *

Quest. 4. Non efficit.) V. g. Natura feudorum est, & Obligatio Vasalli ad servitia incerta sit 2. f. 23. si v. servitia sint certa & determinata, quod quidam vocant feudum conditionatum, quò feudum Castrense, ein Burg & Lehen pertinet, feudorum natura augetur, ut ad Castrum certum tuendum Domino Vasallus succurrere debeat; Cæterum, tot feuda impropria constitui possunt, quot modis à propria feudi natura per pacta recedi potest.

5. Quænam verò sunt illa feudi naturalia?

Resp. Sunt varia, ut (1.) Juramenti præstatio. 2. F. 3. in fin. (2.) Masculorum successio. 1. F. 2. §. 2. (3.) ad servitia & quidem incerta obligatio. 2. F. 23. (4.) Alienationis denegatio. 2. F. 55. (5.) Investituræ post mortem Domini renovatio. 2. F. 25. (6.) Feudi prævia culpa ablatio. 1. F. 21. (7.) Quod saltem in immobilibus consistat, vid. *supr. c. 2. g. 17.* & similia. *Ludov. Synops. c. 3. Vult. lib. 1. c. 8. n. 37. Conf. Wurmfs. de Feud. improp. Class. 3. Sect. 1. n. 16.* qui naturalia illa, ut ipse vocat, externa, ordine exponit.

* * *

Quest. 5. Ablatio.) Quia Beneficium Miles, h. e. Vasallus sine feloniam non amittit, quod etiam de Domino Judicandum, nam & hic feloniam committens Dominio Directo privatur, 2. f. 47. *Qualiter Dominus proprietate feudi privetur.*

6. Quale verò feudum in dubio præsumitur?

Resp. Proprium seu rectum; Qualitas enim à lege requi-

requiritur rei ineffi-
facti sunt, & sic
dum esse foemina
c. 16. th. 13. n. 3.

*Quest. 6. Pro-
adelle Vid. Ludov.
& in fin. Lib. XV
frustrare debet.
in dubio potius allo-*

7. Quotuple

Resp. Variat,
1. sex vel (2.) ratio
vid. qu. 23. vel (3.)
tatis. vid. qu. 31.
(1.) ratione situs

8. Quotuple

Resp. Duplex,
2. si Masculinum, &
quod foemina prim
impropria spectat,
ruinem feudi natu
1. c. 2. n. 38. & 42.

*Quest. 7. Admittit
las razones infra tradit
cum ex usu Juris Feud.*

requisita rei inesse præsumitur, pacta verò contraria facti sunt, & sic probanda. Unde qui præten- dit, feudum esse fœmininum, hoc probare debet. Vid. *Siruv. c. 16. th. 13. n. 3. Anton. D. 15. th. 7.*

* * *

Quest. 6. Verb. præsumitur.) Quia naturalia præsumuntur adesse Vid. *Lauterb. ad π. Tit. de Prob. & præsumpt. in fine. & in Tit. 1. Libr. XVIII. lit. D. D.*

Probare debet.) In Casu, ubi constat feudum esse, aliàs res in dubio potiùs allodialis, quàm feudalis præsumitur.

7. Quotuplex est feudum Proprium?

Resp. Variat, vel (1.) ratione acquisitionis: *vid. q. seq. vel (2.) ratione objecti, seu rei in feudum datæ. vid. qu. 23. vel (3.) ratione effectûs seu adjunctæ qualitat. vid. qu. 38. vel (4.) ratione formæ. vid. qu. 39. vel (5.) ratione sitûs. vid. qu. 45.*

8. Quotuplex est feudum ratione acquisitionis?

Resp. Duplex, Vetus vel Novum; quibus addunt alii Masculinum, quod masculus; vel Fœmininum, quod Fœmina primùm acquisivit; Sed hoc ad feuda impropria spectat, *Siruv. c. 4. th. 17. cum contra communem feudi naturam fœminæ admittantur. Vult. lib. 1. c. 8. n. 38. & 43.*

* * *

Quest. 8. Admittantur.) Et quidem, propter compluscu- las rationes infra tradendas; infimulque notandum, quòd feu- dum ex usu Juris Feudalis à primo acquirente, non à succe-
H dente

dente nomen accipiat, cum omnis res origine sua recte metiatur l. 15. ff. de Negotiis Gestis. Verbis: In negotiis gestis initio cujusq; temporis conditionem spectandam. l. 12. π. ad Sci. Macedon. l. 1. §. 13. & 30. π. Depos. l. 8. π. Mandat. l. 58. §. 2. π. Pro soc.

9. Quid est feudum vetus?

Resp. Quod jure successionis ad aliquem devolutum. Struv. c. 3. th. 2.

* * *

Quest. 9. Ad aliquem devolutum.) Seu cujus causam quis ab Acquisitore priore habet, 1. feud. 4. & 2. f. 14. Lauterb. ad π. Tit. de Re. judic. in Effect. Verb. Etiam particularem, vsd. ad huc l. 3. §. 1. π. de pign. & hypoth.

10. Quotuplex feudum vetus?

Resp. Dd. hoc subdividunt in antiquum & paternum. Illud vocant, quod ab aliquo adscendentium ultra quartum gradum acquisitum, ein Stamm-Lehen/ oder Urväterlich Lehen; Hoc verò, quod ab aliquo adscendentium infra quartum gradum originem trahit, ein Väterlich Lehen. Borcholt. c. 4. n. 2.

11. Sed numne probanda hæc distinctio?

Resp. Ita videtur ob text. 1. F. 8. §. Hoc quoque. Sed contrarium verius; cum paternum, & certo respectu maternum, & antiquum feudum in Jure Feudali pro synonymis capiantur. 2. F. 50. & in effectu etiam nihil differant. Struv. cap. 3. th. 2. num. 1. Dn. Rhetius Comm. 7. F. p. 338.

P. 338. m. n. Lauterb. c. 6. quod ille ad jus feudis quartum itea mutatum. l. 1. th. 5. m. c.

Quest. 11. & 12. quanto aut sequimo Verbi ex latere in §. 1. f. de Gradib. & pro nomine tant planè indubium, mine venire, l. 31. No. l. m. n.

12. Quid

Resp. Quod causam acquire domino conce

Quest. 12. E. 2. f. 32. feudum no- ris, alienari potest. 2. f. 39. Secunda (E) quod in illo succeda- quirente descendente- nor dare potest 2. f. expressio rei certe n

13. Quale i- nendo her- agnatoru- Resp. Novum

p. 338. n. 1. Ludov. c. 3. n. 47. Ad textum l. F. 8. respondetur, quod ille ad jus antiquum referendus, ubi successio in feudis quartum gradum non excessit; Quod tamen postea mutatum. l. F. 1. §. 4. Vult. lib. 1. c. 8. num. 5. Anton. Disp. 1. th. 5. lit. c.

* * *
Quest. 10. & 11. Quod tamen postea mutatum.) Quod de quarto aut septimo gradu antea constitutum, illud in 2. f. 50. Verb. *ex latere in infinitum* evidentissimè mutatum. Cui l. 10. §. 7. f. de Gradib. & affin. ubi parentes usque ad tritavum proprio nomine tantum appellantur haud refragatur; Etenim planè indubium, omnes majores & superiores parentum nomine venire, l. 51. π. de V. S. ibique notabiliter Gothofred. in Not. litt. l. m. n.

12. Quid est feudum novum?

Resp. Quod quis ipse primùm acquisivit; vel cujus causam acquirens non habet ab alio, sed à se ipso, & à domino concedente. Vult. d. c. 8. n. 4. Ludov. pag. 49.

* * *
Quest. 12. Et à Dn. concedente.) Et de novo habet, 2. f. 32. feudum novum hinc consensu Domini, invito agnatis, alienari potest, 2. f. 24. vetus tantum volentibus illis 2. f. 39. Secunda differentia Feudi Veteris à Novo in eo est, quòd in illo succedant fratres, in hoc verò omnes à primo acquirente descendentes 2. f. 17. (3.) non novum sed vetus, minor dare potest 2. f. 3. pr. (4.) in solo feudo novo traditio, & expressio rei certæ necessaria est.

13. Quale itaque feudum, si filius abstinendo hereditate paterna, consensu agnatorum de novo investiatur?

Resp. Novum fit, licet antea antiquum fuerit. 2. F.

45. in fin. cum non ex jure patris, sed novo titulo feudum acquirat: ut ita postmodum agnati non admittantur, nisi jura sua sibi reservaverint. *Servu. c. 3. th. 2. n. 5.*

* * *

Quest. 13. Novum fit:) Obstat argumentum à refutatione feudi desumptum; sed respondetur: Feudum refutatum suam qualitatem retinet, hinc verò qualitas feudi antiqui *consensu agnatorum* prorsus extincta est.

Nisi jura sua sibi reservaverint.) Quo facto vindicare feudum queunt, 2. f. 78. & 2. f. 83. Hujusque capituli verba, quia valde notabilia utramque paginam complementia addere ere visum: *Si alter ex fratribus qui paternum habebat beneficium, suam portionem dederit domino vel alicui extraneo: Dominus vel extraneus tamdiu teneat sine prejudicio, quamdiu ille qui dedit, heredem masculinum habuerit: Si verò sine herede decesserit, alter frater si vixerit vel ejus haeres sine ullo obstaculo, & temporis praescriptione beneficium quod hereditarium est, vindicet à quocumque possidente. Hoc idem diximus, & si fratres fuerint, & alter ab altero ex fratribus adquisierit: Hoc enim verissimum ex usu comprobato didicimus.*

14. Quid si feudum antiquum consensu agnatorum vendatur?

Resp. Itidem novum fit, si in extraneum, seu in investitura prima non contentum, transferatur. *arg. 1. F 5. §. Præterea.* Secus si in hunc; ubi antiquum feudum manet. *Anton. Disp. 1. th. 5. lit. b.* quia huic jam per primam investituram prospectum erat.

* * *

Quest. 14. Transferatur.) Quia nova ibi acquisitio fit, hinc prior qualitas feudi consensu agnatorum delata est.

15. Qua-

15. Quale v

Resp. Novum fit: & præterea, L. 1. §. 1. consensu agnatorum, talis pretio de novo. Sed totum hoc refutantis consensu prioris feudi, nullam qualitatem. Sobrad. de feud. P. 1.

Quest. 15. Quia

Et pretium non solet, quod tunc. Ergo & feudum novum emptum, vel illam in causis hereditatem augent. vicularibus v. g. emittam quando diversam. C. d. l. P. 1. §. C. In qua. Cap. 3. ap. 2. §. 6. loc. Leg. CXXII. lat. Nisi prius feudum tunc antiquum quare.

16. Potestne concedere
Resp. Affirm.

15. Quale verò feudum, quod ex pretio veteris emptum?

Resp. Novum, quia de novo acquiritur. *Struv. c. 3. th. 2. n. 6.* & pretium non succedit loco rei in singularibus, *Ludov. p. 54.* quod limitant; nisi prius feudum consensu agnatorum eo sine venditum, ut feudum ex tali pretio de novo emptum, antiqui naturam recipiat. Sed totum hoc in arbitrio Domini de novo feudo investientis consistit: Agnatorum enim consensus, licet prioris feudi venditionem confirmet, novo tamen nullam qualitatem feudalem superaddere potest. *Conf. Schrad. de feud. P. 2. c. 3.*

Quaest. 15. Quia de novo acquiritur.) Vid. 2. f. 45. in fin. Et pretium non succedit loco rei in singularibus.) Opponi solet, quod surrogatum sapiat naturam ejus, cui surrogatur; Ergo & feudum ex pretio veteris, in cujus locum surrogatur, noviter emptum, veram naturam veteris recipiat; sed Regulam illam in Causis Universalibus, & Personalibus ubi fructus hereditatem augent, aut doli causâ agitur, non autem in Particularibus v. g. emtione venditione &c. obtinere; Neque (2.) illam quando diversa qualitas surrogati subest, innuent. *L. 6. C. d. R. V. l. 3. C. In quib. caus. pig. tacit. &c. Struv. Synt. jur. feud. Cap. 3. aph. 2. §. 6.* locum sibi vindicare, *Everhard. à Middelh. Loc. Legal. CXXII.* latius probat.

Nisi prius feudum consensu agnatorum.) Tale feudum non tam antiquum quam pro antiquo reputandum & habendum est.

16. Potestne E. Dominus feudum novum concedere jure feudi antiqui?

Resp. Affirm. Nach Art und Eigenschaft eines alten
H 3 Stamm-

Stamm: Lehns / ita ut quamvis in se novum sit, in effectu tamen pro veteri reputetur. *Luduv. c. 3. p. 51.* Ratio, quia hic solum Domini præjudicium versatur, cui renunciare eidem liberum est. *arg. L. 21. C. Mandati. Struv. c. 3. th. 3. n. 1. & insuper investituræ tenor derogat naturæ feudali. 2. F. 18. & 48. vid. Vult. c. 8. n. 6. Anton. Disp. 1. th. 5. lit. E.* Revera itaque novum manet, sed fictione & effectu juris propter adjectam conventionem habetur pro veteri. *Finckelth. Disp. feud. 2. th. 15. in fin.*

* * *

Quest. 16. Ratio, quia hic solum &c.) Res enim Dominum & Vasallum noviter constitutum, tantum tangit, & Agnatorum nihil hinc interest, ergo & nihil illis obstare potest, quominus Dominus investituram quæ norma & forma dijudicandi manet, ad agnatos extendat. Conferat. CL. Gailius 2. *obs. L. addanturq; ibi Nota nostra.*

17. Quomodo verò agnatis hinc jus quæri poterit, cum alteri pacisci non liceat?

Resp. Hæc decisio juris civilis in jure feudali locum non invenit. *c. Si duo 2. F. 12. Bocer. de Success. feud. c. 2. q. 3. in fin. Luduv. Tr. p. 52. Add. Mev. P. 4. D. 112. n. 5.*

* * *

Quest. 17. Locum non invenit.) Hodie ex Charitate Alterum alteri stipulari posse, quia ad simplicitatem & æquitatem Juris Gentium, qua Jus Feudale omnino scæter, hodie deventum esse, *Mæv. p. IV. Dec. 112. nec non Bruanem. ad l. 25. π. de Pact. & Stryk. Tr. de Cautel. Contr. Sect. 11. Cap. 5. S. 3. uno qf. ore & calamo tradunt.*

18. Er-

18. Ergone
feudumResp. Ratio
agnatorum Feud
agnatorum alien
vens, quia hoc
dependet, und
d. th. 3. n. 2. Refe
tis mutuz pactioQuest. 17. Nam
novum feudum ver
te, quod, verba d
Stano. v. v. v. v.
l. π. de castres.
illa apparet comp
tem & juris fiction
manet novum, ficti
tio idem operatur
argum. l. 2. & 3. π.
post reos & manet
præjudicium Agnato
hor temperanti g
tis mutuz pactioes
Pact. notari)19. Sedan fe
NOV

Resp. Non, n

18. Ergone penitus nihil interest inter feudum naturam vetus, & pactum vetus?

Resp. Ratione Domini nihil interest, sed ratione agnatorum. Feudum enim naturam vetus sine consensu agnatorum alienari nequit; Benè verò, si sit pactum vetus, quia hoc ex conventionem Vasalli cum Domino dependet, unde contrario pacto potest mutari, *Sernv. d. th. 3. n. 2. Rosenth. cap. 2. Concl. 15. nisi & cum ipsis agnatis mutuae pactiones intercesserint.*

* * *

Quaest. 18. Naturam vetus & pactum vetus) Pactum tale est, ubi novum feudum veteris naturam assumit & induit. Non obstante, quod, verba & denominatio *hominum* veritatem & substantiam *rei* immutare nequeant, *prob. l. 4. π. de Legat. l. & l. 8. π. de castrens. pecul.* distinctionis foedere tamen difficultas illa apprimè componenda: Distinguendo sc. inter *rei* veritatem & *juris* fictionem; *Re*, enim, ipsam, & origine feudum manet novum, *fictione* *juris* v. pro antiquo habetur: Quae *fictione* idem operatur in casu ficto, quod *veritas* in casu vero, *argum. l. 2. & 3. π. de natal. restit. l. 8. π. & C. de Captiv. & poste. revers.* & manet utique differentia inter utrumque quoad praedictum Agnatorum, *aperta, 2. f. 39. nisi* (uti *CL. Author* temperamenti gratiam, rectè allegavit,) & cum ipsis Agnatis mutuae pactiones intercesserint.

Potest mutari) 2. feud. 81. & arg. L. 5. §. 4. ff. de P. V.

19. Sed an feudum antiquum jure feudi novi concedi potest?

Resp. Non, nisi accedente agnatorum consensu.

Gail.

Gail. 2. O. 49. His enim jus in investitura quaesitum, in-
vitis non est auferendum, *1. F. 14. Ludov. d. c. 3. p. 52.*
Siruv. d. th. 3. n. 3. nec potest Dominus in renovatione
formam priorem immutare in praedictum alterius.

* *

Quest. 19. R. non.) Probantibus id tot. textibus *1. f. 14. §. 1.*
2. f. 29. 39. & 45. Unde constat, quod Agnatis dissentientibus
feudi qualitas antiqui nullo modo mutari possit. Consentien-
tibus enim non fit injuria, dictant. *Cap. scienti 27. de R. l. in*
6to & l. 145. π. Eod. nemo, enim, videtur fraudare eos, qui sciunt
& consentiunt. & quilibet favori pro se introducto renunciare
potest *l. 29. C. de Pact. neque text. 1. feud. 14.* praedictum facit
; Agit enim de Agnatis domini, in quorum dispendium
filia recte investiri potuit, quia illi nihil Juris in re domini
habent; Verbis: *Idem dicendum de filiabus, si hoc pactum con-*
ciliet: & sic, per pactum filia succedunt. Nec *2. F. 49. ibi:*
Ut dominus cum qf. de novo beneficio investiret, negotium face-
fit; Etenim responderetur. Feudum ibi fieri novum, re-
spectu refutatoris Vasalli, non agnatorum, qui, refutatore
mortuo, utique illud vindicare possunt, *2. f. 78. & 83. ibi: si u-*
sine haredo. Item: *Vindicet à quocumq; possidente.*

20. Quale est feudum, quo quis ob cul-
pam privandus erat, si culpa
remittatur?

Resp. Si culpa ante feudum ablatum simpliciter
remissa, manet vetus: Si verò feudum auferatur, &
Vasallo restituatur, fit feudum novum. *Siruv. th. 2. n. 4.*
Ludov. p. 55. Anton. d. th. 5. lit. A. Sed cum feudum ob cul-
pam amissum, non perpetuo apud Dominum maneat,
sed tamdiu tantum, quamdiu Vasalli delinquentis
descen-

descendentes ac
q. antep. non
facta. in p
efficere. Est e
non quoad ag

Quest. 21. Fe
tius, interduq
perviva non aut
feudi immutata
miso, non in g
cuer 2. f. 49. refu
rit, qf. L. 178.
emeri, vel allod
recepte, 2. f. 14

Non quoad ag
vis ager de huc
ita ultra vel ad
Author Cap. 27

21. An autem
vel anti

Resp. Disting
Vasillus, Domi
feudum vetus. 2.
minus probabit e
tio, quia adori
bare debet & in
fimitur. L. 1. §. 1
c. 1. num. 1.

Quest. 21. Et in d

descendentes adfunt, *Struv. c. 15. th. 14. vid. infr. cap. 23. qu. antepen.* non potest restitutio, Vasallo delinquenti facta, in præjudicium agnatorum, feudum novum efficere. Est ergo novum quoad Vasallum restitutum, non quoad agnatos.

* *

Quest. 20. Fit feudum novum.) Præviâ causæ nimirum cognitione, infecutâque sententiâ, feudum enim absque sententiâ privativa non aufertur, si verò sententia intercesserit, qualitas feudi immutata censetur; cujus generis est, cum Vasallus Domino, non in gratiam successoris, sed extranei, vel simpliciter 2. f. 49. refutaverit, modò, ubi opus, Agnati consenserint, *arg. L. 158. ff. de R. I.* Item cum antiquum ab extraneo emerit, vel allodium aut Emphyteusin antiquam in feudum receperit, 2. f. 54.

Non quoad agnatos.) Quia tantum Vasalli peccantis causa hic agitur & sicuti pœnæ suos tenent authores *l. 22. C. de pœn.* ita ultra vel ad extraneos extendi non poterunt. Vid. omninò Author *Cap. XXIII. qu. 8. cum seqq.*

21. An autem in dubio feudum novum vel antiquum præsumendum?

Resp. Distinguendo, an Dominus possideat, an Vasallus, Domino possidente, Vasallus probabit esse feudum vetus, 2. f. 33. §. fin. Vasallo possidente, Dominus probabit esse feudum novum, 2. f. 11. §. fin. Ratio, quia actor fundamentum suæ intentionis probare debet & in dubio melior possidentis conditio præsumitur, *L. 5. §. 1. ff. de Calumniat. Anton. d. th. 5. lit. E. Vult. c. 8. num. 8.*

* *

Quest. 21. Et in dubio melior possidentis conditio præsumitur.)

I

Quæ

Quæ etiam probationem in contrarium rejici facit. Cujus, enim jura apparentiora, magis est in dubio in possessione defendendus, *Felin. in c. Capitulum. n. 21. X. de Rescript.*

22. Sed quid si neuter possideat?

Resp. Sic feudum vetus potius præsumitur, quam novum. 2. F. 11. §. fin. 2. F. 26. pr. Ratio, quia feudum esse, facti est, dependentis à concessione Domini; ea verò, quæ facti sunt, præsertim recentioris, probanda veniunt. *Ludov. p. 53. Conf. Struv. cap. 16. th. 12.* imò commodius dici posset, neutrum præsumi, sed utrique actori contra tertium possessorem concurrenti suæ intentionis probationem injungendam esse. Quod si constaret, quis de feudo primum investitus, tunc respectu omnium, qui ab illo non descendunt, præsumeretur esse novum. *Schrader. P. 2. c. 3. n. 41.*

* * *

Quæst. 22. Probanda veniunt.) Feudum nec novum nec antiquum præsumitur, sed qualitas feudalis probanda 2. f. 11. si probare debens defecerit, adversarii iurijurando standum 1. f. 12. maximè si longa Vasalli possessio, 2. f. 33. *Verb. Vasallo v. possidente.* Neque obstat l. 4. C. de Edend. R. Speciale quid est in feudis. Sin neuter possideat, agnato in possessionem missa 2. f. 26. utriusque probatio audienda, 2. f. 15. quâ deficiente, jusjurandum ejus partis, quæ judici æquior visa est, præferendum; Actore non probante, nec quicquam aliud profecti habente, reus sine jurejurando absolvendus, 2. f. 33. §. 2. *Verb. Nisi aliud faciat pro possidente.*

23. Quotuplex est feudum ratione objecti?

Resp. Duplex; Ecclesiasticum vel Seculare.

24. Quid

24. Quid

Resp. Quo
n. 19. quorundam
quis in suo pag

Quæst. 24. Fe
falia vel ab Ec
re Ecclesiastica co
à Rege feudum
Ex quibus retrib
continuar vel acq
tem, hoc est, per
referuntur, sed ad
colarem tantum r

25. Q

Resp. Quo
Ludov. p. 55. Struv

Quæst. 25. Hin
firmiter in bonis fe
clesiasticum eo casu
nendi, atque in feu

26. Sedam
rentis

Resp. Neg. N
firmiter potest, si

24. Quid est feudum Ecclesiasticum?

Resp. Quod in re Ecclesiæ constituitur, *Vult. c. 8. n. 19.* quorsum referri potest das *Psarz-Lehn* / quando quis in suo pago cum jure patronatus est investitus.

* * *

Quest. 24. Feudum Ecclesiasticum est, quod in re Ecclesiastica vel ab Ecclesia vel à Clericali, vel à Laica Persona in re Ecclesiastica conceditur, *1. f. 6. & 2. f. 40. §. 1.* Ubi Clericus à Rege feudum Ecclesiasticum, putà in re Ecclesiastica accepit. Ex quibus textibus luculentissimè apparet, nihil interesse, quis constituat vel acquirat feudum non enim ad Causam efficientem, hoc est, personas constituentes vel acquirentes hæc feuda referuntur, sed ad materiam, Rem. sc. Ecclesiasticam vel Seculare tantum respicitur.

25. Quid est feudum Seculare?

Resp. Quod in re Seculari constituitur. *Vult. d. 1. Ludov. p. 55. Struv. c. 3. th. 4. n. 1.*

* * *

Quest. 25. Hinc Clericus feudum seculare, si illud constitutur in bonis suis propriis *2. f. 35.* & Laicus econtrario Ecclesiasticum eo casu, quo bona sunt Ecclesiastica, & de iis disponendi, atque in feudum dandi potestatem liberam concedit.

26. Sed annon qualitas personæ conferentis vel accipientis feudum hic attendenda?

Resp. Neg. Nam laicus feudum ecclesiasticum constituere potest, si liberam bonorum ecclesiæ habeat

I 2

admi-

administrationem. *Ludov. d. l. & Clericus feudum seculare, si hoc de proprio patrimonio constituat. c. Clerico. 2. f. 35.* Sicut & si ecclesia rem secularem in feudum acceperit, seculare feudum efficitur, *Vult. d. l. Anton. Disp. 1. th. 4. lit. d.* licet contrarium velit *Schrader. de Feud. P. 2. c. 3. n. 17. Wurmser. de Feud. in propr. Class. 2. Sect. 4. n. 9. & seqq.*

* * *

Quest. 26. Licet contrarium velit Schrad.) Etenim ratio prædicta, quod natura rei in feudum concessæ attendatur, non personæ vel constituentes vel acquirentes considerentur, in promptu est.

27. Quomodo Germanis feudum ecclesiasticum appellatur?

Resp. Ein krumstäbisch Lehn / scil. ab incurvato Episcoporum baculo. Struv. c. 3. th. 4. num. 2. quo ipso restrictam Episcoporum potestatem designari putant *Dd. Finkelth. Disp. 2. contr. 5. Wehner. Observat. Pract. voc. Krumstab. Knichen de vestitur. part. P. 1. c. 4. n. 84.* Cur verò Episcopi saltem utantur incurvato baculo, non autem ipse Pontifex, de eo vid. *Strauch. Aussenit. jur. canon. semestr. alter. Eclog. 7. c. 8. n. 19.*

* * *

Quest. 27. Krumstäbisch Lehen.) Curvus iste baculus ad exemplum baculorum aliorum, quibus Pastores uti solent ad retrahendos animalium pedes adaptatus idè dicitur, quia, sicut istiusmodi baculi in fine acuti, in medio recti, in summo, instar semi-circuli retorti esse soleant, ita boni Pastoris sit, non solum peccata hominum corripere, sed & in viam errantes retrahere, & corrigere, atque ita resipiscentes in gremium Ecclesiæ recipere, ac recititudine iudicii, mansuetudine confirma-

firmare, Arg. Ca
vethebatur Cle
arbitra, qua
acomodum, ca
in in feudis lia
Coventudine an
feudis, enim pra
in feudis ecclesiast
Episcopalis Mon
tenti, Clivenh
Trajectenhi, in fe
sanguibus vige
Krumstabisch
oder Remohheit
Krumstabisch
ria, non seculum
Jura communis co
malicis & bene
minas ex primo
do, ad transver
semper & ubique,
verum esse.

Non autem ipse
canon summam fi
scalis supremæ & in

2. Quomodo
ctus.

Resp. Duple
sillum nobilitas
vel non.

firmare, *Arg. Can. Discipi. 9. Dist. 45.* Ad hæc & annulo investiebantur Clerici, sicque eorum potestas est ementa, & contractata, quæ in pietate & vigilantia consistere debet. Quemadmodum, etiam Consuetudinibus feudalibus constitutum, ut in feudis fœminæ regulariter non succedant, ita contraria Consuetudine introduci potest, ut fœminæ, in feudis, masculis, etiam præferantur, hæcque consuetudo ut plurimum in feudis ecclesiasticis, locum obtinet; in specieque in feudis Episcopatus Monasteriensis, Osnabrugensis &c. in Ducatu, Geldrensi, Clivensi, Bergensi, Juliacensi, Episcopatu Leodienti, Trajectensi, in feudis Fuldentibus, Hirschfeldensibus, & Kauffungensibus viget; ubi auditur Clausula illa solennis: *Wie Guldisch · Hirschfeldisch · oder Kauffungisch Lehen · Recht / oder Gemohnheit ist.* Limitantque Dd. istiusmodi Parcemiã: *Krumbstab schleucht niemand auß;* Illam pro subjecta materia, non secundum verba universalia universaliter, sc. ut fiat Juris communis correctio; sed tantum de descenditibus ex masculis & fœminis, item, tam per masculos quam per fœminas ex primo acquirente, intelligendam, nullo autem, modo, ad transversales vel extraneos extendendam; neque illam semper & ubique, sed in iis locis, ubi ita consuetudo viget, veram esse.

Non autem ipse Pontifex.) Baculus incurvatus, potestatem tantum limitatam significat, ad differentiam potestatis Pontificalis supremæ & in Ecclesiam irrestrictæ.

28. Quotuplex est feudum ratione effectus, seu adjunctæ qualitatis?

Resp. Duplex: Nobile & Ignobile, prout in Vallum nobilitas mediante feudo simul transfertur, vel non.

I 3 29. Quid

29. Quid est feudum nobile?

Resp. Feudum, quod ab eo, qui potestatem habet cum voluntate nobilitandi, concessum. *Ludov. Syn. p. 43.*

* * *

Quest. 29. Quod ab eo qui potestatem.) Hæc à nullo, nisi à Principe, vel loci Consuetudine concedi potest, 2. *feud. 10.* Verb. *Qui à Principe & Vers: Cæteri verò.* Verb. *Quæ ab antiquis temporibus.* Vasalli enim hi non nobilitantur quidem suâ naturâ, sed tanquam medio, cui, vis nobilitandi tacite à Principe vel Consuetudine, tribuitur, ut enim umbra corpus, ita & dignitas illicò sequitur eum, qui v. g. de Ducatu est investitus.

30. Quotuplex hoc est?

Resp. Aliud Regale; aliud non Regale.

31. Quid est feudum regale?

Resp. Est feudum nobile supremi Principis auctoritate concessum cum dignitate regali, seu jure exercendi Regalia, *Vult. c. 8. n. 10.* Abusivè verò feudum regale dicitur, quod à Rege concessum, 2. *F. 34. Ludov. Tract. feud. pag. 41.*

* * *

Quest. 31. Cum Dignate Regali) *Textus disertus in 1. f. 14.* Verb. *Cum aliquant legalis dignitate,* & 2. *f. 10.* Verb. *de Ducatu* cui inseparabiliter inhæret Dignitas Regalis, quæ in Symbolum, & tesseram Summi Honoris, Potentiæ & Dignitatis concessa, add. *Aur. Bulla Caroli IV. Tit. von Vereinigung der Churfürsten / 2c.* Cæterum Principis Nomen non alicujus Officii uti Ducis, Comitis &c. Sed dignitatis & potestatis, diu etiam

etiam ante Carolu
Regis, aliud Re
Principis tantu

32. Q

Resp. Iterum
illud cum maxi
in Episcopatus
in Principatus
imo & Baronat

Quest. 32. Ep
quibus comprehen
tur, Comitatus.)
nec non Ord. de
Tit. 7. hanc collig
addant. Notæ

33. Quomo

h

Resp. Secular
nillo concedi sol
per. Eben; Nan
investiri solebant
num. 10. Quom
investiri, ita
juramento, ca
nemum ejus con
tal. in eccl. l. 1. C
Clas. 2. Sect. 1. n. 41
op. N. 1.

etiam ante Carolum Magnum, præcipuè fuit. Aliud, præterea, Regis, aliud Regalis dignitatis esse; Regis dignitas personæ Principis tantum adheret; Regalis verò vi territorii competit.

32. Quotuplex autem regale?

Resp. Iterum vel Ecclesiasticum, vel Seculare; ubi illud cum maxima dignitate ecclesiastica conjunctum, ut Episcopatus, Abbatia; Hoc cum dignitate seculari, ut Principatus, Ducatus, Comitatus; *Seruv. c. 3. th. 7. imò & Baronatus. Iter. de Feud. Imp. c. 3. §. 15.*

Quæst. 32. Episcopatus, Abbatia: Ut & Archiepiscopatus, quibus comprehenduntur tres Electoratus Ecclesiastici. Ducatus, Comitatus.) Imò & Baronatus, nam è textibus 1. f. 14. nec non Ord. de Anno 1521. §. Ob auct. & Ordin. Camer. P. 2. Tit. 7. satis colligere, & similis notæ Beneficia exclusa non esse, addant. Notæ & Vindiciæ Nostræ in Gall. l. Obs. 1. n. 17.

33. Quomodo Germanicâ appellatione hæc distinguuntur?

Resp. Seculare dicitur ein Fahn = Lehen / quod vexillo concedi solitum fuerit: cui opponitur das Scepter = Lehen; Nam Clerici in feudis majoribus scepro investiri solebant. *Seruv. d. th. 8. num. 3. Vultej. cap. 8. num. 10.* Quanquam hodie ferè omnes gladio soleant investiri, ita scilicet, ut Vasallus præstito fidelitatis juramento, capulum ensis apprehendat, atque extremum ejus conum osculetur. *vid. Reinking. de Regim. secul. & eccles. l. 1. Class. 5. cap. 9. Wurmser. de Feud. improp. Class. 2. Sect. 1. n. 41. & 44. Vid. Solennia investituræ in appendic. N. 1.*

Quæst. 32.

* * *

Quaest. 33. Ein Zahn, Lehn. Ratio hujus nominis est, quia antiquitus per vexillum Regalia Feuda concedi solita, Vid. Glossa von Sächsischen Land-Recht. *Lib. 3. art. 60. n. 2.* Verb. Der Käyser gibt in der Belehnung den Weltlichen Fürsten eine Fahne in der Hand / zu bedeuten / daß sie das Reich also befördert / und dadurch ihre Fürstenthümer verdienen haben; den Geistlichen Fürsten aber leihet er ihre Lehne mit einem Scepter / dadurch anzuzeigen / daß sie ihre Lehne von des Königs Gewalt / und nicht von Recht haben; Fuit quippe olim Sceptrum signum Gratiae atque Clementiae, *Libr. Etherae Cap. 8. v. 4. & 5.* hodie fit utraqüe investitura gladio vaginâ vacuo; Interdum tamen vexilli usum adhuc esse, tradit Dn. Hert. *Disputat. de Superiorit. Territor. §. 67.* Subinde notandum: quod Officium Vexilliferi Principibus olim etiam concedi, solitum fuerit Goldast. *Constit. Imp. Tom. I. ad Ann. 1328. Argent. Chron. in Ann. 1323.* Sic Frider. III. Alberto Duci Saxon, contra Carolum Burgundum illud commisit. Ipsi Duces quoque, ut Johannes Armenius, Belisarii Praefectus *Pandum. i. e. Vexillum*, saepe in hostes tulerunt; & quandoque Vexilliferi dicti sunt. Quo sensu & Rudolphus Habsburgensis Vexillifer Urbis Argentinenensis fuit. Non minus quoque functiones Aulicæ huic Archiofficio, cum & in Aula Regia Vexillorum usus, imprimis in Feudis Regalibus, *Zahnen-Lehen* / satis patent, subjici possunt; Ceu Exemplum in Pace inter Henricum Austriacum, & Henricum Leonem Bavariae & Saxoniae Ducem, (vid. omnino Accuratissimus Dn. Coccejus de Jure Publ. *Cap. III. Sect. III. n. 42.*) icta, satis superque probat; Vi cujus ille huic Bavariam *cum septem*; Hic, v. illi Austriam *cum tribus Vexillis* (i. e. Feudis Regalibus) cessisse dicitur. Et in Specul. Saxon. *Lib. III. Artic. 52. §. 3.* Rex dicitur Comitatus Vexillaque feudalia conferre; Et *Artic. 62. §. 2.* numerantur septem Vexilla Feudalia Saxoniae. Ab hoc autem Vexillo aliud (i. e.) est die *Sturm-Zahne* / quod simplicem Aquilam habet, longoque

gogue velo in c
Robem die M
clorum Regali
Quin & itatum
ditum Argenti
jungatur Corpu

4. Quic

Resp. Est
cipis, vel illu
concessum, cu
d. n. in Ludov.
i. F. u.

5. Sed an i
do V. S.

Resp. At
fend. c. 2. q. 2. n.
illo, qui potest
S. c. nom. 17. & ill
ferantur, modo
apparet. Vult. ca
p. 27. Hodie int
quod si quis intr
dumax, nobilita
Art. 47.

Quaest. 34. 35.
quod Ritterlich
lic, quod Nobilita
perona suam condit

Lehn. Ratio hujus nominis est, q
Regalia Feuda concedi folita, i
Recht. Lib. 3. art. 60. n. 2. Ve
Lehnung den Weltlichen Fürst
bedeuten / daß sie das Reich
Fürstenthümer verdient haben
ist, heißt er ihre Lehne mit ein
richten / daß sie ihre Lehne von di
von Recht haben; Für quere
etque Clementia, Lib. Eilbert
traque investitura gladio vage
illi usum adhuc esse, tradit De
Terror. §. 97. Subinde notat
ri Principibus cum eum con
onitit. Imp. Tom. I. ad Ann. 1327.
Frider. III. Alberto Duci Saxoni
Wald committit. In Doct. m.
Bellarii Praefectus Pandor.
erunt; & quandoque Vexillit
olphus Habsburgensis Vexillit
minus quoque functiones Aul
in Aula Regia Vexillorum usus
Sachsen. Lehen / factis patem
um in Pace inter Henricum Au
em Bavarie & Saxonie Ducem,
On. Coccejus de Jure Publ. Cap
superque probat; Vi cujus ill
Hic, v. illi Austria cum vni
) cessisse dicitur. Ex in Spect
3. Rex dicitur Comitatus Vexil
Artic. 62. §. 2. numerantur sepe
hoc autem Vexillo aliud (1.)
simplicem Aquilam habet, de
goq

goque velo in cuspidem sensim obliquatur; (2.) Vexillum Rubeum die Blut: Zahne / cujus usus fuit in investituris Feudorum Regalium der Zahn: Lehen / signumque meri Imperii. Quin & statuum Imperii sua sunt Vexilla, uti celebre illud ante dictum Argentinense in quo B. Virginis & Servatoris imago, jungatur Coccejus dicto Tract. c. XI. n. 15. cum sequent. Cap. XII.

34. Quid est feudum non Regale?

Resp. Est feudum nobile, auctoritate summi Principis, vel illius, cui aliàs nobilitandi jus competit, concessum, cum dignitate, quæ regali inferior. Vult. d. n. 10. Ludov. pag. 46. quod feudum nobile dicitur i. F. 10.

35. Sed an in dubio nobilitas cum feudo Vasallo concessa præsumitur?

Resp. Aff. Ex tacita voluntate infeudantis, Rosemb. c. 2. q. 2. n. 2. si feudum nobile concessum sit ab illo, qui potestatem nobilitandi habet; Wurmser. l. 2. S. 1. num. 15. & illic loci non nisi Nobilibus feuda conferantur, modò contrarium ex literis investituræ non appareat. Vult. cap. 8. n. 10. in fin. Anton. Disp. 1. th. 6. tit. h. p. 27. Hodie insuper diploma nobilitatis exigitur, quod si quis intra 3. menses ex Cancellaria non redimat, nobilitatem concessam amittit. Cap. Leop. Art. 45.

* * *

Quaest. 34. 35. Nobilitandi habet) Feuda Nobilia Adelsche oder Kitterliche Lehen / dicuntur nobilitare; Neque obstat, quòd Nobilitas cohareat personæ, & non à re, sed à persona suam conditionem & qualitatem recipiat, non vice

K

versâ

versâ arg. l. 44. ff. De Edil. Edict. & L. 4. C. de Incol. sed R. Investitus quidem nobilitatus dicitur, quod non tam accepto ferendum est rei infeudum concessæ, quam concedentis præsumptæ voluntati. Occasione itaque rei, persona ignobilis acquireret feudum nobile, ipsa persona verò non fit statim nobilis, quare opus est, ut major accedat voluntatis expressio; Quo sensu non tantum Imperator, sed & Alii Regionum Domini, qui jure tributa indicendi, remittendi simulque militiam instruendi gaudent, feuda nobilia concedere possunt, quæ ad conditionem ab Imperatore collatam proximè accedunt, idque usu servari, testatur *Dn. Hert. Tr. de Feud. Obl. Sect. IV. §. ult.* Videantur omninò Notæ *Gohofst. in 2. f. X. lit. O.* maximè in hanc rem notabiles: Verb. Nobiles itaque non fieri, qui à Valvasoribus majoribus feuda accipiunt: hinc colligunt: Nisi ab antiquo feudum habeant. Verf. *Qui verò a Capitaneis antiquitus.* Unde notat Baldus, Nobilitatem antiquitati adscribi: Feudum omne antiquum Nobile esse. Quid si quis ab imperatore, vel Rege novum feudum accipiat. Nobilitatur. Verf. *Qui verò a principe. Quin ut nobilitetur feudum accipiens ab inferiore ipso Imperatore, minùs tamen censetur Nobilis, quàm qui feudum ab Imperatore accepit: ideoque hic illum precedet, l. 6. C. de Advoc. divers. judic.* vocatur *Der Einhaber des Rittersizes oder Ritterguts.*

36. Quid est feudum ignobile?

Resp. Quod absque nobilitate ejusque juribus concessum, ubi concedens vel noluit, vel non potuit simul nobilitatem conferre. *Vult. d. l. pag. 269.* Hodie ex qualitate prædiorum hoc æstimatur, an illa sint equestria *Ritter- Hussen* / an tributis obnoxia, *Steyerbahre Hussen.*

Quest. 36.

Quest. 36.
tatis est expecto
P. III. Cap. 2.

37. Quod

Resp. Vo
Bauer. Lehren.
i. in. 6. lit. 6. N
sed a qualitate
dum possideat
bus subiectum

38. Quid
cui feudo
sine

Resp. Jura
consequitur: v.
men ipsi feudo
tenent, omnin
3. in. 8. n. 1. Warr

39. Quod

Resp. In Li

* * *
Quaest. 36. Feudum ignobile est, quod militaris nobilitatis est expers 2. f. 10. *Vers. plebeji nihilominus sunt, Carpzov. R. 111. Const. 28. def. 5. ibique, Dn. ab Esbach.*

37. Quomodo hoc feudum aliàs appellatur?

Resp. Vocatur feudum Burgense, ein Bürger- oder Bauer-Lehen. *Schneidew. de Feud. P. 1. n. 34. Anton. Diss. 1. th. 6. lit. b.* Non tamen ita à possessore appellatur, sed à qualitate collationis. cum, etsi Nobilis tale feudum possideat, tamen ignobile, iisdemque oneribus subjectum maneat. *Seruv. c. 3. th. 8. n. 3.*

38. Quid juris verò habet possessor, cui feudum nobile ein Ritter-Guth / sine voluntate nobilitandi concessum?

Resp. Jura nobilitatis personæ cohærentia non consequitur: v. gr. dignitatem & precedentiam. Jura tamen ipsi feudo cohærentia, v. gr. *Jus venandi. Jus patronatus*, omnino cum re ad ipsum transeunt. *Seruv. c. 3. th. 8. n. 2. Warmser. Class. 2. Sect. 1. n. 10.*

39. Quomodo ratione formæ dividitur feudum?

Resp. In Ligium & non Ligium.

K 2 40. Quid

40. Quid est feudum ligium?

Resp. Quando Vasallus Domino fidelitatem contra omnes sine exceptione promittit. 2. F. 99. Struv. c. 3. tit. 9. quod ad feuda impropria malè refert. Schrader. de feud. P. 2. cap. 4. num. 1. non enim hic communis feudorum natura alteratur, sed tantum arctius obstringitur Vasallus. Wurmsfer. de Feud. improp. Class. 2. Sect. 7. num. 7.

41. Unde ita dicitur?

Resp. Aliqui inde deducunt, quòd Reges ligatis pollicibus illos fidei suæ adstringant. Vid. Camerar. lib. 1. Meditat. hist. c. 6. Alii à ligando, quòd sic arctissimo fidei nexu alligetur Vasallus. Vult. c. 8. num. 20. Ludvv. pag. 59. In antiquioribus investituris vocatur ein ledig Mann / quod se ledig / sive liberum profiteatur ab omni arctioris fidelitatis nexu. Vid. Anton. Disp. 1. tit. 3. lit. B. Dn. Eyben. Elect. feudal. cap. 3. §. 8.

* * *

Quæst. 41. Imò feudum Ligium dicitur optimè à ligando, ex quo fidelitas debetur contra omnes, nemine excepto. 2. feud. 52. & præsupponit arctius vinculum; hanc in rem Vid. Schilter. In Commentar. ad Jus Feudal. Alemann, §. 16. 17.

42. Quale est feudum non ligium?

Resp. Quando Vasallus non indistinctè, sed hoc vel illo excepto ad fidelitatem Domino præstandam, se obligat. Ludvv. pag. 62.

43. Sed

43. Sed

Resp. Ho
Vasallus Dom
tenetur. 2. F.
fit expellam;
quod interdum
excipitur. Str
Feudobaus. Df

44. Sed qu

Resp. Si feu
cognoscere Su
feudum recog
exceptus, &
lit. c. 2. §. 12. F
ope Imperii cor
cum Imperio ex
à summo Princip
Si Rex Gallie feu
nie; vel subdito
feudum habenti;
missione vel Super
rium ceterum
lit. 7. derogat em
C. 31. X. de jurejur

Quæst. 44. Dom
quodam excipitur

43. Sed quid desiderant Dd. in hac distinctione?

Resp. Hoc, quòd omne feudum sit ligium, dum Vasallus Domino fidelitatem contra omnes exhibere tenetur, 2. F. 7. etiamsi hoc in literis investituræ non sit expressum; Ludov. p. 60. id verò fieri per accidens, quod interdum certa persona vel antiquior Dominus excipitur. Struv. c. 3. th. 9 n. 2. Vult. cap. 8. n. 22. in fin. Enckelhaus. Disp. 2. controvers. 10.

44. Sed quomodo tolerari potest hæc distinctio?

Resp. Si feudum *ligium* dicamus, quod à non recognoscente Superiore, subdito, à nullo hætenus feudum recognoscenti, concessum; ibi enim nemo exceptus, & sic feuda Imperii regulariter ligia sunt. Iter. c. 2. §. 12. Feudum verò *non ligium*, quod à Principe Imperii conceditur, quia ibi semper Imperator cum Imperio exceptus, 2. F. 55. in fin. Vel quod etiam à summo Principe conceditur, sed non subdito, v. gr. Si Rex Galliarum feudum concedat subdito Regis Hispaniæ; vel subdito quidem, sed ab alio Principe jam feudum habenti; ita enim Vasallus in fidelitatis promissione vel Superiorem suum, vel antiquiorem Dominum censetur excepisse. 2. F. 28. in fin. Anton. d. th. 3. lit. g. derogat enim prius juramentum posteriori. c. 26. §. 32. X. de iurejurand.

* * *

Quæst. 44. Dominum censetur excepisse: Non ligium est, quo quædam excipiuntur personæ vel pacto vel jure, etsi nihil

hil de iis dictum, *arg. C. 19. & Cap. 31. X. de iurej.* Ubi v. g. Dominus superior, nominatim Imperator, 2. *feud. 55.* in fin. atque antiquior, & ille superior huic antiquiori præfertur; Non Pater, nec Filius, aut Frater 2. *feud. 28.* in fin. Sed excipitur (1.) qui feudum ligium accepit, non admittit alterum qui ipsi postea defert, si nescivit, aut non speravit, id sibi delatum iri, sed servire per substitutum potest & (2.) nesciens quis sit antiquior, per substitutum serviet ei, qui posteriori loco requisivit, *arg. 26. ff. Locat.* si pariter requisiverint, & animi pendeat vel in dubio hæreat, cui vult, inservit, *per elegantem l. 8. §. 3. ff. de legat. 2.* Ligium propriè non nisi à Principe Summo; Non Ligium verò ab Inferioribus Principibus regulariter conceditur; Exceptis exemplis, apud du Fresne in *Glossario Voce: Investitura*, quæ ad tempora illa ferrea, & turbida, quibus, inter bella civilia eviuerat Imperatoria Majestas, rectius referuntur. Antiquior Dominus, non ex novissimis, sed prioribus investituris & feudi origine dignoscendus est. Neque videtur vox ea, *Ligus*, esse Longobardica, ait Præclarissimus Dn. Pagenstecher in *Notis ad Feltmanni Tractatum de Feudis num. LXXXI.* Sed posterioribus temporibus emeruisse: Eò quòd recentiores Auctores duntaxat eâ utantur, veluti Clemens V. in *Clem. Pastoralis, de Sentent.* qui sedit ineunte seculo decimo quarto. Eodem sensu habetur *Ligia Residentia*, *Cap. Ex parte 13. X. de Cleric. non resident.* Quando, sc. Beneficium Ecclesiasticum habens ad Residentiam maximè juramento alligatus est.

Verb. Derogat enim prius juramentum posteriori cap. 26. & 33. X. de iure jur. Sed obstat *cap. 11. & 28. X.* Eodem, ubi posterius juramentum priori prævalet, *CL. Gail. 2. Obs. 147. n. 18. 19.* Respondemus a. Hæc capitula de causis agere privatis, illa verò de publicis, Regali, putà, dignitate.

45. Quo-

45. Quo-

Resp. In
est extra Curia

46. Qu-

Resp. Quo
mini; nam Cu
in in p. princ. L

47. Quid

Resp. Quo
in alieno territ
de feud. temp
Silesta in feud.

48. Quom

Resp. Feudu
net in curia, ve
utilitas obvenit,
dara. Feudum e
rare ad Vallon
Disp. 1. 1b. 4. In
foret, cum priQuæst. 45. 46.
Ceterum hæc propri

45. Quomodo ratione sitûs dividitur feudum?

Resp. In illud, quod est in Curte Domini, & quod est extra Curtem. *i. F. 5. § fin.*

46. Quid est feudum in Curte Domini?

Resp. Quod Vasallo constitutum in territorio Domini; nam Curtis territorium significat. *arg. textus i. F. 18. in fin. princ. Ludov. pag. 56.*

47. Quid est feudum extra Curtem?


Resp. Quod Vasallo concessum in prædio, quod in alieno territorio Dominus habet, *Ludov. d.l. Wurms. de feud. improp. Class. 2. Sect. 5. n. 4.* Sic Elect. Brand. in Silesia in feudum confert pagum *Großburg.*

48. Quomodo alii Dd. hanc distinctionem explicant?

Resp. Feudum in Curte dicunt, ubi res ipsa manet in curia, vel castro Domini, & Vasallo tantum utilitas obvenit, ut feudum de Camera, feudum Soldatæ. Feudum extra Curtem, ubi res simul cum utilitate ad Vasallum transit. *Siruv. cap. 4. th. 18. num. 5. Anton; Disp. 1. th. 4. lit. f.* Sed ita hæc divisio feudi proprii non foret, cum prius membrum ad impropria pertineret.

* * *
Quest. 45. 46. 47. 48.) Feudorum in Corte & extra Cortem hæc propriè est Natura; quòd illa omnia feuda sint in

in Corte, quæ eandem Domini feudi agnoscunt Curiam, licet non præcisè in ejus territorio sint sita; hæc autem feuda extra Curtem, quæ in territorio alicujus Domini quidem sunt, ejus Curiam tamen non agnoscunt; Præterea Curtis vox *Territorium* propriè non designat, sed *Aulam Principis*, vel significat *Domum Ampliorem* cum annexis locis & ædificiis *Aurea Bulla Tit. XII.* Similiter Pares Curix dicuntur ejusdem Domini feudi Convasalli. *Struv. ad Jus Feud. Cap. IV. Aph. 18. num. 5. & 7.*



CAPUT IV.

DE

FEUDIS IMPRO- PRIIS.

GENERALIA CAPITIS.

1. Impropietas feudi non ex jure, sed ex pacto seu conventionem Domini & Vasalli dependet. Quotcunque ergo modis per conventionem aliquid detrahitur ordinariæ feudorum naturæ, tot modis constituitur feudum improprium.
2. Cùm verò feudi improprii præcipua species sit Fœmininum, dubium non est, fœminas admitti, si illis pacto prospectum. Quod si hoc deficiat, ad qualitatem primi acquirentis recurrendum; qualis enim primus acquirens, tale etiam feudum est; quia qualitatem, quam in hoc approbat dominus in successoribus reprobasse non censetur.
3. Quocunque tamen casu admittuntur fœminæ, earum successio semper est subsidiaria, & non nisi deficientibus masculis admittuntur; nisi aliud expressè statutum.

4. Quo-

4. Quoties rei qua
sit, proprias
accedente ca
tuntur impro
nullam, sed
5. Non autem dicitur
aliter termino
sit, feudum u
necesse

1. Quid e

In quo à prop
dispositione
ventionem con

Quæst. 1. A
est, quod te
roge. 1. feud. 18.

2. Quotup

Resp. Multiplex
c. 4. tit. 16. & quotie
trahitur. ubi. c. 2. o
feudum vel (1.)
(2.) ratione obje
(3.) ratione se
nis in heredes.

Quæst. 1. Natur

4. Quoties rei qualitas, fortè quòd mobilis vel consumptibilis sit, propriam feudi constitutionem non admittit, toties accedente cautione, & promissâ fidelitate feudum constituitur improprium, sine cautione autem non quidem foret nullum, sed elusorium.
5. Non autem extendenda est improprietas per pactum inducta ultra terminos conventionis, sed cum pactum stricti juris sit, feudum uno respectu improprium, alio proprium manebit.

1. Quid est Feudum Improprium?

Resp.

IN quo à propria feudi natura receditur, partim ex dispositione juris feudalis, partim ex pacto & conventionione contrahentium. *Ludov. p. 63. Vult. c. 8. n. 38.*

* * *

Quest. 1. *A propria feudi natura recedit.*) Vulgatum est, quòd tenor investituræ omni feudorum naturæ deroget. 2. *feud. 18.*

2. Quotuplex est feudum improprium?

Resp. Multiplex pro diversitate conventionis, *Sirvo. c. 4. ib. 16.* & quoties per pactum naturæ feudi quid detrahitur. *vid. c. 3. qu. 4.* Potissimum verò impropriatur feudum vel (1.) ratione acquisitionis; *vid. q. 3. & seqq.* (2.) ratione objecti, vel rei in feudum datæ; *q. 21. q. 25.* (3.) ratione servitorum; (4.) ratione transmissionis in heredes.

* * *

Quest. 2. *Natura feudi detrahitur!* Hinc tot feuda impropria

L

propria

propria possunt constitui, quot modis à propria feudi natura per pacta recedi potest, exemplum fit in pacto de reluendo feudo adjecto.

3. Quodnam feudum est improprium ratione acquisitionis?

Resp. Quod vel ratione personæ acquirentis, vel ratione modi acquirendi à propria feudi natura recedit.

* * *

Quaest. 3. Ratione personæ acquirentis, v. g. Fœminæ, quò feudales Alemannorum Leges tendunt, quas Imperator Otto IV. Schiltero probante, in Comitibus Norimbergensibus confirmavit, Jus Alemann. c. 1. §. 4. Pfaffen und Weibe und Gebüren / und alle die nicht semper Lütze sind / und die nicht ehlich geböhren / die sollen alle Lehens-Rechte darben. A propria feudi natura recedit) sc. Per emptionem vel pignorationem in feudo pignoratitio. Qu. 15. seq.

4. Quodnam ratione personæ acquirentis improprium est?

Resp. Fœmininum, Germanis dictum ein Weiber- oder Kuncel-Lehen / it. Schlair-Lehen / *vid. Besold. The-saur pract. v. Kuncel-Lehn / Fœminæ enim regulariter feudorum capaces non sunt, utpote ad servitia inhabiles. 2. F. 36. in fin. insuper feuda familiæ dantur, fœminæ verò nubendo in alienam familiam transeunt.*

* * *

Quaest. 4. Fœmininum. 2. f. 30. & 2. f. 50.) Hoc feudum fœmineum est, quod à Vasalla fœmina primitus est acqui-

quatum, non et
ficturæ, vel mo
da vel à Col
et. L. ha;
Ad serviti
tur bene fam
imo locum, p
Cas. 23. qu. 6.
necessitas temp

5. Qui

Resp. De q
Quod respectu
volet. 1. F. 15. P
antecedunt. An
norum rec
litt. de feud. Im

Quaest. 5. Paj

Fœdorum fœ
catis habemus, q
Si feudum fœmine
que conditionis fit
in eo fœmine quo
modus, in Poldbe
ex speciali sc. Pr
ad cap. III. qu. 2

6. Quodnam

Resp. Hoc it

quisitum, non etiam, quod ad fœminam, vel exactis investituræ, vel more regionis transit; Vocantur hujusmodi feuda vel à Colo Runcfl. Lehn / vel à velamento capitis Schleyer & Lehn;

Ad servitia inhabiles) Sed Feuda Ecclesiastica conceduntur benè fœminis, eò quòd Ecclesiæ non indigeant armis; imò lacrimæ, preces, & jejunia arma Ecclesiæ sunt, *Can. 3. Caus. 23. qu. 8.* quæ magis fœminis conveniunt, quamvis necessitatis tempore per substitutum inservire queant.

5. Quid verò est feudum fœmininum?

Resp. De quo fœmina primùm investita. 2. F. 30. Quod respectu descendentium postea maternum dici solet. 1. F. 15. Persona verò concedens hîc planè non attenditur. *Anton. ib. 7. lit. b.* Exempla feudorum fœmininorum recenset. *Myler. de Princip. & Stat. Imper. c. 24. litter. de feud. Imp. c. 14. §. 15. 16. 17.*

Quæst. 5. Postea maternum dici solet.) Si sc. est vetus. *Feudorum fœmininorum.)* In Jure feudali duos tantùm casus habemus, quibus fœminæ in feudis admittuntur. (1.) Si feudum fœmineum primitus datum, 2. f. 11. vers. *nisi ejus conditionis sit feudum &c.* (2.) Si eo pacto datum, ut in eo fœminæ quoque succedant, 1. f. 8. accedit & tertius modus, in Fuldenfibus, Hirsteldenfibus, & Kauffungenfibus ex speciali sc. Privilegio & Consuetudine, *addantur Notata ad cap. III. qu. 27.*

6. Quodnam est feudum masculinum?

Resp. Hoc itidem ita dicitur à primo Acquirente,
L 2 non

non à concedente. Hinc masculus à foemina feudum masculinum; Foemina verò à masculo feudum foemininum accipere potest. *Vult. c. 8. n. 3. Struv. c. 4. th. 17.*

7. Quale verò feudum, in quo foemina ex pacto succedit?

Resp. Manet masculinum, si id masculus primùm acquisiverit: Quamvis improprie & hoc foemininum appellari soleat. *Struv. c. 4. th. 17. n. 3. Wurmser. de feud. improp. Class. 3. Sect. 3. n. 39.* Quam significationem usus approbavit. *Anton, Disp. 1. th. 7. lit. h.* Alii distinguunt inter feudum foemineum & foeminæ; ita ut illud sit, quod à foemina originem passivam habet; Hoc verò, quod ad mulierem pervenit ex pacto. *Busch, Comm. Jur. feud. ad 2 F. 30. pag. 559.*

Quest. 6. 7. Masculinum feudum est, quod primitus masculo concessum etsi à foemina; Foemineum, quod ab origine foeminæ est constitutum, etsi à masculo; & licet pacti sint Dominus & Vasallus, ut in illo filia quoque, in hoc filia solæ succedant, 2. f. 50. aliàs in illo soli masculi succedunt, in hoc etiam foeminæ post masculos, 2. f. 11. Pauculis tamen hîc observandum: In allegatis textibus diversos occurrere terminos, qui facîle distinctionis foedere componi possunt; ut sc. distinguatur inter *acceptionem strictiorem & latiore*; Secundùm illam Auctoris sententia *qu. 5.* expressa, est accipienda; Secundùm hanc, *v. 2. f. 11. & l. Nisi ejus conditionis.* intelligendum.

8. Sed quid si mater acquirat feudum cum pacto, ut tantùm filii succedant?

Resp. Ratione originis foemininum est, sed vi pacti

pacti masculini
lis prospicere p
partem in h
bitur suppl

Quest. 1. V
litans, que prop
in uno eodemque

9. Sed an i
sculinum

Resp. Affirm
non pertinet, n
mores. F. 11. in d
ne succedant.
sumuntur. E
etiam ad feuda

Quest. 9. Vi

10. Quid si ve
se

Resp. Manet
heredum non
in materia feud

Quest. 10. Hab
feudum hereditarium

paſſi maſculinum. Nam & mater paſcendo ſolis filiis proſpicere poteſt. Quod ſi tamen magnam allodii partem in hoc feudum impenderit, filiabus inde dabitur ſupplementum legitimæ.

* * *

Quæſt. 8. Vi paſſi maſculinum.) Reſpectu ſc. diverſæ qualitatis, quæ propter diverſas, quibus conceditur, perſonas, in uno eodémque feudo initio concurrat.

9. Sed an in dubio feudum potiùs maſculinum, quàm fœmininum præſumitur?

Reſp. Affirm. prius, quia ad fœminas regulariter non pertinet, niſi hoc ſpecialiter expreſſum; §. *Hoc autem. 1. F. 1.* imò ad naturalia feudi ſpectat, ne fœminæ ſuccedant. §. *ſin. 1. F. 3.* Naturalia verò ineſſe præſumuntur. *Finckelth. Diſp. 2. controu. 18.* & illa præſumptio etiam ad feuda Imperii pertinet. *Iter. c. 14. §. 11.*

* * *

Quæſt. 9. Vid. Cap. III. qu. 6. ibiquè Notata.

10. Quid ſi verò feudum conſeſſum pro ſe & heredibus?

Reſp. Manet maſculinum; Quamvis enim aliàs heredum nomine veniat filia, non tamen id obtinet in materia feudali, ubi heredes habiles intelligendi.

* * *

Quæſt. 10. Habiles intelligendi) 1. f. 20. & 2. f. 26. Quia feudum hereditarium, quod ad filiam quoque pertinet, Juri

L 3

feudali

feudali prorsus est incognitum, nulloquē juris feudalis textu probari potest.

Verbum HÆREDIS enim pro subiecta materia semper intelligendum, & comprehendit in Causa feudali tantum masculos. (2.) Quia contrahentes super feudo censentur se conformasse in dubio secundum qualitates feudi naturales; (3.) Feudum hæreditarium non est, nisi pacto investituræ id specialiter sit actum, pacta autem sunt facti, quod non præsumitur 2. feud. 2. §. 2. Nec (1.) obstat, 2. f. 78. R. ibi hæreditarium feudum vocatur paternum. 2. feud. 83. Nec (2.) obstat, nomen hæredis; Cum nomen hæredis in feudis appositum significat, ut supra dictum, feudalem seu masculinum tantum, non allodiale ut fœminam, conferat. omninò *Siruv. Synt. Jur. Feud. Cap. IX. §. 8. n. 12. & CL. Pagenstecherus in Notis ad Dn. Feldmanni Tractatum de Feudis cap. 111. §. III. Not. 92.* ubi quidem breviter agit, sed rem, more suo, acu tangit. Quare cum Ludovicus XII. Galliarum Rex ab Imperatore Maximiliano I. Ducatum Mediolanensem ratione matris prætenderet, nudè respondisse, fertur: *Es seye das Herzogthum Mayland des H. Römischen Reichs Recht / Herkommen / und Gewohnheit nach / kein Erb / dann alle des Reichs belehnte Fürstenthum auf Manns- und keine Frauens Personen fallen.* Adhuc vid. *Gail. 2. O. 154. Knichen de Pact. investitur. P. I. cap. 2.*

II. Daturne feudum mixtum?

Resp. Affirm. scilicet de quo masculus & fœmina simul primo sunt investiti, quod partim masculinum fit, partim fœmininum. 2. F. 104. *Siruv. c. 4. th. 17. n. 4.* Quanquam hæc revera non sit nova feudi species; sed potius duæ hic adsunt feudi portiones, quarum una feudi masculini, altera fœminini naturam retinet. *Wurmfs. de feud. improp. Class. 3. Sect. 3. n. 63. Carpz. Disp. feud. 2. th. 4.*

12. Quo-

12. Quo-

Resp. Aut sunt sole: Si illi tre, que feudum dant in toto feudo fœmininum 2. f. 78. Si filia portio patris re- su quoad patrem nisi & haic in cu

Quæst. 11. 12. 13. Hæcque textus, ut dicitur, quæ contra non ad concordat. Vid. tum CL. Authori-

13. Quodna
ACQUIRE

Resp. Quod dicitur sit beneficium. Vult. lib. 1. c. 1. n. 1. d. n. Cl. 3. Sect.

Quæst. 13. Regu- mris & antecedente non conceduntur.

12. Quomodo verò in tali feudo succeditur?

Resp. Aut concurrunt filii cum filiabus; aut filiae sunt solae: Si illud, filii (modò simul ex eadem matre, quæ feudum acquisivit, nati sint,) soli succedunt in toto feudo, exclusis filiabus; quia etiam in feudo foeminino filiae tantùm in subsidium succedunt. 2. F. 30. Si filia sola, hæc succedit in portione matris, portio patris verò ad Dominum revertitur. 2. F. 104. in fin. quoad patrem enim jus succedendi non habet filia, nisi & huic in eventum pacto prospexerit.

* * *

Quest. 11. 12. Ad dominum revertitur 2. feud. 104. in fin.)
 Hicque textus, ut extraordinariis capitulis cohærens rejiciendus non est, quia capitula extraordinaria quat. ordinariis sunt contraria non alleganda, secùs, verò, uti hîc, ubi textus satis concordat. Vid. omninò *Siruv. d. Tr. C. IV. §. 17. n. 4.* sententiam CL. Authoris approbans.

13. Quodnam feudum RATIONE MODI ACQUIRENDI ad impropria referunt?

Resp. Quod titulo emtionis quæsitum; cùm feudum sit beneficium, & hinc regulariter gratuitum. *Vult. lib. 1. c. 8. n. 45. Finckelsh. Disp. 2. Controv. 4. Warmser. d. tr. Cl. 3. Sect. 6. n. 5.*

* * *

Quest. 13. Regulariter gratuitum.) Sc. quoad tempora primæva & antecedentia, nam initio quidem feuda semper gratuito concedebantur; sed successu temporis etiam pretio interveni-

veni-

veniente, hinc meritò feudum emptum, proprium est feudum, cum & gratia emi dicatur *l. f. 20.*

14. Sed an rectè feudum emittitum huc refertur?

Resp. Neg. potius feudum hoc proprium manet. Ratio (1.) quia emtio naturam feudi non alterat, sed extrinsecus accedit, salvis aliis feudi proprii requisitis. (2.) Nec pecuniæ interventus benevolentiam Domini tollit. Vid. *supr. c. 2. quæst. 20. Struv. cap. 4. th. 15. n. 2. Ludov. pag. 66.* imò & beneficium emi dicitur. *l. F. 20.* Aliud in feudo, quod quis jure retrovendi tenet.

* * *

Quæst. 14. Sed extrinsecus accedit.) In modo, quo constituitur, tantum est differentia, hinc feudum emptum, uti dictum, propriis feudis annumerari solet & rectè, quia modus acquirendi iste non intrat naturam rei, sed extra eam est; propterea in feudo empto subest beneficium, quod Dominus hunc, præ alio, Vasallum in Clientelam suam suscipiat; sed hoc adhuc quaritur: Anne pactum de retrovendo mutet feudum proprium in improprium? Et R. affirm. fieri tunc improprium, quia contra feudi naturam, pretio restituto, possit revocari, at in aliis omnibus naturam feudi retinet, nec ad feminas transit, inprimis si vasallus bona relucenda possiderit, tanquam feudalia als ein Leben besessen. (2.) Qu. hujus occasione, si feudum relucatur, an pretium successores feudales exclusis feminis accipiant? Et secundum distinctionem modernorum ita dirimenda quæstio, ut distinguatur: Utrumne ex ipso contractu pateat, quâ intentione quis feudum cum tali pacto de retrovendo, comparaverit; an ad solos filios, horumque hæredes, an & ad filias velit pretium pertinere; nam si feudum pro se & hæredibus masculis emerit cum pacto relucio-

lucio, & in
feudales perne
est, ac si ipse
tuntur; si aut
feudum pro se
eto relucio, &
perne debet
piscipere gener
dicitur non
4. 7. sed alio

15. Quod quire

Resp. Pigno
minus accepta ce
relucenda faculta
In G. Struv. de
fundendum et
uac, Mandus

16. Quar

Resp. Quia no
petio apud Vasa
tum restituerit;
nima, tandem,
potest. Struv. 4.
vis etiam & ho
pollit.

Quæst. 15. 16. L
feudum, cum domi

lutionis, & investitura ita subsecuta fuerit, illud ad hæredes feudales pertinebit, ex rationibus præcitatis. Perinde enim est, ac si ipse iterum vendiderit, & sic scemina non admittuntur; si autem investitura dubia sit, ita ut non constet, an feudum pro se & hæredibus masculis sit comparatum cum pacto reuolutionis, nec etiam constat, an ad solos filios pretium pertinere debeat, tum in dubio illud pretium ad heredes cuiuscunque generis allodiales transit, cum pecunia ex feudo vendito redacta non sit feudalis, *Struv. Synt. Jur. Feud. VI. Cap. Aph. 4. & 6.* sed allodialis, hinc & ad heredes allodiales pertinebit.

15. Quodnam porro ratione modi acquirendi improprium est?

Resp. Pignoratitium ein Pfand- & Lehn / quando Dominus acceptâ certæ pecuniæ summâ, sed reservatâ sibi reluendi facultate, aliquem investit. *Anton. Disp. 1. th. 7. lit. G. Schrad. de feud. P. 2. c. 4. num. 57.* cum quo non confundendum est feudum, quod quis pignoris jure detinet, Pfandes Einhaber.

16. Quare hoc est improprium?

Resp. Quia non conceditur hac intentione, ut perpetuo apud Vasallum sit, sed donec Dominus pretium restituerit; hinc & à quovis herede, etiam scemina, tamdiu, donec pretium restitutum, detineri potest. *Struv. c. 4. th. 14. n. 1. Wurmsf. d. Cl. 3. Sect. 7.* quamvis etiam & hoc per pactum ad masculos restringi possit.

* * *

Quæst. 15. 16. Detineri potest.) Pignoratitium est propriè feudum, cum dominus Creditori suo pignus dat, ut lege feudi

M

habeat

habeat *l. f. 26.* in dubio distingue: (1.) inter nomen ipsum seu actionem (2.) pignus (3.) jus feudi, hoc ad hæredes Vasalli feudales tranfit, reliqua duo ad allodiales. Hic (1.) heredes allodii non succedunt quidem in feudo, nec fœminæ, ac retinere, quin & persequi illud possunt, donec dominus vel feudi heredes solvant; (2.) Dominus semper redimere id potest, etsi adjecta sit lex commissoria *l. feud. 27.* & fœmina vi contractûs magis retinere potest, natura quippe feudi regulatur & restringitur secundum tenorem investituræ, etiamsi pacta sint contra communem feudi rationem apposita. Ab hoc feudo pignoratitio longè differt feudum oppignoratatum *Serv. d. Tr. Cap. II. §. 14. n. 2.* Ab illo etiam distinguitur feudum fiduciarium de quo *Schilter. ad Jus Feud. Alemann. Cap. 97.* Sed quid si ita convenerit, citra pignoris ullam mentionem, ut nisi statuto tempore decem mihi solveris, Tusculanum prædium meum sit? Aut feudum habeas emptum justo pretio? Valere utrumque pactum, probat *Gorhofr. in alleg. 1. feud. 27. lit. h.* Per *l. ult. π. de contrah. emption. & l. 16. π. de pign. aliasq. Dd. Auctoritates*, quibus accedit *CL. Lauterb. ad π. Tit. de pignorat. action. in l. a. vers. Lex commissoria.* Sub L. Commissoriæ autem pacto feudum constitui haud potest, *l. f. 27. pr. 2. f. 51. & f. similiter l. f. C. de pact. pign.* Uti nec valet ejusmodi pactum, ne ob feloniam quis feudo cadat, quia ansa subinde daretur delinquendi, argum. *l. 27. §. 3. & 4. π. de pact. & eorum quæ Dn. Lauterb. ad Tit. ult. Libr. VII. in contr. affert*, neque hoc pactum probamus, ut Domino liceat Vasallum in casu non præstiti servitii per literas diffamatorias publico in loco intimatas traducere, eique probrum impunè objicere; non officiente, quod grave sit fidem fallere, Vid. omninò *CL. Garl. 2. obs. 45. ibiq. Vindio. & Not. Nostr. n. 1.* Etenim non singulis est concedendum, quod per Magistratum publicè fieri debet *l. 176. π. de R. 7.* idcircoque judiciorum vigor & juris publici tutela videtur in medio constituta, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem, *l. 14. C. de jud. & calicol.*

17. Quid

17. Quid

Resp. Et h
nis, dum reve
ego candem, q
recognosco. G
Quæ. n. cap. 2.
ad feuda propri
le referri possi
Comm. 7. F. 7. 44
tur, minus cum
d. l. m. quod feu
vide exempla.

18. Estne v

Resp. Novu
veniat: hinc fra
succedere potuer

Quæ. 17. 11. Eie
suum rem allodialem
cognoscat in feudum
vasillus Domino rem
feudum restituit.

19. Potestne
bitur

Resp. Aff. si lit
& allodius in legitin

17. Quid est feudum oblatum seu recognitum?

Resp. Et hoc improprium est, ratione acquisitionis, dum revera res mea mihi in feudum datur, vel ego eandem, quasi feudi nomine acceperim ab altero, recognosco. German. ein aufgetragten Lehn. Vid. *supr. Quest. 16. cap. 2. Wurmser. d. Cl. 3. Sect. 8.* Quamvis & hoc ad feuda propria ob fictionem brevis manûs non male referri possit. Vid. *Struv. c. 7. tb. 10. n. 10. Conf. Rhet. Comm. 7. F. p. 49. n. 41.* licet, si de ejus privatione agatur, mitius cum tali Vasallo procedendum, *Wurmser. d. l. n. 8.* quod feudis Imperii applicat *Ister. c. 1. §. 12.* ubi vide exempla.

18. Estne verò feudum oblatum, novum vel vetus?

Resp. Novum est, cum illa qualitas de novo superveniat; hinc fratres in eo non succedunt, licet antea succedere potuerint. *Wurmser. d. l. num. 10.*

* * *

Quest. 17. 18. Fictionem brevis manûs.) Tum, cum aliquis suam rem allodiam Domino offerat, illam retineat, & recognoscat in feudum, tum per fictionem brevis manûs, ubi vasallus Domino rem illam tradidisse, & Dominus Vasallo in feudum restituisse, intelligitur.

19. Potestne verò quis bona sua pro lubitu in feudum offerre?

Resp. Aff. si liberam disponendi licentiam habeat, & filiabus in legitima non præjudicetur.

M 2

Quast.

* * *

Quaest. 19. Non praesudicetur) probante Tot. Tit. C. de Inoffic. donat. si tamen filia ex feudo legitimam est consecuta, dotem postea petere non potest, *Brunnem. Cent. 2. Dec. 60.*

20. Quale est feudum injuratum?

Resp. Hoc quoque quoad modum acquirendi improprium est, cum de natura feudi sit, ut acquiratur feudum, juramentum fidelitatis praestet. Vid. *supr. qm. 4. cap. 3. & qm. 22. cap. 2. Zæf. de feud. P. 12. n. 34.*

* * *

Quaest. 20. Hæc qu. locis ab Aut. alleg. jam satis explicita.

21. Quodnam ratione objecti feudum improprium dicitur?

Resp. Quod in re mobili, vel quæ usu consumitur, vel cujus possessio ad Vasallum non transit, constitutum, e. g. Feudum Soldatæ. &c.

22. An ergo in pecunia feudum constitui potest?

Resp. Jure feudali non potest, quia pecunia neque naturaliter, neque civiliter immobilis. Nec obstat textus 2. F. 25. ibi enim specialis casus de Domino non defendente Vasallum habetur, quod scilicet Dominus, si ita feudum amissum fuerit, vel aliud feudum, vel nummos in feudum impendendos (id est, unde aliud feudum comparari possit) dare debeat. *Ludov. c. 2. pag. 28.*

23. Sed

23. Se
Resp. M
tur Köppen. Du
21. S. 4. n. 4. 199
live Hbr. Et
3. C. 12. n. 11.

24. Quo

Resp. Tri
condicione fide
cuniz quantitate
cautio id operat
hæc præsumar
4. n. 2. n. 3. & 4
sentia. & vol
n. 4. quod con
tione, non cor
sufficit sola Dor
(2) Si pecunia t
fallo inde redim
si certa prædia h
ipse Dominus po
tos Vasallo præst

25. Sed an
alicui pr

Resp. Quod
cedentis voluntas

23. Sed annon consuetudine?

Resp. Affirm. & de consuetudine Marchiæ testatur Köppen, Decis. 18. n. 13. Schepliz. ad Consuet. March. Tit. 25. §. 4. n. 4. seqq. quale feudum sub nomine Lehn-Gelder sive Lehn-Stamm communiter venit. Add. Carpzov. P. 3. C. 30. d. 10.

24. Quomodo verò id fieri potest?

Resp. Tripliciter: (1.) si ipsi Vasallo pecunia sub conditione fidelitatis detur cum cautione, de tantæ pecuniæ quantitate in casum finiti feudi restituenda; quæ cautio id operatur, ut quantitas illa semper salva existere præsumatur. Finckelthaus. Disp. 1. controu. 3. Struv. cap. 4. th. 2. n. 3. & 4. Quamvis hic quoad cautionem dissentiat, & solam investituram sufficere dicat. c. 4. th. 3. n. 4. quod concedimus, quatenus de feudi constitutione, non conservatione quæstio est; ad illam enim sufficit sola Domini concessio & fidelitatis promissio. (2.) Si pecunia tertio alicui sub usuris credatur, ut Vasallo inde redditus solvantur, Struv. d. th. 2. n. 2. quo casu certa prædia hypothecæ loco obligari solent. (3.) Si ipse Dominus pecuniam retineat, & inde redditus certos Vasallo præstet.

25. Sed an in dubio, si pecuniæ utilitas alicui promissa, feudum præsumitur constitutum?

Resp. Quod non; Sed (1.) expressa Domini concedentis voluntas, (2.) qualitatis novæ feudalis adjectio

necessaria est. *Struv. d. c. 4. th. 3. num. 2.* Aliàs enim simplex concessio quasi ususfructus adesset.

26. An ergo pecunia ex feudo redacta, feudalis est?

Resp. Neg. nec enim pretium in singularibus loco rei succedit. unde *2. F. 26. §. Si Vasallus.* dicitur, quod pecunia, quam quis transactionis nomine pro feudo accepit, non sit feudum. *Struv. d. c. 4. th. 4.* Pariter nec pecuniæ ad emendum feudum destinatio, feudum efficit; *Struv. d. l. th. 5.* quamvis si feudum non emptum, ad interesse agnati agere possint. *Carpz. P. 3. c. 30. d. 6.* illi scil. quibus promissio de emendo feudo facta. *Carpz. d. 7.*

27. Quid si tamen hoc expressè inter agnatos conventum, ut pecunia ex feudo redacta, pro feudo habeatur?

Resp. Nec si efficietur feudum, quantum ad Dominum, qui tali pactione nullum jus in illam pecuniam consequitur. *Struv. th. 6. num. 4.* etiamsi pactum sit juratum. *Carpz. d. l. def. 3.* Quantum ad Agnatos verò omnino valebit pactum eoque, ut instar feudi in tali pecunia succedatur, præsertim cum moribus de futura successione pacta tolerantur. *Carpz. d. l. def. 4.*

28. An verò in aliis rebus mobilibus similiter feudum constitui potest?

Resp. Possit, si vel mobilia accessoriè ad res immobili-

mobiles specten
sua cautione d
feudo, reiki
ri. ff. de Usufra
magis pro. Cl. 1.
usufructus ven
dum, accedem
velitura de gre
Cont. Tabor de

Quaest. 21. U
Aut. Quaest. 21. R
tus versus vel of. co
demon fidelitatis leg

De grec vocan
Lauenach. ad 7. T
cautionem de roo
do, naturam m
rant, res immo
sorda alia ande
m in recipit, & ob

29. Quodna
rum

Resp. Ubi ve
certa & determi
Conditionato
vocatiz, Aperi

Quaest. 29. Hac

mobiles spectent; vel etiam si sub lege fidelitatis, præstita cautione de re simili, seu eiusdem pretii, finito feudo, restituenda, res mobilis alicui concedatur. *arg. tit. ff. de Usufruct. ear. rer. qua usu consum.* *Wurmser. de feud. improp. Class. 3. Sect. 4. n. 8.* In quibus enim rebus potest usufructus verus vel quasi constitui, in illis etiam feudum, accedente modo lege fidelitatis. Et sic valet investitura de grege ovium, *pecudum von eisernen Vieh.* *Conf. Tabor de Contract. Socida.*

* *

Quest. 21. Usque ad qu. 28. Omnino sunt claræ, & allegat *Aut. Quest. 28.* Regule loco tradit: In quibus rebus usufructus verus vel qf. constitui potest, in illis etiam feudum, accedente fidelitatis lege locum habet.

De grege ovium.) Quantum ad Animalia ferrea, ut *Dn. Lauerbach. ad π. Tit. 8. Lib. 1.* effert, *Eisfern Viehe* illa propter cautionem de eodem animalium numero servando & restituendo, naturam immobilium assumunt, modo, ut *Dd.* attemperant, res immobilis, cautionis loco, supposita sit; *Contractus Socida* aliàs audit, ubi conductor omne pecorum periculum in se recipit, & ob eam rem pensionem exigam solvit.

29. Quodnam feudum ratione servitorum est improprium?

Resp. Ubi vel planè nulla, ut in feudo franco, vel certa & determinata servitia præstantur, ut in feudo Conditionato, Censuali, Guardia, Gastaldia, Advocatia, Apertura, &c.

* *

Quest. 29. Hæc Qu. à CL. Autore satis declarata est.

30. Quid

30. Quid est feudum francum?

Resp. Quod ita conceditur, ut nulla inde servitia præstentur; Germanicè ein Frey-Lehen / à Franc, id est, Frey / ita dictum. Ludov. in Tr. Feud. p. 106. Struv. cap. 4. th. 9. Plura de proprietate vocabuli *Franci* vid. ap. Eyben. Elect. feud. cap. 3. §. 9. Aliud feudum est, in quod succeditur jure Francorum, Dn. Rhetius Comm. F. p. 112. n. 8. ad quod etiam foeminae admittebantur, Rosenth. c. 7. Concl. 25. n. 1. cui adjungi potest feudum jure Fuldeni concessum. Wehner. Thes. Pract. v. Guldisch Lehn.

* * *

Quest. 30. Feudum francum quasi liberum ein Frey-Lehen à Gallica voce franc. h. e. à servitiis omnibus exemptum dicitur 2. f. 104. Germanis hæc feuda vocantur, frey ritterliche Höfe & ideo vocantur die Frey-Francken von Adel; Quidam credunt nomen franc coäluisse ex Vocabulo frey & anc quod servum significat, quasi Nobiles immediatè sint freye Knechte des H. Römisch. Reichs. Alii deducunt à frey & fueg / quod incolas denotat, ita ut Francken nihil aliud sint, quàm freye Bölcker und Einwohner / alii etymon francorum deducunt à frey & asi, quasi freye Hanser quemadmodum Civitates Hanseaticas die Hansee & Stätte ab antiquo Gothico verbo anfi denominationem accepisse dicunt; quidam putant, significare anfi Gothis Proceres, Optimates, homines fortunâ & opibus antecellentes, sed optimùm erit derivare à vocabulo franc oder frey / eò quòd de ejusmodi feudo investitus à servitiis liber fit, & inde ob denegationem servitiorum feudo privari nequeat.

Fœmina admittebantur.) Ut fit in feudis Fuldensibus, Kaufungenfibus & Hirsfeldensibus, aliisque de quibus supra C. III. q. 27. actum est. Ceterùm Feuda illa franca, exceptis servitiis communem feudorum retinent naturam; hinc Fœmina

in

in illis non succed
fieri non admittu
testamentaria

31. Quid

Resp. Non
servitiis non ex
Vallus; rem
tant Sattel
expletibus. D

Quest. 31. Ca
na Landstiftorum

32. Annon
erit, si
nihil

Resp. Neg.
in feudum data
requisitebat. Cor
sicut sine servitiis
ser. de feud. improp
franca tempore su

Quest. 32. Se

33. Quid est
Resp. Quando
investitura, que

in illis non succedunt, *Cap. XV. qu. 11.* hinc infirmi & imperfecti non admittuntur, *Cap. XV. qu. 19.* hinc nulla de illis valet testamentaria dispositio.

31. Quid si quædam servitia remissa?

Resp. Non ea propter mox fit francum, cum ad servitia non expressa nihilominus maneat obligatus Vasallus; remissio enim stricti juris est; quorsum spectant *Sattel, Grene, Güter* / quæ immunia a servitiis equestribus. *Dn. Rhetius p. 82.*

* * *

Quæst. 31. Sattel, Grene Güther.) Quæ sunt proprie bona Landtsalliorum exempta sc. à necessitate instruendi equum.

32. Annon verò mox feudum francum erit, si servitiorum in investitura nulla sit facta mentio?

Resp. Neg. Si enim aliud actum non sit, res ita in feudum data censetur, ac ordinaria feudi natura id requirebat. Contrarium ergo exprimendum, quod scilicet sine servitiis hæc res fuerit in feudum data. *Wurmser. de feud. improp. Cl. 3. Sect. 9. num. 8.* Imo nec feuda franca tempore summæ necessitatis libera manebunt.

* * *

Quæst. 32. Sententia CL. Aut. omninò est certa.

33. Quid est feudum Conditionatum?

Resp. Quando certa quædam servitia expressa in investitura, quæ Vasallus præstare teneatur, ubi ad
N alia

alia non est obligatus. Germanice ein *Setz-Lehen* das gesetzte Dienste hat. *Anton. Disp. 1. th. 7. lit. K. Ludov. Synops. pag. 59.* Alii a sede derivant einen gewissen Sitz zu haben. *Schilter. ad jus Aleman. pag. 456.*

* * *

Quaest. 33. Q. Ein gesetztes und gedingtes Lehen. Vid. Besold. & Wehner. Voc. Seflehen.

34. Da exempla feudi Conditionati?

Resp. Pertinet huc (1.) feudum Castrense, quod aliis quoque Burgense vel Burgaticum dicitur, ein Burg-Lehn / ut Vasallus Dominum juret in certo castro defendendo, quorsum spectant pacta Ganerbinatus. Wurmser. d. l. Sect. 21. Kylling. de pact. Ganerb. Disch. f. 18. n. 4. qualia pacta quoque inter diversas familias iniri solent, & principaliter mutuam defensionem respiciunt, postea vero ad jus successionis extensa. Hahn. de jur. rer. concl. 75. n. 8. (2.) Feudum ad expediendum aliquod servitium aulicum datum ein Hoff-Lehn / ut Vasallus fortè sit Dapifer, ein Truchses / vid. Wehner. in Thesaur. Pract. voc. Hoff-Lehn. De ridiculis feudi servitiis vid. Besold. Thesaur. Pr. voc. Lehndienst. & ibi Diether. in addit.

* * *

Quaest. 34. Castrense.) Vocatur, aliàs Beneficium Castrale, hinc Nobiles qui in Urbibus vivunt, nominantur Burgmänner. Præterea tot sunt feuda conditionata, quot servitiorum genera specialia: Tale est (1.) in 2. f. 75. ut vasallus, ex. gr. certo loco habitet, quod differt à feudo habitationis per 2. f. 105. (2.) Exempl. est 2. feud. 2. ut Vasallus Dominum honoris causâ comiteretur; Hic Burgum Castrum vocatur, & cohæret feudum

dem Burgense
in feudum dato

Ganerbinatus
dominos, qui

que sibi invicem
tur hæredes Com
confirmatio de pro
fieri discernendū

Lehn jung q
cipum, cum à
etiam familiar tam

originis commun
familias pertinet;
nervica, modò ali

Hoff-Lehen
in aliis feudis
des Reichs; Co
ris, quæ Com
Imperio Romano
runt; quæ Officia
in Hallia Archi-
nent. De ridiculis
Dominum Frau sibi
Ernst. Abbat. S.

des Reichs; Co
ris, quæ Com
Imperio Romano
runt; quæ Officia
in Hallia Archi-
nent. De ridiculis
Dominum Frau sibi
Ernst. Abbat. S.

des Reichs; Co
ris, quæ Com
Imperio Romano
runt; quæ Officia
in Hallia Archi-
nent. De ridiculis
Dominum Frau sibi
Ernst. Abbat. S.

des Reichs; Co
ris, quæ Com
Imperio Romano
runt; quæ Officia
in Hallia Archi-
nent. De ridiculis
Dominum Frau sibi
Ernst. Abbat. S.

des Reichs; Co
ris, quæ Com
Imperio Romano
runt; quæ Officia
in Hallia Archi-
nent. De ridiculis
Dominum Frau sibi
Ernst. Abbat. S.

des Reichs; Co
ris, quæ Com
Imperio Romano
runt; quæ Officia
in Hallia Archi-
nent. De ridiculis
Dominum Frau sibi
Ernst. Abbat. S.

des Reichs; Co
ris, quæ Com
Imperio Romano
runt; quæ Officia
in Hallia Archi-
nent. De ridiculis
Dominum Frau sibi
Ernst. Abbat. S.

des Reichs; Co
ris, quæ Com
Imperio Romano
runt; quæ Officia
in Hallia Archi-
nent. De ridiculis
Dominum Frau sibi
Ernst. Abbat. S.

dum Burgensē Castro certo, capitur quoque pro ipso Burgo in feudum dato;

Ganerbinatus.) Pacta Ganerbinatus conduntur inter Condominos, qui confederationem & societatem iniverunt, seque sibi invicem certis conditionibus devinxerunt; & Vocantur haeredes Communes *gemeine Erben* / quibus ferè accedit confirmatio & protectio Superiorum, & Potentiorum; Ceterum discernendus est Ganerbinatus tum à pacto, quod vocant *Erbeinigung* / quod receptum est in familiis quorundam Principum, tum à Majoratus pacto & Legato familiae; Legatum enim familiae tantum ad unam familiam ejusdem nominis, & originis communis; Ganerbinatus verò ad diversas quoque familias pertinet; Potest & aliquis propria bona sua facere Ganerbica, modò à his præjudicium subinde non inferatur.

Hof-Lehen / das auf einen gewissen Dienst gewidmet ist / also seynd auch der Churfürsten Aembter Hoff-Lehen des Reichs; Ceterum Principes Imperii vigore Constitutionis, quæ Conrado III. qui ex Suevicâ familia, Anno 1138. Imperio Romano præfuit, adscribitur, suos Officiales habuerunt; quæ Officia Nobilibus in Beneficium concessa fuere, ut in Hassia Archi-Mareschalli munus Domini de Riedesel obtinent. De ridiculis servitiis, v. gr. *Steigbügel halten* / des Domini *Grav führen* / &c. Vid. Du. Fresne in Glossario Voc. *Steige*. Addat. *Schilter, ad Jus Feudal. Alemann. Cap. 7. §. 5.*

35. Quid est feudum Censuale, ein Zins-Lehn.

Resp. Ubi Vasallus prædium sub promissione fidei accipit, ita ut loco servitiorum certum censum vel pensionem quotannis præster, unde & Pensionarium feudum dicitur. *SERV. c. 4. th. 10.* quod à censitico contractu in eo differt, dum fides certa promittitur; qua

promissione neglectâ, feudum esse, non præsumitur. *Wurms. d. Cl. 3. Sect. 18. c. 9. seqq.*

* * *

Quæst. 35. Promissione fidei) quia fides est feudi substantiale, *Vid. Aut. Cap. 2. Quæst. 23.*

36. Quid est feudum Laudemiale?

Resp. Quando vel præter servitia laudemium certum, sive canon exsolvendus; vel laudemium solum quotannis loco servitiorum præstatur. *Wurms. d. Cl. 3. Sect. 18. n. 24.*

37. Quid est feudum Quaternatum?

Resp. Ubi loco servitiorum fructus pro mensâ vel sustentatione Principis præstantur; Appellatur ita à quaternionibus seu registris Regiæ curiæ, in quibus descripta erant hæc feuda, Germ. *Taffel = Lehn / Wurms. d. 1. Sect. 19.* Huc pertinent die *Nürnbergische Küchen = Lehn* / ex quibus aliquid quotannis ad culinam Imperialem præstandum. *Iter. cap. 3. §. 27.*

* * *

Quæst. 37. Taffel = Lehen. Tisch = Güther sunt Bona Feudalia ad Ecclesiam reversa, si mensæ Ecclesiæ sint incorporata, dicuntur *Tisch = Güther* / nec amplius solent infeudari; Incorporata autem censentur, si in Registris & Libris censuibus per Prælatum vel ejus Officiales sunt inscripta. Imò & Vasalli in Registris Domini inveniuntur assignati, ut loco servitiorum fruges ad mensam Domini adferre teneantur, *Vid. Rosenth. Cap. XI. Concl. 79. n. 3.*

38. Quid

38. Quid est feudum Guardiae?

Resp. Quando praedium certum Vasallo pro custodia assignatur, ut inde fructus vel ad dies vitae, vel ad certum tempus percipiat. 1. F. 2. Quod ita dictum à Germanico *Warden* / custodire, litera W. in GV. mutata. *Struv. cap. 4. th. 19. n. 1. Ludvv. pag. 84. Conf. Bifsch. Comm. 7. F. 1. F. 2.*

* * *

Quest. 38. Pro custodia assignatur.) Ut sc. Curtis custodiam agat, germ. *Warden* / Guardiam dicunt Interpretes à germ. *Warten* / sive observare, quasi dicatur securitatem subinde, non custodiam fieri debere, nempe ut Vasallus arcem vel territorium custodiat, quae securitas loco Servitorum venit, & Beneficium à parte Vasalli consistit in perceptione fructuum.

39. Quid est feudum Gastaldiae?

Resp. Quod loco mercedis pro administratione negotiorum Domini Vasallo conceditur. 1. F. 2. ita dictum à Gastaldo, i. e. oeconomo seu administratore rei familiaris, qui & actor Domini dicitur 1. F. 10. *Ludvv. p. 84. Vel ut alii volunt, à Germ. Gasi & halten / Struv. d. c. 4. th. 19. Bifsch. d. l. p. 45.*

* * *

Quest. 39. Gastaldus Longobardis fuit Actor Regis, seu Gubernator aut Vicedominus, & denotat Gastaldia domunculam & aldiam, quae denotat famulam, consistit in eo, ut Vasallus bona & possessiones dominicas, vel etiam res & negotia Domini administret. 1. feud. 2. §. 11. Vocatur quasi Haushalter.

N 3 40. Quid

40. Quid est feudum Advocatiæ?

Resp. Hoc dupliciter capitur: (1.) pro eo, quod alicui pro patrocinio in disceptandis causis præstito, conceditur. *Ludov. in Synops. pag. 84.* Cui simile est feudum Cancellariatus, quod pro officio Cancellariatus constitutum est. *Wurmser. d. l. Sect. 16. n. 2.* (2.) ubi defensio provinciae vel urbis, vel ecclesiae alicui committitur. *arg. 2. F. 27. §. 8.* Germanis dicuntur *Schutz* & *Herren* / oder *Bogten* & *Herren*. *Struv. c. 4. th. 20. Anton. Disp. 1. th. 7. lit. R. Mager. de Advoc. armæ.*

* *

Quest. 40. Pro eo &c. v. g. Quando Dux, Comes, Episcopus, vel alius, Doctori vel Advocato pro patrocinio, consilio, Honorarium officii tale sc. feudum concedit; Vocatur quoque *Santzeley* & *Lehen* / quod pro Officio Cancellariatus datur.

Ubi defensio Provinciae.) Jus Patronatus aut protectionis nec non advocatiæ Patrono seu Protectori in Clientes suos nullam Jurisdictionem tribuit, *Schutz und Schirm gibt keine Obrigkeit* / & non efficiuntur Clientes subditi, licet se alterius protectioni submittant; Quemadmodum enim litis Advocatus operam suam præstat Clienti suo, soluto ex pacto salario annuo, ita Patronus seu Advocatus fiduciarius dato ex pacto annuo honorario, eos, quos in tutelam & defensionem recipit, contra injuriam aliorum, & vim majorem etiam armatâ manu protegere & defendere debet.

41. Quomodo Imp. est Advocatus ecclesiae?

Resp. Quatenus est ejus defensor universalis. *Rec. Imp. de A. 1512. §. Und nachdem.* & hoc intuitu Pontifici olim

olim præstatur
sed protectionis
tantum ecclesie
ad defensionem
perator, ab Ca
spectus habeat
P. m. 171. §. 1. 14

Quest. 41. S
se Advocatum E
ram Joſeph I. &
Proceres Imperii
servasse; Amò Imp
piscopatus & Arc
banne; imò & Adv
caria Secularis &
diſtinguitur, cum
ubi jurisdictionem

42. Qu

Resp. Quo
Vatallus loco se
ram arcem vel ci
ar. alias dicitur A
l. 6. §. 1. n. 28.

Quest. 42. Vel
feudum officiorum

43. Quic

Resp. Hoc ex
universisque sub

olim præstabatur juramentum, quod non subjectionis, sed protectionis & defensionis erat; Quæ defensio non tantum ecclesiam Romanam concernit, sed & pariter ad defensionem ecclesiæ Evangelicæ obstrictus est Imperator, ob Cap. Leop. Art. 1. ita tamen, ut hodie respectus habeatur ad possessionem d. 1. Jan. 1624. Instr. Pac. art. 5. §. 14. & seqq.

* * *

Quæst. 41. Sic Fridericus I. in Diplomate de Anno 1178. se Advocatum Ecclesiæ Spirensis vocat; Vid. Capit. Imperatorum Josephi I. & Caroli VI. Artic. 1. Observandum præterea, Procures Imperii in Monasteriis à se conditis Advocatias sibi reservasse; Imò Imperatores non tantum in Monasteriis sed & Episcopatibus & Archi-Episcopatibus Advocatos constitutos habuisse, imò & Advocatias aliis jure feudi concessisse; Hæc advocatia Secularis & Ecclesiastica in Personalem & Ecclesiasticam distinguitur, cum plurimi Prælati de jurisdictione sint investiti, ubi jurisdictionis criminalis exercendæ causâ sunt constituti.

42. Quid est feudum Aperturæ?

Resp. Quod hac conditione alicui conceditur, ut Vasallus loco servitorum tempore belli Domino certam arcem vel civitatem aperire teneatur. Struv. c. 4. th. 21. alias dicitur Apperibile ein aufgebüg Lehn. Wurmser. d. L. Sect. 29. n. 28.

* * *

Quæst. 42. Vel civitatem aperire.) Illi qui bona sua olim in feudum offerebant, civitatis aperturam simul promittebant.

43. Quid verò est jus Aperturæ?

Resp. Hoc ex jure superioritatis dependet, quando unusquisque subditorum tempore belli Principi aperire

rire civitatem vel castrum tenetur. *Knich. de jur. territor. c. 4. n. 32. & 394.* ob quam causam Principi post ingressum civitatis mox claves offerri solent.

44. Quænam feuda ratione transmissionis sunt impropria?

Resp. Quæ vel in hæredes quoscunque transmittuntur, ut feudum merè hæreditarium, alienabile; vel quæ omninò ad hæredes non transeunt, ut feuda Habitationis, Soldatæ, de Camera, de Cavena.

* * *

Quæst. 44. Ratione transmiss.) Scilicet modi succedendi intuitu.

Ut feudum merè hæred.) Feudum merè & absolutè hæreditarium est, de quo vassallus liberè, & absque consensu Domini inter vivos & ultimâ voluntate disponere potest, tale feudum ad quosvis hæredes sive cognatos sive extraneos transit; aliud est. (2.) Ratione solius modi succedendi, in quo perinde Vassallus succedit modo hæreditario civili, ut in re allodiali. In aliis verò omnibus propriam feudi Naturam retinet, nec de eo potest Vassallus sine Consensu domini disponere; (3.) Aliud denique est ratione modi & Personarum succedentium, quando pactum est adjectum expressè de fœminarum successione Vid. omninò *Struv. de Feud. Cap. IV. §. 17.*

45. Quid est feudum mere hæreditarium?

Resp. Quod pro se & hæredibus quibuscunque concessum, in quo perinde ut in rebus allodialibus succeditur, adeo ut in quemcunque hæredem, etiam extraneum

traneum transe
effici posse, p
§. n. 30. Germa
opponitur fe

46. Sed q

Resp. Diff
da, quæ for
fores feudi De
quoscunque ac
autem & hic pe

47. Quare a

Resp. Qu
illud secundu
plicandum fore
acquirente lang
capaces. Ludov.
v. l. n. 32

Quæst. 45. 46. 47.
ex tunc, non solis
dalis in aliquo hoc
dibus quibuscunq
absentibus, item,
videtur Erbe, Er
En eigenthüm
cunt, feudum hære
est, alioque juris h

traneum transeat. *Struv. cap. 4. th. 13.* quod per pactum effici posse, probat *Wurmser. de feud. impropr. Class. 3. Sect. 5. n. 30.* Germanis dicitur ein eigenthümlich Lehn-Gut / cui opponitur feudum ex pacto & providentiâ.

46. Sed quomodo hoc differt à reliquis allodialibus?

Resp. Differt ratione fidelitatis hoc casu præstandæ, quæ formam feudi absolvit. Nam quoad successores feudi Dominus suo juri renunciare, & si velit, quosunque admittere potest. Investituræ renovatio autem & hic petenda, ac servitia præstanda.

47. Quare additur, pro HÆREDIBUS QUIBUSCUNQUE?

Resp. Quia si simpliciter pro hæredibus dicatur, illud secundum ordinariam feudorum naturam explicandum foret, ita ut intelligantur hæredes à primo acquirente sanguinem trahentes, vel aliàs feudorum capaces. *Ludov. in Synops. pag. 67. & in Tr. pag. 104. Vultej. 6. 8. n. 33.*

* *

Quæst. 45. 46. 47.) Merè hæreditariùm est feudum, in quo ex mente, non solis verbis investituræ, matatur successio feudalis in aliquam hæreditatem, & effertur per formulas hæredibus quibuscunque: item & cui dederit, seu cum potestate alienandi, item, zum wahren Erben / Erb = Lehen / als ein wahres Erbe / Erb = Guth. Vid tamen Notata ad *quæst. suæ f. 52.*

Ein eigenthümlich Lehen = Guth.) Non obstat, si objiciatur, feudum hæreditarium juri feudali prorsus incognitum esse, nulloque juris feudalis textu probari posse, quia Verbum

○

hæredis

heredis in libris Feudorum nihil aliud significat, quàm pro sub-
jecta materia masculos, 2. f. 50.

Qui ex illa Linea sunt; & 1. feud. 20. Verb. *Sine filio ma-
sculo*. Etenim, quemadmodum usu totum jus feudale natum
est & constat, ita & contrariâ consuetudine facillè enervari, &
ad arbitrium Principum & Vassallorum mediis feudis varia in-
doles ingenerari potest,

48. Quid ergò est feudum ex pacto & providentiâ?

Resp. Quod alicui pro se & filiis concessum, in
quo succeditur secundum jus commune feudale, sc. ex
pacto primi acquirentis, & providentiâ seu dispositio-
ne juris feudalis. *struv. c. 4. th. 12. n. 1.* adeoque extra-
neus hic non admittitur. *Ludov. p. 74.* nec hereditatem
allodiam conjunctam habet; ut putat *Anton. Disp. 1.
th. 8. lit. K.* quod admitto quoad filios tempore investi-
turæ jam natos & simul cum patre investitos; *Carpz.
P. 2. C. 48. d. 10. n. 5.* quoad postea natos nego, cum
quoad hos adfit juris paterni, mediante sanguine, fa-
cta derivatio, ut hinc allodium separare non possint,
ob textum 2. F. 45. Pacto tamen effici potest, ne filius si-
mul succedat in allodium. *Anton. Disp. 1. th. 3. lit. K.*

Quest. 48. Providentiâ.) Nempe Domini vel legis feudalis
2. feud. 45. Vid. *A. Cap. XX. qu. 10.*

49. Unde cognoscitur, an feudum sit ex pacto & providentiâ?

Resp. Si nulla heredum mentio fiat, sed tantùm
pro

pro se & filiis
concedatur
man. vor. h
Belger. Anton.

Quest. 48.
fidei / den W
fidei data den W
recognosci solen
ner. linc. ullaten
addatur hinc
feudum mere ha
legatum.

50. Sed

Resp. Ad
ceditur, ita
sit, sed filius
45. in fin. Veru
lunt, & à prin
hinc qualitas f
fortior sit. Un
quid hereditari
feudi naturam r
n. 30. 2. feud. c. 47. 2

Quest. 50. S
cedendi modo a
quid simpliciter d
in voce succedun
filiis, quod & late

pro se & filiis, vel pro se & descendantibus masculis concedatur *Rosenth. de feud. cap. 2. Concl. 33. num. 3.* German. vor sich und seine männliche Descendenten und Lehns-Solger. *Anton. Disp. 1. th. ult. lit. K.*

* * *

Quaest. 49. Descendentibus.) Item, zum rechten Mann: Erben / den Männlichen Erben / Leibs- Lehen- Erben & feuda data den Männlichen Lehens- Erben perpetuâ formulâ recognosci solent, zum rechten Mann- oder Stamm- Lehen/ nec sunt ullatenus hæreditaria, cum perpetuò in investituris addatur seinen Erbens- Erben / quia ex solo vocabulo *heres* feudum merè hæreditarium non cognoscitur, uti saepe allegatum.

50. Sed daturne feudum mixtum?

Resp. Affirm. scil. ubi etiam jure hæditario succeditur, ita ut feudum ab allodio separare licitum non sit, sed filius factum defuncti præstare teneatur. *2. F. 45. in fin.* Verum illi tantum admittuntur, qui masculi sunt, & à primo acquirente sanguinem trahunt, ut hinc qualitas feudi ex pacto & providentiâ hoc casu fortior sit. Unde hoc aliquibus feudum secundum quid hæditarium dicitur: nam in cæteris communem feudi naturam retinet. *Struv. cap. 4 th. 13. n. 3. Vult. c. 8. n. 30. Rosenth. cap. 2. Concl. 23. Wurmser. Class. 3. Sect. 5. n. 77.*

* * *

Quaest. 50. Secundum quid hæditarium.) In solo sc. succedendi modo à naturâ feudi recedens, & mixtum habetur, quod simpliciter datur zu Erb- Lehen oder Erb-Mann Lehen/ in eoquæ succedunt quoque fœminæ, sed in dubio post masculos, quod & latè testatur *Rosenth. Cap. 12. Concl. 14. n. 2. cum*

O 2

seq.

seq. addat omnino *Struv. de Feud. Cap. 4. §. 17.* notandum adhuc, quod, loco vocabuli *Filius*, melius substituat *Successor*.

51. Quibus formulis feudum merè hæreditarium à mixto distinguitur?

Resp, In illo addi debet: *Pro hæredibus quibuscunque*; In hoc verò dici solet: *Pro se & suis hæredibus*; vel *pro se & filiis & hæredibus masculis*, ubi vox hæredum efficit, ne sit feudum ex pacto & providentiâ. *Wurmsfer. d. l. n. 88.* quamvis alii, si masculorum mentio fiat, potius ex pacto & providentiâ esse velint. *Ludov pag. 72.*

* * *

Quest. 51. Erb = Mann = Lehen feuda mixta communiter dicuntur; Et in iis locis, ubi in *den Erb = Lehen* filia pariter succedunt, ut in Geldria aliisque Provinciis similia intelligantur feuda, in quibus tamen masculini præcedunt.

52. Quale verò in dubio præsumitur feudum?

Resp. Plerique volunt, præsumi feudum ex pacto & providentiâ; quia hoc naturæ feudorum conveniens est; hæreditarium verò esse, hoc facti est, & contra naturam feudi, & sic probandum. *Conf. qu. 6. cap. præc. Wurmsfer. d. l. n. 107. Vult. c. 8. num. 33.* quamvis si ordinariam feudorum naturam hodie inspiciamus, magis mixta præsumenda sint, cum semper ferè in investituris reperitur: *Leibes = und Lehns = Erben*. An eadem præsumtio in feudis Imperii militet, dubitat *hier. C. 3. §. 20.* Sanè multa in Imp dantur feuda hæreditaria, sed inde non mox talia præsumenda. *Klock, vol. 3. Conf.*

29. 11.

29. n. 17. Jus fe
Germania, h
pacta majore
ergò qualita

Quest. 52.
ca femina, qu
sumtis, filios in
hæredes non fin
dant, requirit
que; feudum m
Tr. Cap. 17. §. 18.
litæ; iure vel se

53. Qu

Resp. Qu
fallus idem m
sit, 2. F. 14. q.
2. F. 12. Wurms
ex privil. Ferdin
vendere possunt

Quest. 53. Ut ter
tum certantibus
in terribem forma
vel morte & dispa
modo succedendi
torem. (quando se
sua successione) h
de quoque consensu
disponat, & ad qu

29. n. 18. Jus feudale Saxonicum antiquissimum est in Germaniâ, hoc verò fœminas excludit, & semper ad pacta majorum seu simultaneam investituram respicit: ergò qualitas hæreditaria probanda est.

* * *

Quaest. 52. Leibes- und Lehens- Erben.) Usû recepta est ea sententia, quòd si feudum v. gr. Sejo & hæredibus concessum sit, filios succedere, cæteros ut agnatos, etiamsi hi allodii hæredes non sint, in his tamen ut à primo acquirente descendant, requiritur, cæterùm formulâ *pro heredibus quibuscumque*: feudum merè hæreditarium constitui, negat *Struv. d. Tr. Cap. IV. §. 13. n. 4. cum seqq.* hinc tutius judicamus, ad qualitates à jure vel scripto vel non scripto feudis inditas respici.

53. Quid est feudum alienabile?

Resp. Quòd alicui hac ratione conceditur, ut Vassallus idem in quemcunque alienare vel transferre possit, 2. F. 84. quod contra propriam feudi naturam est. 2. F. 52. *Wurmser. d. Class. 3. Sect. 22.* Sic in Lusatia nobiles ex privilegio Ferdinand. I. feuda sibi invicem sinè consensu vendere possunt, sed non extraneis.

* * *

Quaest. 53. Ut uno ql. fasciculo controversissimus & Interpretum certaminibus multùm agitatus hicce Articulus exhibeatur, in triplicem formam illum redigere placet Feudum enim (1.) vel merè & absolutè hæreditarium: Vel (2.) Tale, ratione solius modi succedendi. Vel (3.) Ratione modi & personarum succedentium. (quando sc. pactum adjectum est expressum, de fœminarum successione) hæreditarium est. *Primo casu*; Vassallus liberè & absquæ consensu Domini, tum inter vivos, tum mortis causâ, disponere, & ad quosvis hæredes tum NB. masculos tum NB.

O 3

fœmi-

ſceminas feudum transferre poteſt. *Casu Secundo*: Succeſſio quidem fit modo hereditario Civili, ut in re allodiali; ſc. ut Vaſallus defuncti factum præſtare teneatur, alienationemque feudi revocare nequeat; In aliis verò omnibus propriam feudi retinet naturam, nec de eo Vaſallus ſine Domini conſenſu diſponere valet, inque eo NB. Maſculi tantummodo ſuccedunt, quo de conferat. omnino *Carpzov. Jurispr. Forenſ. p. 11. Conſt. 47. deſin. 1. & ſeqq.* ibique ab *Esbach. Casu autem Tertio*: Admittuntur ſceminæ & maſculi; Ubi *Dd.* tamen ruruſus duo conſiderant; Aut enim ſcimina ſuccedit, ſecundum diverſas conſuetudines & varia pacta; Aut demum deficiente maſculo, aut etiam ſimul cum maſculo, conſulat, omnino *CL. Struv. Synozm. Jur. Feudal. Cap. IV. §. 13.*

54. Quid eſt feudum Habitationis?

Reſp. Quando juſ inhabitandi certas ædes vel caſtrum alicui ſub conditione fidei conceditur; Quod juſ morte exſpirat. *2. F. 105. Ludov. in Synopf. p. 88. & in Tr. pag. 122.*

* *

Quæſt. 54. Feudum, ut Vaſallus certo loco habitet *2. feud. 75.* ita accipiendum eſt, ut Vaſallus ſimul Dominum defendat.

55. Quale eſt feudum Soldatæ?

Reſp. Eſt præſtatio certæ pecuniæ vel certorum ſolidorum, vel etiam rei conſumptibilis, ad vitam alicui ſub lege fidelitatis gratuito conceſſa. *2. F. 10. in fin. Ludov. p. 88. German. Gnaden & Gelder.* Et ſic ratione tranſmiſſionis hoc & ſequentia feuda ſunt impropria, ſi enim perpetua forent, ad feuda propria referri poſſent. *Struv. c. 4. th. 18. n. 1.* præſertim ſi ſimul præſtentur ſervitia.

56. Quo-

56. Quo
Reſp. St
& de Caven

57. Q
Reſp. Ub
Camera feu
conditione
mer. Ehen.

Quæſt. 57. C
cimum jſchrich
ben von ſchreibet
Præcipis auctori
Schule ad Jura
17. §. 1. n. 2.

58. An v

Reſp. Diſt.
reſtrictive. Illo
non arg. L. 8. §.
liberatur Domi
F. 31. Si enim v
tur. Roſemb. 1. 2.

Quæſt. 58. De
ſpecularius ſe
ſervitia, U

56. Quotuplex est feudum Soldatæ?

Resp. Si generaliter capiatur, feudum de Camera & de Cavena sub se continet. 2. F. 2, §. 1. *Pult. c. 8, n. 15.*

57. Quid est feudum de Camera?

Resp. Ubi Princeps certos redditus pecuniarios ex Camera seu Arario, singulis annis solvendos, sub conditione fidei & servitiorum concedit, ein Cammer - Lehen.

* * *

Quaest. 57. Ein Cammer / Lehen. Wann ein Fürst einem Jährlich ein gewiß Geld zu einem rechten Mann - Lehen verschreibet / Camera autem est Conclavè, in quo pecuniae Principis auerantur, & dicitur adhuc hodie Cammer / Vid. Schilt. ad Jus Feud. Alemann. Cap. 102. Struv. De Feud. Cap. IV. §. 18. n. 2.

58. An verò hoc debetur, si Camera non solvendo fiat?

Resp. Dist. An Camera adjecta demonstrativè an restrictivè. Illo casu aliudè satisfieri debet; Hoc casu non *arg. L. 8. §. 2. ff. de Leg. 2.* Sed hic tamdiu tantum liberatur Dominus, quamdiu inops est Camera. *pr. 2. F. 58.* Si enim iterum locuples fiat, in futurum obligatur, *Rosenth. cap. 2. Concl. 76. n. 5.*

* * *

Quaest. 58. Demonstrativè.) Ut v. g. Ex Camera certus redditus pecuniarius solvatur

Restrictivè.) Ut redditus ex hac Camera Principis pecuniarius.

rius.

rius, Jure Feudi singulis annis solvendus præstetur; De quantitate *demonstrativè, restrictivè, vel modificativè* adjecta videatur præterea Dn. Stryck, in Not. ad π . *Lauterbach. Tit. 1. Libr. XVIII. Verb. In quantitate sit erratum.* Utriusque differentiam specificam accuratè demonstrans, addaturque B. *Brunnem. ad l. fin. π . de contr. empt.* ubi multa singularia adductis diversor. Dd. Autoritatibus egregiè definit.

59. Quid est feudum de Cavena?

Resp. Ubi Princeps certos redditus fructuum, vini vel frumenti, singulis annis ad dies vitæ alicubi sub lege fidelitatis præstat. *Stryck. cap. 4. th. 18. Ludov. p. 82.* aliàs enim foret annua liberalitas.

60. Unde hoc ita dicitur?

Resp. Cavenam vulgò dictam volunt, quasi Cameram avenæ, & per avenam omnis generis frumentum intelligunt. Alii de Cavena legunt, quod à voce Canna, quæ Longobardis Cellam significat, derivatur. *Vult. cap. 7. n. 13.* Alii à Germanico Raven hanc vocem deductam volunt. *Stryck. d. th. 18. n. 3.*

* * *

Quest. 60.) Cavena hic est Penarium vel Cessarium Domini, & cum exinde annona puta frumentum aut vinum Vassallo singulis annis solvatur, feudum Cavenæ dicitur.

61. Ergone planè hæc feuda cum feudo Soldatæ coincidunt?

Resp. Negando, si feudum Soldatæ specialiter capiatur. Nam (1.) feudum Soldatæ est planè gratuitum; de

de Camera ve
sent. de feud
morte tam d
jus feudum
morte perit
hæc pactis an
rum in dolo

Quest. 61.
feuda Camere
Eo quòd (1.) o
matur. 2. f. 2.
feudum proprium
immobilia refer
produci potest;
perpetuum dicitur
ad certum temp
contradicitur.
que negatur
fint, arg. 2. f. 2.
reum, quod p

PERSO
CO

GE

1. Fides conced
re sua dispon

de Camera verò & Cavenâ ob servitia dari solet. *Rom senth. de feud. cap. 2. concl. 75. n. 7.* (2.) Feudum Soldatæ morte tam dantis, quàm accipientis finitur. *2. F. 10. in fin.* feudum Camerae verò non dantis, sed accipientis morte perit. *Ludov. in Tract. Feud. p. 121.* Omnia tamen hæc pactis mutabilia sunt, & hinc certa horum feudo- rum indoles ostendi nequit.

Quæst. 61. Accipientis morte perit. Existimant quidam feuda Camerae & Cavenæ feudis propriis rectiùs annumerari; Eò quòd (1.) omne feudum propriam naturam habere præsumatur. *2. f. 2. § 2.* donec contrarium probetur; (2.) Quòd feudum proprium in re tantùm immobili, vel in iis, quæ inter immobilia referuntur, consistat, quod de feudis hisce validè prædicari potest; Ergo; Nec, Obst. 1. quòd hæc feuda non in perpetuum durent & ad hæredes masculos non transeant, sed ad certum tempus sint restricta & coarctata, cui tamen *2. f. 10.* contradicitur. Et (2.) hæc feuda in re mobili constitui, quoque negatur; Nisi pro mercede temporalis Officii constituta sint, *arg. 2. f. 2. §. 1.* Accedit (3.) quòd vocetur D. I. feudum rectum, quod iusta possessio probat, *2. f. 33. 39. 82. 92.*

CAPUT V.

DE

PERSONIS FEUDUM CONCEDENTIBUS.

GENERALIA CAPITIS.

1. *Factitas* concedendi feudum dependet à liberâ facultate de re suâ disponendi; unde sequitur; Quicumque rei suæ
 p plenum

plenum dominium in alterum conferre potest, ille etiam minus plenum, seu utile, transferre valet.

2. Quo casu itaque certis personis alienandi facultas restricta est, illo casu & feudi concessio restricta erit, & eadem solemnia, quæ ad alienationem necessaria, ad infeudationem quoque adhibenda.
3. Cum verò feudum fidelitatem pro formâ requirat, modus verò præstandi fidelitatem ex conventionem dependeat, ille gradus fidelitatis hoc casu sufficit, qui pro qualitate personarum feudum constituentium locum invenire potest.

I. Quis in genere feudum concedere potest?

Resp.

Qui liberam rerum suarum habet administrationem. 2. F. 3. in fin. princ. Anton. Disp. 2. ib. 5. sive Clericus fuerit, sive Laicus.

* * *

Quest. 1.) Olim soli Magnates feuda concedere poterant 2. feud. 10. Hodiè verò omnes, qui Domini sunt, & liberam rerum suarum administrationem habent, etiam foeminae, 2. feud. 3. et si Jurisdictionis sint incapaces, Cap. 4. X. De Arbitr. quam tamen in feudo acquirunt, etiam rustici, & inferior superiori.

2. An ergo Pontifex feudum rectè concedit?

Resp. Affirm. & quidem duplici nomine, partim quatenus Ecclesiæ suæ præest; partim quatenus bona sæcularia & certas Provincias possidet. Requirit tamen Dd. Cardinalium consensum, si res aliqua majoris momen-

momenti in fe
in 6. Servit. cap.

2. (b) An
Vicari
Im

Resp. Po
pugnant, ob
XIII & idem
§ 11. Sed falli
ring. Dd. de Ge

Quest. 2. E

Provincias possid
tas & necessitas
vbi aliorum
sunt, si forte
non possint, i
dno valitorum
impuris improbo
Bona Secularia
i. f. i. nulla men
Imperatorem &
natum consensum
clera, dicunt. E
publ. p. r. m. a. n. a.

3. Annon
fe

Resp. Affirm.

momenti in feudum danda sit, per c. 17. §. Decet. de Elect.
in 6. Struv. cap. 5. th. 8. Ludov. p. 99.

2. (b) An Pontifex vacante Imperio ejus Vicarius est, & sic quoque feuda in Imperio conferre potest?

Resp. Pontificii hoc disputant, & pro affirmativâ
pugnant, ob Cap. un. Ne sede vacant. in extravag. Johann.
XXII. & idem quoque placuit Grotio de J. B. & P. l. 2. c. 9.
§. 11. Sed falsitatem hujus sententiæ demonstravit Con-
ring. Diss. de Germ. Imper. Rom. cap. 12. Conf. Iter. c. 4. §. 11.

Quæst. 2. Ecclesia sua præst.) In Bonis sc. Ecclesiasticis.
Provincias possidet) 2. feud. 35. Verb. de suis bonis, quia utili-
tas & necessitas suasit, ut Clerici feuda conferrent, imprimis
ubi aliorum Religiosorum Principum liberalitate ita dotati
sunt, si fortè Ecclesia bellis offendatur, ipsi verò arma gerere
non possint, sed precibus & lacrymis studere debeant, præsi-
dio vasallorum bellicorum tamen munita sit, ne repacitati &
injuriis improborum exponatur; Ideò necesse est, ut Pontifex
Bona Secularia in feuda concedat; Non obstante quod Papæ
i. f. i. nulla mentio facta fuerit; eò quòd tunc temporis inter
Imperatorem & Pontificem controversia glisceret. Sed Cardi-
nalianum consensum requiri ceu Consiliariorum Pontificis & Ec-
clesiæ, dicunt. De Vicariis Imperii largè agit Dn. Coccej. Jur.
publ. prudentia. Cap. XVI. n. 4. nec. non n. 10. & seqq.

3. Annon reliquæ personæ Ecclesiasticæ feudum dare possunt?

Resp. Affirm. ut Patriarcha, Archi-Episcopus,
P 2 Epi.

Episcopus, Abbas, Abbatissa, præpositus, modò hæc consuetudo alicubi recepta. *1. F. 1. princ.*

4. Sed an consensus Capituli necessarius?

Resp. Distinguendo inter res infeudari solitas, & non; Illas pro lubitu alteri in feudum dare possunt, quia sic nullum ecclesiæ præjudicium contingit. Quod limitatur, nisi ecclesiæ necessitas exegerit, ne iterum in feudum dentur, fortè, quia Ecclesia depauperata, *1. sed v. in Synops. p. 104.* quo casu Prælatus illam rem de mensâ ecclesiæ, ut loquuntur, facere potest. *Rittershus. P. 1. c. 5. quest. 12.* In his verò consensus Capituli necessarius. *Struv. c. 5. th. 9. num. 2. Gail. 2. O. ult.*

Quæst. 4.) Considerandum (1.) Anne sit quis solitus dare; (2.) Res solita dari; (3.) Res parvi sit usus; Vid. Struv. d. Tr. Cap. V. §. 9. n. 6.

5. Quid verò respondendum ad *1. F. 6.* ubi personis Ecclesiasticis feudorum constitutio denegata videtur?

Resp. Per *Titulos* ibi non quævis bona ecclesiæ intelliguntur, sed ista saltem prædia, quæ speciatim clericis ad sustentationem vel alimenta destinata, quæ aliis in feudum dare velle iniquum existimabatur. *Vult. c. 3. num. 10.* Et ita intelligendum jus Canonicum, quando præcipit, ut clericus sinè titulo non ordinetur, id est, sinè certâ sede, ex quâ necessaria vitæ percipiat.

6. 4. de Præbend. c. Sanctorum, 2. Dist. 70. Birsch. Comm. ad 2. F. 6. p. 102.

* * *

Quest. 5.) Tituli sunt res mensales, & alimenta Clericis assignata, hæcque non debent infeudari ex Decreto Urbani Papæ, alias enim victu lautiore paulatim Clericis abscedente, non essent, qui divinis servitiis se dederent; Hinc ibi generalitas Verborum, Res Ecclesiarum *quæ eis subjectæ sunt*, sequenti vocabulo & *Tituli* vocantur, restringitur; quasi dicat JCrus, res quidem sed non omnes, verum eas tantum, quæ Tituli vocantur, Urbani decretum complectitur, Conf. *Siruv. all. Tr. Cap. VI. §. IV. n. 2.*

6. Quid autem in re infeudari solita observabant?

Resp. Ut iisdem conditionibus in feudum dent, quibus olim dare erant per c. 2. X. de feud. Novas itaque qualitates quibus alteretur feudum, adjicere non possunt. *Schneidovvini de feud. pag. 3. n. 33.*

* * *

Quest. 6. In feud. 2. feud. 2. f. 108. Res infeudari solita est, quæ semel data, iterumque Domino aperta est, eaque strictiore lege quidem dari potest, non laxiore, quam solita est; hinc tamen non inferendum, illam facultatem masculis concessam ad foeminas extendi.

7. An autem dicto casu Cognatis res ecclesiæ in feudum dari potest?

Resp. Affirm. si cognati sint idonei & honesti, & res infeudari solita. *arg. cap. 2. X. de feud. in quibus non*

P 3 facile

facilè fraus committi potest ; ut sic non obftet *Nov. 120. c. 5.* quæ de rebus in emphyteusin dari non solitis explicanda. *Struv. d. l. n. 5. Ludvv. pag. 101. Mynsing. Cent. 5. Obs. 74.*

* *

Quest. 7. in feud.) Si expediat Ecclesiæ *2. f. 91.* & requiritur Consensus Capituli. Secus, ubi res infeudari est solita sc. quæ semel data est, uti præfatum.

Mynsing. Regula illa: Extante masculino, solus filius feudum consequitur, exclusâ filiâ, fallit, si masculus mox post patrem sinè liberis decederet, tunc soror admittitur, vixisse enim non cenferur, qui statim mortuus est.

8. Quid si verò Capitulum vel sedes vacet?

Resp. Si res infeudari solita, capitulum, Prælatus personam repræsentans, reinfeudare poterit. *Rittershus. L. 1. c. 5. q. 1.* qui tamen Ecclesiam cathedralem vacantem excipit, quod non admittit. *Struv. d. l. n. 6.* Nihil enim ibi innovat capitulum, si res fit infeudari solita, quia id facit, quod Episcopus facere debebat.

* * *

Quest. 8. Reinfeudare.) Ratio potissima est, quia talis concessio non est nova infeudatio, sed potiùs prioris executio, & infeudandi Consuetudo dat Jurisdictionem Prælato, quæ omnium maximè in feudis concedentis spectanda est. Nihilque decedit Ecclesiæ, sed jura ejus suæ integritati relinquuntur, & accedit, quòd Prælatus in bonis distinctis à Capitulo, plenam administrationem habeat, remoto consensu Capituli, *Cap. E-doceri X. de Rescriptis*, dummodò Prælatus talem eligat, qui Ecclesiæ, tempore Necessitatis utiliter queat inservire.

9. Sed

9. Sed quid si de bonis propriis feudum constituere velint Clerici?

Resp. Hoc liberè possunt, modò bona ipsorum non ad ecclesiam devoluta, ut in Monachis, qui nihil proprium habent. *Aub. Ingressi. C. de SS. Eccles. Struv. cap. 5. th. 3. n. 2. Vult. cap. 3. n. 12.*

* * *

Quaest. 9. Ut in Monachis.) Monachi enim perinde, ut servi, dare feuda nequeunt, cum nulla bona propria habere possint. *Addat. Lauterb. ad π. Tit. de Pecul. in fin.*

10. An Imperator indistinctè feudum concedere potest?

Resp. In bonis propriis seu terris hæreditariis sinè dubio potest; In bonis Imperii in feudum dari solitis, perinde hoc ei non denegandum, dum administrationi ejusdem hæc commissã. *Ludov. pag. 105 & seqq.* Hodie autem feuda majoris momenti, ut Ducatus, Comitatus, &c. ad Imperium reversã, Imperator aliis concedere sinè Electorum consensu non potest. *Cap. Leopold. Art. 30. Conf. Limn. ad Cap. Carol. V. Artic. 24. n. 4.* Quo ipso tamen Electoratus vacantes non continentur. *Struv. c. 5. th. 6. n. 2. Carpzov. ad L. Reg. cap. 7. §. 3. num. 18.* scil. septem illi in A. B. expressi, octavus enim & nonus temporarius est. In feudis ergò minoribus libera adhuc Imperatori potestas est. *Dn. Eyben. Elect. feud. c. 8. §. 8.*

10. (b)

10. (b) An verò Imperator ante coronationem jus conferendi feuda Imperii habet?

Resp. Aff. Quod de coronatione Papali certum, quæ à temporibus Caroli V. penitus neglecta; Sed idem quoque dicendum de coronatione Germanicâ, quia per electionem, & non per coronationem constituitur Imperator Conf. *Iter. de Feud. Imp. c. 4. §. 3.*

10. (c) An Rex Romanorum pariter feudum confert?

Resp. Negatur vivo Imperatore, quia nulla administratio negotiorum Imperii ipsi competit, nisi quatenus hæc ipsi ab Imperatore commissa. *Iter. d. c. 4. §. 9.*

Quæst. 10. Administrationi ejusd.) Si nempe sint feuda concedi solita, addantur. *Notata ad qu. 17. c. 11.*

Sine Electorum consensu.) Quia in feudis, quæ Imperio aperiuntur, exceptio est, Capitulationibus Caroli V. Item Ferdinandi II. & III. ut & Leopoldi I. Josephi I. Caroli VI. enim difertè provisum, quod illa non sint aliis rursus concedenda, sed in usum Imperii servanda.

Non continentur.) Quia feuda Electoratuum, suadente publicâ Imperii utilitate, ne sc. numerus Electorum imminuatur, Alii de Imperio benè merito Principi concedenda sunt, & Renovationes Investiturarum non negligendæ, quæ Potestas, vacante Imperio renovandi Investituras, & recipiendi Juramenta fidelitatis Imperii Vicariis conceditur *Aur. Bull. Tit. V.* Exceptis tamen feudis Regalibus, quorum Investitura & Collatio soli Imperatori vel Regi Romanorum specialiter reservatur.

In feudis er
sunt talia resp
Comitatus

11. Pot
diate fe

Resp. Aff
male; nam
bus Imperii

Quæst. 11. A
facultas feuda
11. c. 1. D. 63.
per inobvium fun
& Germani per
atrocissime tu
Papa conferre
diate ab eo con

Hoc non adm
nitidine potesta
peitatis

12. Quin

Resp. Tot
Regni. seu in
Comites. Ut e
cibus presunt
je. p. m. Alii ve
P. 1. c. 4. c. 14.

In feudis ergò minoribus.) per feuda Minora intelligenda sunt talia respectu Electoratum quæ sc. istis sunt minora V. G. Comitatus, Baronatus &c.

11. Potestne Imperator in terris sibi immediatè subjectis feudum concedere?

Resp. Affirm. hoc *Curt. P. 2. de Feud. Laicor. n. 2.* sed malè; nam jura Superioritatis territorialis, Principibus Imperii competentia, hoc non admitterent.

* * *

Quæst. 11. Affirm. hoc.) Solius Imperatoris est concedendi facultas feuda (1.) Regalia 2. f. 10. (2.) omnia Ecclesiastica *Can. 22. & 23. D. 63.* idque omni jure, ac apud omnes Gentes semper indubium fuit, quo omnes Imperatores Christiani Græci & Germani perpetuò usi, at sub Henrico IV. & V. ac Fridericis atrocissimè turbati fuerunt. Sub Friderico III. convenit, ut Papa conferret Mensibus Papalibus aperta, & ea, quæ immediatè ab eo concessa, oblata, aut ei aperta fuerint.

Hoc non admitterent.) Nequidem Imperator id potest plenitudine potestatis, ne videatur procedere plenitudine tempestatis.

12. Quinam sunt Capitanei in jure feudali?

Resp. iidem sunt, qui aliàs Proceres & Principes Regni, seu uno verbo *Status*; ut Duces, Marchiones, Comites. Ut enim caput alicui corpori, sic illi reliquis civibus præsumt. Et hi propriè Capitanei sunt. *l. F. 1. in fi. princ.* Alii verò impropiè tales, ut urbium Præfecti *Vult. c. 4. num. 14.*

Q

Quæst

* * *

Quaest. 12. Civibus praesunt. Tres Ordines Longobardis fuerunt. (1.) Capitanei, (2.) Valvasores (3.) Plebeji, hi vel Valvasores minores, vel valvasini. Hodie Capitanei sunt de feudo Regali investiti; Valvasores majores olim dicti Capitanei, hoc nomen ad Regnum Longobardicum non Germanicum pertinet, fuerunt Status illius Regni *Stände des Longobardischen Reiches*. Tertius Ordo tenet ignobilia feuda; Verum cum hodie nomina illa Valvasorum, vel valvasinorum non amplius in usu sunt, Differentia horum consistit in Regalibus, Nobilibus, & plebejis feudis.

13. Quinam sunt Duces?

Resp. Hi primitus à ducendo exercitu ita dicti; unde & Germanorum *Herzog* / quasi ein Herz des Zug. Hodie sunt illi, qui de Ducatu à Principe summo investiti sunt. 2. *F. 10. Limnaus de J. P. lib. 4. cap. 2. num. 15. Reinking. de Reg. Sec. & Eccles. lib. 1. cl. 4. c. 12. num. 1.* & hi reliquos Imperii Principes ordinariè antecedunt. vid. *Conring. de Ducib. German. lib. 12. & 17.* Noviter tamen creati, in Comitibus Imperii regulariter ultimum locum occupant, *Crusius de Præcedent. lib. 4. c. 15. n. 5.*

* * *

Quaest. 13. Ducis nomen olim dignitatis personalis erat, ut Bignonius ille doctissimus in Notis ad Marculphi formulas demonstravit; Hinc hodie hæc dignitas etiam inheret ipsi Ditioni. Tacitus *de Moribus Germanorum*: Reges ex Nobilitate, Duces ex virtute sumunt.

14. Quid hodie requiritur, ut quis ab Imp. in Ducum vel Principum classem evehi possit?

Resp. (1.) Insignia merita. (2.) Possessio bonorum imme-

immediatorum
lem sufficientem
ad onera
& voti reliquorum
& illi capiendus.
hac magis ad
cipis conseq

Quaest. 14.
cell. Novit de
Principali decor
principalibus lib
faculares sunt A
Comites, & Bar
lum non Achar
nem Ottonis
tinum. Hodie
hereditariam
Ducatu investit
conferatur, ac
inter simpliciter
Lithuanæ, sed ta

15. Qu

Resp. Qu
ro à German
mitem, em
mitis præfici
c. 4. c. 13. n.
Comitibus po
Germania eori

immediatorum, ad sustinendam dignitatem Principalem sufficientium, (3.) ut certa summa contribuendi ad onera Imperii imponatur, (4.) ut ratione sessionis & voti reliquis Principibus postponantur, (5.) ut Electorum & illius collegii consensus accedat, in quod recipiendus, Conf. *Cap. Leop. Artic. 44. Crus. d. l.* quamvis hæc magis ad jus Comitiorum, quam ad titulum Principis consequendum spectent. *Dn. Lyben. c. 9. §. 6.*

* * *

Quæst. 14. n. 2. Hodie secundum præceptum Imperii Recess. Noviss. de anno 1654. §. 147. ubi & Principibus Dignitate Principali decoratis injungitur, ut intra certum tempus bonis principalibus sibi provideant, & acquirant. Principes Imperii sæculares sunt Archiduces, Duces, Marchiones, Landgraviæ, Comites, & Barones. Ex Antiquitate constat, Archiducis titulum non Austriæ sed Lotharingiæ primum sibi arrogasse Brunonem Ottonis magni Imperatoris fratrem, Episcopum Moguntinum. Hodie Duces post Henrici Aucupis & Ottonum tempora hæreditariam dignitatem possident, & à supremo principe de Ducatu investuntur. Ut verò Ducatus cum Regali Dignitate conferatur, accidentarium putant; Duces distinguntur alii inter simpliciter Duces, & Magnos Duces uti sunt Moscoviæ & Lithuanæ, sed tales in nostrâ Germaniâ non inveniuntur.

15. Quinam sunt Marchiones?

Resp. Qui de Marchiâ investiti. 2. *F. 10.* Marchia verò à Germanorum *Marck* / dicitur, quod significat litem, *eine Gränze*: nam finibus Imperii tuendis primitus præficiantur Marchiones. *Vult. c. 4. n. 14. Reink. d. Cl. 4. c. 13. n. 5. Anton. D. 2. th. 4. lit. d.* Et hi in Italiâ Comitibus postponuntur. *Crus. d. L. 4. c. 17. n. 36.* In Germaniâ eorum auctoritas maxima est, dum multis

Q 2

etiam

etiam Ducibus præferuntur, quale exemplum in Marchionibus Brandenb. qui præferuntur Brunsvicensibus, Württembergensibus, Mecklenburgicis, Pomeranis, Holfatis.

* * *

Quæst. 15. Marchiones.) Fuerunt hi Præfecti Limitanei, quorum mentio fit in *L. 8. Viros spectabiles Cod. de divers. offic. & apparit. Jud.* nomen Marchionis multis deinde concessum fuit, qui in mediterraneis Mitterländischen Regionibus habitabunt.

Ducibus præferuntur.) Marchiones quæ tales postponuntur, quæ Electores præferuntur, uti Brandenburgensis &c. & ita hæc quæstio est intelligenda; Cæterum in Italia Marchiones parvæ sunt dignitatis, hodie dicunt Marchese, & in Galliâ Marquis, qui cum Germanis non conferendi.

16. Quinam sunt Comites?

Resp. Qui de Comitatu aliquo investiti sunt. 2. F. 10. Et hi olim erant iudices ordinarii, qui causis decidendis præerant; unde Comites Palatini dicebantur *Die Hof- Richter. Vult. d. l.* unde originem traxisse videtur, quod per *A. B. Tit. 5. in fin.* Comes Palatinus Rheni dicatur iudex Imperatoris. *Conf. Crus. d. c. 17. num. 19. seqq.* quorsum illi spectare videntur, qui adhuc hodie ab Imperatore hoc titulo ornantur cum concessione certorum privilegiorum juriumque, quæ aliàs Imp sibi reservaverat. *Conf. plur. Carpzov. de Lege Reg. c. 10. Sect. 10.* Principes verò hoc titulo insigniuntur, quoties provinciam, quæ in Palatinatum evecta, possident, ut Palatinatus Rheni. *Rheinck. d. loc. num. 34.*

* * *

Quæst. 16. Quinam sunt Comites?) Sc. Palatini. *Die Hof- Richter:*

Richter: sunt
comitantur
creta per L.
sunt, & Com
ces seu Episc
rio Radobio
Domini 1250
Du. Cœcyl. par.

17. U

Resp. Ali
Vult. d. n. 14. A
sollim signific
Gell. Pract. var. v
comtamen etia
unde Burgogav
Richter. L. m.

Quæst. 17. L.
Principes enim o
tinentis ad omne
Comes erat reru
fieri, facti Palati
Ducei & Comites er
mores simpliciter;
Palatin, quareque
rique necnon Co
Burgogavi
di, cupis illis ca
pibus sunt Burge
propria amplius i
econatur, uti i
in Burgogavius N

Richter : sunt Richter des Kaysers oder Königs. Hofes / & denominantur à Palatiis, quæ erant Aedes Imperatori consecratae per *L. un. C. de Palat.* Hodie Ducibus multò Superiores sunt, & **Cammer** : oder Hof-Richter vocantur, fuerunt Judices seu Ephori Imperatoris : *Aur. Bull. Cap. 5.* quod munus primò Rudolpho Comiti Palatino Rheni competiisse circa Annum Domini 1250. docet D. Besold. Verb. *Pfalz-Graf* / conferat. *Dn. Coccej. Jur. Publ. prudent. cap. XVI. n. 3. & seqq.*

17. Unde Germanorum Grave?

Resp. Aliqui à Latino, *gravis vel gravitate* derivant. *Vult. d. n. 14.* Alii à canitie, **Grau** : Alii à Grabe / quod fossam significat, quasi limitibus præpositi. *Wehner. in Obs. Pract. hac voce. Limn. lib. 4. cap. 4. num. 14. seqq.* Judicem tamen etiam Germanis olim vox **Grave** denotavit; unde **Burggravi**, **Burg-Richter** / **Landgravi**, **Land-Richter**. *Limn. d. c. 4. n. 12.*

* * *

Quest. 17. Limit. Præpositi.) **Comites** à comitando dicti, Principes enim olim comitabantur, & vocabulum **Comitis** antiquitùs ad omnes negotio alicui præpositos porrectum fuit; ita Comes erat rerum privatarum, sacri Patrimonii, sacri Confistorii, sacri Palatii &c. Olim etiam sub Francis distinctio inter **Duces** & **Comites** erat; hi distinguebantur in **Marchiones** & **Comites simpliciter**; Accesserunt sæculo XI. **Landgravi** & **Comites Palatini**, quanquam postea **Marchiones** & **Landgraviorum** plerique nec non **Comites-Palatini** Principibus fuerint accensiti.

Burggravi) Hi propriè olim erant Judices ejusdem præsidii, cujus illis custodia committebatur; Hodie non multi ampliùs sunt **Burggravi**, cum Cæsares in Urbibus Imperii castra propria ampliùs non possideant, licèt hoc titulo quidam adhuc decorentur, uti **Dux Saxonie** & **Marchio Brandenburgensis**, hic **Burggravius Norimbergensis**, ille **Magdeburgensis** est.

Q 3

Land-

Landgravii.) Hi fuerunt Iudices Provinciarum mediterranearum, die da eines Landes Richter gewesen / so zwischen des Reichs Gränzen liget.

18. Quinam sunt Barones?

Resp. Qui de Baronatu, vel de feudo cum dignitate Baronali, investiti. *Reink. d. Cl. 4. c. 15. n. 18.* & hi quoad dignitatem Comitibus regulariter comparantur, quàmvis Comes ordine præcedat. *Crus. de Prac. l. 4. c. 21. n. 10.* in comitiis idem scamnum cum Comitibus occupant. *Ister. c. 3. §. 15.* In jure tamen feudali Baronum mentio non fit. *Vult. d. num. 14. p. 62. Anton. Disp. 2. th. 4. lit. f.*

* * *

Quest. 18. Baronis vox secundùm plurimos ab Hebræorum **Bar** descendit, quod filium significat, nostro idiomate verò vocatur ein Grey = Herr; idè quod nulli, nisi supremo principi subjectus sit, & Status Baronum maximâ antiquitate præfulget, ut notat præcit. D. Besold. In Hispaniâ Baro dicitur Dominus territorii, qui habet Jurisdictionem Civilem; in Galliâ, qui infimæ, mediæ, & summæ coercitionis jus habet ex concessione Principis; in Neapoli, qui feudum quaternatum possidet, & in Libro Feudorum Baronis appellatio Duces, Marchiones, Comites comprehendit, addit. Speid. Voc. Grey = Herr. Vid. omninò de Fresne in Glossario.

19. Estne diversitas inter Barones?

Resp. Vocantur alii Adelingi Edle Herren; quod antiquitatem familiæ denotat; Alii simpliciter dicuntur Herren; Alii semper - Greyen. Sed ratione jurium, quibus in Imp. utuntur, coincidunt. Conf. *Reinking. d. class. 4. c. 14. n. 30. seqq. Ister. c. 5. §. 15.*

20. Un-

20. U
Resp. V
pondus
lum signica
significatur,
pag. 62. vel Bar
tuq; / capite

Quest. 20.
Sobolem, nec o
Ampla Castellæ
Eione d. Imperio
alio uelliores, &
dent, nisi ex Co
Comum & Baro
Alis, in Jure Pub
J. P. Cap. XV. §.
Jura Comitiu

21. An v

Resp. Aff. Si
beramque illius
2. th. 5.

22. Anno

Resp. Affirm
inter bona sua h

Quest. 22. 1. feud

20. Unde dicti Barones?

Resp. Vel à Græco βαρὺς, quod gravis est, vel βαίον, pondus; vel à Germanorum Bahren / quod filium significat, vel à Baar / quo priscis Germanis idem significatur, quod fren. *Limn. lib. 4. c. 5. n. 14. & 18. Vult. d. pag. 62.* vel Bahr / Germanis etiam significat idem quod tüchtig / tapffer. *vid. Eyben. Elect. feud. c. 9. §. 1.*

* * *

Quæst. 20. Zapffer.) Cùm Reges numerosam haberent Sobolem, nec omnes ad Regiam Dignitatem evehere possent, Ampla Castella filiis suis postgenitis cum omnimodâ Jurisdictione & Imperio concesserunt, hinc vocantur Barones h. e. filii, alii celsiores, & propriè loquendo Jure Majoratus non gaudent, nisi ex Consuetudine familiarum & ob parificationem Comitum & Baronum in Imperio, cùm idem de his, quod de illis, in Jure Publico judicium sit; His ait Excellentiss. *Coccej. 7. P. Cap. XV. §. 23.* comparantur quoad locum, suffragium, ac Jura Comitiorum, comitibus.

21. An verò hi omnes feuda concedere potuerunt?

Resp. Aff. Si rei in feudum dandæ Domini sint, liberamque illius habeant administrationem. *Anton. Disp. 2. th. 5.*

22. Annon etiam Privati feuda concedere possunt?

Resp. Affirm. cujuscunque sint conditionis, modò pariter bona sua liberè administrant.

* * *

Quæst. 22. 1. feud. 1. & 1. feud. 7.) Hodie nihil ad feudi constitutu-

stitutu-

stitutionem requiritur, quàm Dominum, & libera de re disponendi facultas; Nec Obiit. *L. 3. C. de Jurisdicth.* quia loquitur de Jurisdictione Jure Magistratus competente, quæ Jurisdictione privatorum consensu utique concedi nequit, inde autem non sequitur, quòd illi, qui feudum constituit, nequeat adscribi illa singularis Jurisdictione, quæ secundùm singularem Juris Feudalis dispositionem Domino feudi competit, neque hanc tam privatorum feudum constituentium consensus, quàm ipsum Jus Feudale tribuit.

23. An Fœmina?

Resp. Affirm. (1.) Quia & illa liberam bonorum administrationem habet, & (2.) ob textum *2. F. 3. in fin.* quæ sententia benignior dicitur. *2. F. 91.* Non obstat, quòd fœmina jurisdictionis capax non sit, *arg. l. 2. ff. de R. 7.* non enim incapaces sunt, quæ fœminæ; nam sic nec ad Regna Hispaniæ, Angliæ, Succiæ, & hodie Daniæ forent admittendæ; sed sola civilis lex fœminam à judicando excludit, quæ consuetudine feudali mutari potuit, *Struv. c. 5. ibi 3. n. 1. Ludov. pag. 112.* Imò quia hodie jurisdictione patrimonialis est & feudo cohæret, nullum est dubium, hanc à fœminâ feudum possidente, exerceri posse.

24. Sed annon indistinctè hoc fœminæ permissum?

Resp. Affirm. nisi (1.) vel per statutum alienare prohibita sit, ubi nec infeudare poterit. Unde Jure Saxon. ad feudi constitutionem curatore opus habet: *Struv. d. l. nisi sit illustris fœmina, quæ curatore non indiget; Carpz. Part. 2. Const. 15. def. 9.* (2.) nisi fœmina luxuriosè vivat & bona dissipet, *Schneidevv. de Feud. Part. 3. n. 74. Gail. l. Q. 57. in fin.*

Quasi.

Quæ
ex naturali aq
re. (2.) Non
sunt, *L. 11. ff.*
ex Scos. Velle
S.C. Felix. (3)
esse vno fren
mulier in acc
riores esse solen
non possit exerce
le feudum; nec
par, nec succedit
minò est capax f
vel feudum sit fe
baris Jure, ut
perpetua rubele
B. Novissimam
tia desumpta est
poris Jura Feud
r. f. 1. §. 1. Vid.
XIV.

25. An

Resp. Nec
bonorum adm
illucida interva
hic probentur
tates enim rem

Quasi. 25. Proben

* * *

Quæst. 23. & 24. Et bona dissipet) Quia fœminæ (1) ex naturali æquitate res proprias habere & liberè administrare. (2.) Non minùs ac Viri beneficia in alios conferre possunt, *L. 31. §. 1. ff. de Donat.* quare mulieribus donantibus ex Scto. Vellejano haud succurritur *L. 4. §. 1. in fin. ff. ad SC. Vellei.* (3.) Suadet Reipublicæ quoque favor, paratos esse viros strenuos quocunque modo quæsitos; (4.) Quia mulieres in acquirendo tenaciores, in concedendo verò rariores esse solent. Non obstat, etiam (1.) Quòd fœmina non possit exercere Jurisdictionem, ergò non dare istam posse feudum; nec sequitur (2.) fœmina ipsa feudi non est capax, nec succedit in feudo, ergò nec dare potest. R. Omnino est capax feudi, si pacto investituræ est comprehensa, vel feudum sit fœmineum; Nec (3.) obstat, quòd Longobardico Jure, unde Feuda originem traxerunt, fœminæ in perpetuâ tutelâ fuerint, ergo, illæ nihil alienare potuerint; R. Novissimum Jus Longobardicum, ex quo nostra sententia desumpta est, potius observatur, progressu namque temporis Jura Feudorum admodùm sunt ampliata & extensa arg. *1. f. 1. §. 1. Vid. adhuc Finchelth. Disput. 1. Feud. V. contro. XIV.*

25. An furiosus rem in feudum dare potest?

Resp. Negatur, quia ob defectum intellectus bonorum administrationem amittit. Nisi tamen dilucida intervalla habeat, *Anton. Disp. 2. th. 5. lit. h.* & hæc probentur, *arg. L. 18. §. 1. ff. de acquir. possess. furoris enim remissio facti est.*

* * *

Quæst. 25. Probenur) Furiosum accipimus, qui continuâ

nuâ mentis alienatione agitur, rapitur & torquetur, nam qui spurio saltem furore laborat, dilucidaque habet intervalla, is, non secus, ac alia negotia validè gerit, infeudareque potest, arg. *L. 6. C. de Curat. fur. & L. 9. C. Qui test. fac. post. conferat. CL. Lauterbach, in π. Tit. X, L. XXVII. in Contrar.*

26. Quid juris in prodigo?

Resp. Postquàm à Magistratu declaratus est prodigus, cum furioso comparatur, *L. 12. in fin. ff. de Tut. & Curat. dat.* adè, ut nihil in alterum transferre possit. *L. 10. pr. ff. de Curat. furios. Anton. d. l.*

* * *

Quaest. 26.) Ratio est, quia prodigalitas est facti, ideo Judicis arbitrio relinquenda, & opus habet causæ cognitione.

27. An Procurator?

Resp. Negando, quia est species alienationis, alienare verò huic non permillum. Nisi (1) speciale mandatum infeudandi habeat, quoad hoc enim Domino comparatur; *Schneidevv. d. Part. 3. n. 78.* vel (2) nisi fudum jam fuerit à Domino constitutum, hoc enim renovare potest. *Vult, c. 3. n. 2.* Renovatio enim non est alienatio.

* * *

Quaest. 27. Renovare potest.) Non autem novum constituet, licet generale mandatum cum liberâ, *uti vocant*, habeat; quia libera administratio non desinit esse administratio, pugnat autem cum administratione donatio *L. 7. ff. de Donat.* Non Obst. quòd procurator cum liberâ permutare & alienare possit; Sed *h.* quòd permutans rem aliam accipiat,

piu, & non tam
veterat, nihil
mutati Domi
hoc notandum
tione, seu uni
quidem res ex
Mand. Non e
ste ab speciali

28.

Resp. A
strensi, ubi pe
tium Idem d
ordinatio, ob
tionem, & ce
c. l. Laro. p. 77.

Quaest. 27.
de hoc hinc
speciali rone,
ceant à exclud
rem lega dispo
dico verò hinc
vos; quippe, null
Via. cum d. Lau
hinc.

Resp. N
nec cum h
a. l. Prad. Mon
est. Servo.
non facti indistin

piat, & non tam alienare, quàm quodammodò compensare videatur, nihil enim videtur domino abesse, quia vice permutati Domini tantundem recipit *L. 71. ff. de Legat. 2.* Sed hoc notandum, quòd si sit ex negotiis, hoc est, ex re & ratione, seu utilitate Domini, aut necessitate, Dominus planè quidem res ex fide agere mandasse censeatur. *L. 60. §. 4. ff. Mand.* Non etiam possunt feudorum Præfecti Lehen-Pröbste abs speciali mandato aliquem infeudare.

28. An Filius familias?

Resp. Affirm. de peculio castrensi & quasi castrensi, ubi pro patrefam. habetur. *L. 2. ff. ad SC. Macedon.* Idem dicendum de peculio adventitio extraordinario, ob liberam filii inter vivos administrationem, & cessans præjudicium paternum. *Nov. 117. c. 1. Ludov. p. 97. Struv. c. 5. n. 2. & 3.*

* * *

Quest. 28. Adventitio extraord.) Nec Obstat, quòd de hoc filiusfam. testari non possit, quia id facere nequit ex speciali ratione, cùm leges à testamenti factione filiosfam. arceant & excludant, adèd ut ne quidem Pater contra singularem legis dispositionem id ipsis permittere possit, quæ conditio verò filiusfam. non consideratur in alienatione inter vivos, quippe, nullibi, filiosfam. ob Statum suum interdicta est. Vid. omninò *Lauterb. in π. Tit. de Pecul. in pecul. Advent. Irreg.*

29. An Minor?

Resp. Negando, etiamsi curatorem habeat: quia nec cum hoc res immobiles alienare potest. *L. 4. C. de Prad. Min.* Decretum E. judicis accedat, necessum est. *Struv. c. 5. th. 4. n. 4.* Renovatio tamen veteris feudi indistinctè ipsis conceditur. *Anton. th. 5. in fin.*

R 2

Quest.

Quaest. 29. Necessum est.) Communiter DDr. dissentiunt, eò quòd minor, si non habeat Curatorem, & solus res suas administret, sinè decreto & immobilia alienare possit, & Decretum Magistratùs introductum sit, ut Curatorum sollicitudine consulatur *L. 1. C. Quand. Decret. opus non est.* Hæc verò tum, cum minor nullum curatorem habet, planè cesset; sed notandum, quòd tamen minor, restitutionis remedio, prædium à se alienatum revocare possit, & sic per consequens factam alienationem annullet, quare bene author statuit, debere Curatorem adhiberi, & Magistratùs Decretum accedere, addat. *Schilter, in Comment. ad Jus Feudal. Alemann. Cap. 48. §. 2.*

30. An Surdus & mutus?

Resp. Aut mentem satis exprimere potest, aut non; hoc casu cum curatore, accedente decreto, potest: illo casu solus. *Struv. l. 5. th. 4. n. 5.*

Quaest. 30. in fin.) Mutus & surdus vel est ex naturâ, vel ex accidenti; Priori casu: feudum non concedit, quia non intelligit, quod agit, & mortuo similis est; si verò conjunctim talis sit ex accidenti, feudum dabit, quia talis peritiam habet, & vel scripto vel nutu animi sententiam declarare potest; à quibus multum differt ille mutus & surdus naturâ, qui etsi consensum habeat, & tradere possit, non tamen illud negotium sibi ut incognitum perficere potest.

31. An Rusticus?

Resp. Affirm. quia non personæ dignitas, sed libera disponendi facultas respicitur. Nec obstat, quòd rusticus jurisdictionem non habeat, & ea etiam per pactum

pactum transfer
jurisdictione hic
dalem trans
singulari com
Etia. feud. c. 1.
Imò jurisdicti
dinationum loci
Dissent. Feud.

Quaest. 31.
ergo & ei permiss
casu. mag. nec obedi
dum dare ut, qui
feudales allegati o
nullum ex altero
agitur de personis
tamen dicitur
eodem Jure ut
rum Dominus

Nec porro ob
27. B. enim rusti
hoc non ita intel
causa; etiam gelli
fendere, & in per
properea etiam m
tudo feudalis quo
Feudale in to rece
Cap. 3. n. 7. tenen
rationem, sive qu
legem istam feudo
vadere, neque et
per Pares Curiz
tamen posse, conti

pactum transferri non possit. *L. 3. C. de Jurisdic.* Nam jurisdictione hic non pacto, sed per consuetudinem feudalem transfertur, & non jure magistratus, sed jure singulari competit. *Thabor. in Comm. ad l. F. 1. pag. 15. Eyben. Elect. feud. c. 8. §. 9. seq. Struv. c. 5. tit. 3. n. 3. Ludov. pag. 110.* Imò jurisdic. tio non est de substantiâ feudi, cum ad ordinarium loci judicem recurri possit. *Vid. infr. c. 25. q. 6. Dissentit Fachin. lib. 7. Controv. 74.*


Quaest. 31.) Quia rusticus in feudis nunquam prohibetur, ergò & ei permillum censi debet, *arg. L. 28. §. 2. ff. Ex quib. caus. maj. nec obit. 1. f. 1. & 2. f. 10.* ubi tantum permittitur feudum dare iis, qui Dignitate aliqua sunt praediti; sed & Textus feudales allegati conjungendi sunt, ita, ut si quid in uno forte omissum ex altero possint suppleri. 2. Quamvis in iis textibus agatur de personis dignioribus, quæ infeudare possint, idem tamen dicitur *1. f. 7. in fin. de Inferioribus*, omnesque hodie eodem Jure utuntur, uterque enim hic supponitur rerum suarum Dominus & arbiter.

Nec porro obstat, quod rusticis interdictum sit armis *2. f. 27.* & enim rusticis quidem interdictum, ne arma gerant, sed hoc non ita intelligendum, ac si nec suæ nec alterius salutis causâ; telum gestare possint; & uterque alterum saltem defendere, & in periculo juvare, non etiam offendere debeat, propterea etiam militaria servitia præstantur, quod Consuetudo feudalis quoque ita probat, quamvis Jus Saxonicum Feudale in eo recedat; *Vid. Schilter. ad Jus Feudal. Alemann. Cap. 3. n. 7.* tenens: Possè quidem Plebejos plebeja feuda, sive rationem, sive quotidianum usum spectemus, concedere; Sed speciem istam feudi esse analogicam & ad emphyteusin magis accedere, neque enim servitia militaria plebejorum imponere, neque Pares Curia habere, neque jurisdictionem feudalem exercere posse, constat.

R 3 32. Quo-

32. Quomodo in jure feudali concedens feudum appellatur?

Resp. (1.) *Dominus*, non tam ob dominum directum penes se retentum, quàm ob fidem & servitia ipsi honoris causâ à Vasallo debita. *Ludov. in Synops. pag. 91.* (2.) dicitur *Senior. l. F. 17. & 18. in fin.* non ab ætate, sed à Longobardorum Signore vel Segnore, quod Dominum significat. *Vult. cap. 3. in fin. Anton. Disp. 2. th. 1. lit. b. Eyben. Elect. feudal. cap. 8. §. 6.*



CAPUT VI.

DE

PERSONIS FEUDUM
ACQUIRENTIBUS.

GENERALIA CAPITIS.

1. Facultas acquirendi feudum dependet à facultate acquirendi rerum dominia. Ergo quicumque prohibetur, quò minùs certam rem sibi comparare possit, ille etiam prohibetur illam rem in feudum accipere.
2. Habilitas tamen ad acquirendum feudum non æstimanda est ex ordinariis juris feudalis regulis, sed ex arbitrio Domini, hanc personam pro Vasallo agnoscere volentis, nisi tamen lex publica illam personam ab acquisitione rerum excludat. Exempl. est in Ariano, & in Judæo in Saxoniâ.
3. Cùm verò in investiturâ novi feudi Dominus vitium sciat, & Vasallum inhabilem scienter investiendo, de inhabilitate dispen-

dispen-
tatem
bilibus

1. QU

V
A
P
P
tis militari-
ciam & Feud

Quod, 1. Fe
cisti, Fidelis
dum accepto
fallo 2. 7. 11.
est Dominus

2. Una

Resp. Vari
sen deducunt q
vincula denot
culum, quo
li à German
Germanico D
sunt. Alii a
pnt. Servu
na Vasalli die
11. 1. 4. 4.

dispenset, non inde deducendum argumentum ad habilitatem succedendi, feudum enim in dubio successoribus habilibus concessum videtur.

1. Quomodo acquirens feudum appellatur?

V Resp. Vasallus, item Fidelis. 1. F. 10. à fide Domino promissâ; Clientulus. 1. F. 13. quia Dominum Patronum agnoscit; Miles, 1. F. 22. à serviitiis militaribus regulariter præstandis; Beneficiatus etiam & Feudatarius. *Vult. c. 4. n. 12. in fin.*

* * *

Q *Uast. 1. Feudatarius.*) Variis adhuc Vasallus notatur nominibus aliis, appellatione enim Beneficiarii, Inbeneficiati, Fidelis, Clientuli venit; Milites quoque illi, qui feudum acceperunt, olim vocabantur; Imò conjux Domini Vasallus 2. f. 58. audit; Vid. *Disp. nostr. de Collation. feud. th. 16.* et si Dominus non juret, 2. f. 6.

2. Unde vox Vasalli descendit?

Resp. Variant hic Ddres. Aliqui à Germano *Vas* sen deducunt, quod est ligare, stringere; unde *Besseln* / vincula denotant; ad indigitandum arctissimum vinculum, quo Vasallus & Dominus constringuntur. Alii à Germanico *Besell* / quasi Socius, Comes. Alii à Germanico *Vaseln* / quia Vasalli ex feudis fructus percipiunt. Alii à Gothico *Wâsel* / quod obnoxium significat. *Struv. c. 5. th. 12. Fœckelth. D. 1. Controv. 1. German. Vasalli dicuntur Mannen / de quo Dn. Eyben. El. Feud. c. 9. n. 4.*

3. Quo-

3. Quotuplex sunt Vasalli?

Resp. Duplices: Alii Capitanei; Alii Valvasores.
Vult. c. 4. n. 14.

4. Qui sunt Capitanei?

Resp. Vid. *supr. quest. 12. cap. p. aced.* & hi ipsi certo respectu Dominis, alio respectu Vasallis annumerantur.

5. Unde dicti Valvasores?

Resp. A valvis vel portis, ad quas apparere & excubias agere tenebantur. *Vult. d. l. p. 61.* vel à Germanico Wall / propugnaculum, & Bast / firmum, quasi Wall-Basters / quibus fortalitium aliquod concredebatur. *Ludov. p. 113. Struv. c. 5. th. 12. in fin.*

6. Quotuplices sunt Valvasores?

Resp. Vel Majores, vel Minores, vel minimi.

Quest. 6. Quotuplices sunt Valvasores? In Imperio nostro Romano-Germanico nomina hæc usu non obtinent; Feudorum verò Regalium, Nobilium & Plebejorum differentia, Vid. Struv. Synt. jur. Feud. Cap. III. §. 5. n. 7. commodiùs attenditur.

7. Quinam Majores?

Resp. Qui à Principe feudum sine regali dignitate accipiunt, & de plebe aliquâ, ut urbe vel castro sunt investiti. *2. F. 10.* qui & aliàs Capitanei dicuntur, sed improprie tantum, respectu minorum valvasorum.
Struv.

Siruv. c. 3. th. 5. n. 4. Exemplum posset esse in Nobilibus Imp. immediatis. Non quasi hoc exemplum penitus quadret, sed quod proximè accedat ad illos Valvasores majores, reverà enim hæc distinctio Vasallis in Imperio applicari nequit. Vid. *litter. c. 3. §. 2.* Commodius hodie feuda distinguuntur in feuda mediata & immediata. *D. Horn. c. 5. §. 25.*

8. Quinam sunt Minores?

Resp. Qui feudum à majoribus valvasoribus accipiunt. *2. F. 10. Vult. c. 4. n. 14. p. 63.* quod reverà subfeudum est.

9. Qui sunt Minimi?

Resp. Qui à valvasoribus minoribus feudum accipiunt, & aliàs valvasini dicuntur. *1. F. 7.* Quorum feuda olim jure feudi non censèbantur, sed demùm apud Mediolanenses hoc receptum. *2. F. 10. Cujac. ad d. iir. Vult. d. 1.*

* *

Quest. 9. Sed demùm apud Mediolanenses hoc receptum.
Vid. *CL. Author ad cap. precedens III. ibique Notata nostra ad gn. 34. & 35.*

10. An omnes feudum acquirere possunt?

Resp. Affirm. cujuscunque conditionis fuerint, nisi speciali prohibitione exclusi. Hæc prohibitio vel generalis est, ubi acquisitio bonorum alicui in certâ provinciâ interdicta, vel specialis, ubi feudorum comparatio ipsi denegata ob hoc, daß er nicht Lehn-sfähig ist; quam-

quàmvis si Dominus feudi simul sit Dominus territorii, ille per dispensationem huic quoque inhabili succurrere possit.

* *
Quest. 10. Capere possunt feuda omnes, qui dominium acquirere, se obligare, & ex mente Domini vel naturâ feudi servitia præstare possunt, 2. f. 3.

11. An foemina?

Resp. Affirm. quamvis enim servitia regulariter non possit præstare, & eâ propter nec in feudum succedat; Dominus tamen foeminam scienter investiendo, juri suo renunciâsse, & substitutum ad servitia admisisse præsumitur. *Sirrv. cap. 5. th. 12. princ. Ludov. pag. 114.*

* *
Quest. 11. Mens contrahentium ex interpretatione quoque conservanda, quare Dominus foeminæ feudum concedens, ei gratiam fecisse censetur, ut voluerit, per substitutum servitia expediri; Potest enim Dominus gratiam facere, cui vult 1. *feud. 24.* In Saxonîâ hodie, si foeminæ concedatur feudum, quidam interponi solet, qui in suam & ipsius animam jurat, vocaturque *Lehen-Träger*; antequàm igitur foemina investiat, Curator nomine ejus, submissè petere debet, ut ipsi Persona certa in Cancellariâ ad hunc finem producta constitutur, cujus formulam tradit *Finckelth. Disp. Feud. V. Controv. 18.* Horsumquæ trahantur ea, quæ ad *Cap. III. qu. 27. & ad Cap. IV. qu. 5.* sunt allegata.

12. An Hermaphroditus?

Resp. Affirm. non attentâ sexûs prærogativâ. (Attamen sexûs prærogativa in successione feudali attendenda,

denda, quia
 quenda L. 10
 Hermaphro
 enim feudu
 cedatur.

Quest. 11.
 sed feudo p
 que quis p
 homo perfect
 etionem illan

Resp. Aff
 vore verò fe
 vna non ob
 cans est ob
 th. 11. num. 1.
 anclior redd

Quest. 13.
 quiparatur f
 Sibi quidem
 ratorem vel etiam
 pillus fidelitatem
 donec veniat ad
 rim pro fidelitate
 Das man dem
 hatnuß oder W
 von ihnen Papill
 10 Jahre erreich
 (impliciter.) H
 abstinentioni feudali

denda, quia ibi soli masculi admittuntur, ut hinc sequenda *L. 17. ff. de stat. hom.*) modò Dominus eum Hermaphroditum esse sciverit. *Ludovell. p. 115.* Facilius enim feudum de novo conceditur, quàm in illud succeditur.

* * *

Quest. 12.) Hermaphroditum tertiam speciem haud efficiunt, sed sextis potioris esse judicantur, si neuter praevalet, & utroque quis potens est. Tum, si adhuc infans, masculus tanquam homo perfectior praesumetur; sin v. elegerit semel sexum, electionem illam Juramento obfirmare debet.

13. An impubes?

Resp. Affirm. Si tutoris auctoritate acquirat; sine tutore verò feudum sibi quidem acquirit, sed ad servitia non obligatur, nam sic unilateralis sive claudicans est obligatio. *princ. Instit. de Auctor. Tut. Struv. c. 6. th. 18. num. 1.* cum hic non simpliciter pupilli conditio melior reddatur. *Ludovell. p. 116.*

* * *

Quest. 13. An Impubes.) Sc. infante major, infans enim æquiparatur furioso.

Sibi quidem acquirit.) Quia servitia facile per alium, puta tutorem vel etiam curatorem praestari possunt, interea verò Pupillus fidelitatem facere non cogitur, sed Dominus expectabit, donec venerit ad majorem ætatem *2. f. 26.* quæ patientia interim pro fidelitate habetur, hinc in Praxi ita observari solet: *Daß man dem Gebrauch nach / den Vormünderen eine Befantnuß oder Muth: Setzt zu stellen / daß die Empfangung der Lehen ihren Pupillen ohngefährlich seyn solle / biß sie ihre mündige Jahre erreichen.*

Simpliciter.) Habet feudum quidem onera sua, attamen illa æstimationi feudi respondere non solent, in cujus datione

majus adhuc beneficium, quàm onus, & obligatur pupillus Domino ex contractu tutoris, si conditionem suam meliorem faciat, aliàs in integrum restitutionis beneficio gaudebit.

14. An infans?

Resp. Negando; ne quidem tutore auctore, quia nullum negotium gerere potest infans, cui tutoris auctoritas accedat. Tutor itaque nomine infantis feudum acquirit. *arg. l. 18. §. 2. C. de Jur. delib. Vult. c. 4. n. 6. Ludov. p. 118.* Juramentum tamen, hoc & priori casu, in tempus pubertatis differtur. *Anton. Disp. 2. th. 6. lit. b.* In praxi sapius ad majorenitatem usque.

* *

Quest. 14.) Cum infantibus enim nec Jure Civili nec Gentium commercium est, hinc non per se, sed suos tutores acquirunt, *L. 18. C. De jure delib. & L. 1. §. 3. ff. de administr. Tutor. Confer. omninò Lauterb. ad π. Tit. de Acquir. vel Omitend. hered. In Subj.*

15. An Minor?

Resp. Affirm. sive curatorem habeat, sive non; obligatio enim ad servitia personalis est, quæ sine curatore subsistit. *L. 101. ff. de V. O.* nam curator non personæ, sed bonis datur.

* *

Quest. 15. Bonis datur.) Minores nullibi in Jure Feudali prohibiti reperiuntur; Imò (2.) Pupilli sine tutorum auctoritate feudum accipiunt, ergò multò magis minores sine Curatorum suorum consensu. Minores (3.) sine Curatorum consensu juramento validè obstringuntur *Auth. Sacram. pub. C. Si adv. vendit.* Hique (4.) sine Curatorum consensu rem suam melio-

meliorem faci
ergo & feuda

Resp.
habetur.
ff. de feudi
feudi capat
servum alie
tacita liber
invehtatur
cap. 4. n. 7.

Quest. 16.
poni, sed vid
3. 2. Feudum

Resp. A
lias obligar
feudum accip
ret, quæ inter
1. ff. pro Donat.
tere potest.
emancipation

Quest. 17.
nem ita, ut no
Rationes
que Parry usum
fidei aliodialem

meliorem faciunt, *L. anterbach. in π. Tit. de Cura &c. In Obj.*
ergò & feuda per se accipere possunt.

16. An Servus?

Resp. Affirm. non quà talis, sic enim pro nullo
habetur, *L. 32 ff. de R. 7. & militia capax non est; L. 11.*
ff. de Re milit. sed vel ex personâ Domini, quatenus ille
feudi capax; modò dans feudum sciverit, hunc esse
servum alterius, *2. F. 3. §. 2. vers. personam verò.* vel ex
tacità libertatis concessione, ut, si à Domino proprio
investiatur. *Schneid. Part. 3. n. 68. Ludvv. p. 121. Vult. lib. 1.*
cap. 4. n. 7.

* * *

Quest. 16. An servus.) CL. Author rem satis clarè pro-
ponit, sed videatur adhuc Gothofred. *In Notis ad allegat. Cap.*
3. 2. Feudorum,

17. An filius familias?

Resp. Affirm. quia in omnibus causis ut paterfami-
lias obligari potest. *L. 39. ff. de O & A.* A patre tamen
feudum accipere nequit, cum in donationem incide-
ret, quæ inter patrem & filium non est permissa. *L. 1. §.*
1. ff. pro Donat. Nec obligatio feudalis inter eos confi-
stere potest. *Vult. c. 4. n. 8. Ludvv. p. 119,* nisi accedente
emancipatione.

* * *

Quest. 17. Obligari potest.) Plurimi negant filiumfam. feu-
dum ita, ut non Pater inde usumfructum habeat, acquirere
posse; Rationem (1.) ponunt in eo, quòd jus commune con-
cedat Patri usumfructum *L. 6. C. De bon. qua liber.* (2.) Fructus
feudi allodialem habeant naturam. *2. f. 45.* sed allodialium
bono-

honorum Ususfructum ad Patrem pertinere, ergò & ususfructum feudi Patri acquiri. (3.) Pater habitet cum filio in eadem domo, mensaque cum filio suo utatur eadem, sicque videantur fructus feudi etiam esse communes. (4.) Pater & filius pro unâ eademque habeantur Personâ *L. f. C. de Impub. & al. Substit.* Ergò quicquid conceditur filio, idem quoque Patri concessum intelligatur; Sed *R.* ad (1.) Jura communia hoc casu quidem esse servanda, illa tamen in bonis castrensibus, quibus feuda æquiparantur, ususfructum filio non adimere, *l. 1. C. de Castr. pecul.* ad (2.) *R.* Licet fructus feudi omnes sint allodiales, idè tamen non sequi, hos fructus ad patrem spectare; nam Castrenses vel quasi castrenses fructus etiam allodiales sunt, idcirco tamen non sunt patris sed filii, *Nov. 117. c. 1.* Accedit quoque voluntas Domini, feudum militiæ gratiâ concedentis, ut Ususfructus feudi filii sit; ad (3.) *R.* Possè quidem fructus feudi Patri cohabitanti communicari, sic tamen, ut filiosam. Vafallo tantum relinquatur, quantum ipsi necessarium, ad servitia præstanda; ad (4.) *R.* Non posse fictionem unitatis personæ prætendi, cum illa in feudis non consideretur, & nec dantis intentio neque feudi natura eam permittat, filius quoque non aliter, quam Paterf. consideretur, hancque ut veriore sententiam rectè tuetur *Lauterb. ad π. Tit. de Pecul. in Advent. irregul. n. 7.*

18. An Clericus?

Resp. Affirm. 2. *F. 40. §. fin. si Dominus cum scienter de feudo investiat. Ludvv. p. 125.* Ratio est in *q. 11.*

*
*

Quest. 18. Quia æquè voluntas domini hic consideratur, qui servitiis in tantum renunciâsse censetur, nempe serviat Clericus per substitutum. Nec ratio obstat Jurisdictionis, quam dominus Laicus in Vafallum Clericum consequitur, Jurisdictio enim ista non nisi feudi inquit est, ne quidem repugnante Jure
Cano-

Canonico, pr
regularis feud
tabit; fecer
est duraturu

Resp. A
tur. Corp.
rulticum n
lum substit
bus quazlio

Quest. 19.
ideo Mores no
vâ. Encheli.

20. An

Resp. Si
fuerit, sub
censetur, ut
4. n. 11. 19. 10. 11.
Diffr. 2. n. 3. n.

Quest. 20.
ced. accipit.

21. Quid

Resp. His q
non intelligunt

Canonico, probant. *Cap. 16. X. de Foro competente.* Clericus regularis feudum acquirens sibi, ad tempus vitæ Monachi durabit; secus, si Monasterii intuitu acquisiverit, tunc perpetuè est duraturum, vid. *Lauterb. ad Tit. 7. de Peculio in fine.*

19. An Rusticus?

Resp. Affirm. quod & jure Saxon. hodie observatur. *Carpz. P. 3. C. 28. D. 5.* Subinfeudare tamen Vasallus rusticum non potest, ne Domino deteriorem Vasallum substituat. *Ludov. p. 123.* quod & in sequentibus duabus quaestionibus procedit.

* * *

Quaest. 19. Rusticus non planè feudi incapax & ineptus est, idèd Mores nostri probant Rustico factam feudi concessionem, vid. *Enckelth. Disp. Feudal. IV. Controv. 21.*

20. An Cæcus, Surdus & Mutus possunt feudum acquirere?

Resp. Si Dominus hujus vitii naturalis non ignarus fuerit, subsistit feudi datio, & tacitè ipsis concessum censetur, ut servitia præstentur per substitutum. *Vult. c. 4. n. 11. Rosenth. c. 3. Concl. 8.* Vid. *Tract. nostr. de Jur. Sens. Dissert. 2. c. 3. n. 4. & Diss. 4. cap. 3. n. 3.*

* * *

Quaest. 20. Lucem & declarationem ex *Quaest. 13. & 14.* præced. accipit.

21. Quid in furioso & mente capto?

Resp. His quidem defectus intellectûs resistit, dum non intelligunt, quod agunt; cum tamen res alias acqui-

acquirere possint per suos curatores, idem quoque de feudis dicendum.

* * *

Quest. 21. Ratio horum obtinet, quòd si Dn. concedat feudum, per substitutum etiam servitia præstari, indulgisse videatur; Aliud verò, si ille industriam personæ nominatim eligat, aut Investituræ tenor personalia Vasalli servitia requirat, quibus in casibus meritò repelluntur.

22. An superior ab inferiore?

Resp. Affirm. 2. *F. 100.* cum & superior inferioris jurisdictioni se submittere possit. *l. 14. ff. de Jurisdic. Ludvv. pag. 122.*

* * *

Quest. 22. Quia feudum non infert Jurisdictionem, sed tantum fidem, servitia, honorem, & amorem requirit, quæ à superiore, absque læsione ejus dignitatis, inferiori utique exhiberi possunt.

23. Quinam verò feuda acquirere non possunt?

Resp. Speciatim prohibiti; ut Hæretici, Excommunicati, Banniti, infames, & per consequens omnes de crimine publico damnati, *arg. L. 7. ff. de publ. jud. præfertim, si sit feudum dignitatis seu equestre. Ludvv. p. 128. Vult. cap. 4. n. 12.*

* * *

Quest. 23. Hæretici.) Pro Hæreticis, Nulli addiciti tribus Religionibus in Imperio receptis habendi, *argum. instrum. Pac. Westphal. Artic. V. & Recess. de Anno 1654. §. 23.*
Excommunicati.) Sc. Excommunicatione majore.

Digni-

Dignitatis. (1.) Quia tales personæ Juris Civilis autoritate nequeunt associari; Et (2.) Dominus versari debet cum tali Vasallo, qui vir sit integræ existimationis 2. f. 37. (3.) Feudum datur regulariter intuitu militiæ, infamis autem miles non recipitur. (4.) Vasalli in decidendis controversiis feudalibus, producuntur Testes, infames autem testimonium perhibere nequeunt. Idem Judicium quoque de scuriis, & levis notæ maculâ notatis ferendum, quia hæ personæ honestæ & integræ existimationis dici nequeunt, inde necessè colligere, istos labe quâdam non vacare, etenim Patrum agnationem & insignia non habent.

CAPUT VII.

DE

NUPTIIS ET TUTE- LA FEUDALI.

GENERALIA CAPITIS.

1. Matrimonium Vasalli jure feudali determinatum non est; unde quicquid in aliorum nuptiis observandum, idem quoque hic locum sibi vindicabit.
2. Facultas tamen paciscendi super matrimonio, ne uxor & liberi dignitatis & successione participes fiant, speciatim jure feudali permittitur, quod pactum morganicum dicitur; quo ipso tamen, quæ per naturam debentur liberis, ipsis auferri nequeunt, e. gr. ut soboles sit legitima, ut capiat alimenta.
3. Tutela feudalis eodem jure æstimatur, quo tutela allodialis; unde qui proximus in feudo successor est, ille quoque proximus est in tutelâ.

T 1. Num-

1. Numne de nuptiis Vasalli juri feudali specialiter quid provisum?

Resp.
Regulariter quæ de jure communi vel Canonico, quatenus hoc jus in matrimonialibus sequimur, circa nuptias statuta, eadem & in Vasallo obtinebunt, cum cesset specialis ordinatio feudalis, *arg. 2. f. 1. nisi quantum matrimonium ad Morganaticam contractum concernit, 2. f. 29.* Idem etiam in Statuum Imperii nuptiis, ex quibus Pontificii uxorem consobrinam sine dispensatione Episcopi ducere nequeunt. Evangelici verò, quia in Ecclesiasticis neminem agnoscunt superiorem, per §. 48. Tit. 5. *Instr. Pac.* dispensatione hæc opus non habent, sed quousque jus divinum non resistit, liberè nuptias ineunt.

* * *
 Quest. 1. Ex subsequentiis declaranda venit.

2. Unde dicitur Morganatica?

Resp. Itali hanc vocem in Latino corruptam à Longobardis esse dicunt, quasi mortis causâ donatio. *Math. de Afflict. ad 2. f. 29.* Verius ex Germanorum voce *Morgengabe* descendit, quod est matutinale donum, alterâ die nuptiarum sponsæ offerri solitum, quasi præmium virginittatis delibatæ. *Bitsch. Comm. Fend. ad 1. f. 29.* & inde matrimonium ad *Morgengabicam* contractum rectius dici videtur. *Struv. c. 9. th. 5. n. 9. Conf. Besold. Thesaur. Pract. Voc. Morgengabe.*

* * *
 Quest. 2. In fin.) Vocatur à *morgen* & *gaba*, ac si sit remuneratio

neratio operæ nocturnæ, ut *Fichard. ad Rubricam. C. h. t.* loquitur nach beschlagener Decke gibt / der sponfæ Sponfus, pro Virginitatis quasi pretio et was an Belt / Ketten oder Kleinsdien add. *Lauterb. in π. Tit. de Jure dot. in SS.*

3. Quid est ergò matrimonium ad Morganaticam contractum?

Resp. Quando Vasallus hâc conditione cum femina à aliqua nuptias contrahit, ut uxor pariter ac liberi inde nati, accepto dono nuptiali, vel certâ bonorum portione, à reliquâ hæreditate, imò & dignitate paternâ, excludantur. Cujus matrimonii exempla inter Principes aliasque illustres personas recenset *Myler. in Gamolog. Princip. c. 6. n. 15. seq.* & has secundarias uxores vocat *Pufendorf. de J. N. & G. lib. 6. c. 1. §. ult.*

* * *

Quest. 3. Excludantur:) Arg. *Num. 27.* ubi secundùm legem IVI osaicam, extantibus masculis, Fœminæ, à successione parentum excludebantur; Accedunt Exempla Patriarcharum aliorumque in Testamento Veteri frequentia.

4. Qualia verò pacta Principes, hoc matrimonium inhuri, moribus ad-jicere solent?

Resp. (1.) Ut liberi insignia paternæ familiæ non assumant. (2.) Ut cum filiis prioris matrimonii in feudis, Dynastiis & allodiis non succedant. (3.) Ne uxor in præjudicium illustrissimæ familiæ à Cæsareâ Majestate hos liberos in numerum Principum recipi petat; Sed (4.) ut uxor cum liberis certâ bonorum parte pacto

assignatâ, loco alimentariæ provisionis contenta vivat.
Nyler. d. c. 6. §. 1.

* * *

Quest. 4. Contenta vivat.) Ab hoc matrimonio ad *Morganaticam* contracto, differt omninò longè Matrimonium *sub Lege Doarii* & ad *Morgengabam* (quæ postero mane, in pretium decerpti floris viginei datur) initum, quod non inter impares, sed pares conventum est, ubi Viduæ Illustri donum confertur. Illud v. Matrimonium sc. *Morganaticum*, non, nisi inter Impares locum invenit, contrahiturque tempore sponsalium, idque, potissimum, ad alimenta proli ex impari isto Matrimonio suscipiendæ decernenda & deputanda.

5. Annon verò pater testamento his liberis quid amplius relinquere potest, quàm pacto provisum est?

Resp. Affirm. Ex illis scil. bonis, de quibus liberam testandi licentiam habet; Hæc enim cum in extraneum transferre possit, cur non etiam in filium *Morganaticum*. Et pactum in favorem patris adjectum, cui renunciare valet.

* * *

Quest. 5. Ex illis sc. bonis) Nempe allodialibus, *Morganaticum*) Ad differentiam secundo-tertio-vel ulteriores gradu genitorum, qui dignitatem Paternam habent, & mortuo Primogenito ejusque lineâ extinctâ, in terris, omnibusque juribus, succedunt; Aliud verò in *Morganaticis*, qui domo paternâ remoti exclusivè sunt; obtinet matrimonium hocce non nisi inter impares, *uti dictum*, & quidem *Lege Salicâ*, cujus plura fuerunt capita, 2. f. 29.

6. Quis

6. Quis finis hujus matrimonii?

Resp. Ut conserventur familiæ illustres, liberisque prioris matrimonii per divisionem feudorum præjudicium non contingat. *Pufendorf. d. l.* ipse verò maritus in peccato (seu illicito concubitu) vivere non compellatur. 2. F. 29. Re verà tamen hoc pactum continet diffidentiam erga Deum.

* * *
Quest. 6. Finis hicce ex prioribus ut effectus ex causâ fuit, suâ & sequitur.

7. Ergone verum hic subest matrimonium?

Resp. Affirm. quia individuum vitæ consuetudinem cum tali uxore contrahit maritus, adhibitâ benedictione sacerdotali; Et quamvis sinistra manui jungi soleat uxor talis, nihil tamen inde decedit vinculo matrimoniali. Imò & si dextra manus accesserit, nil juris melioris inde acquirit uxor, si pactum hoc obstet.

* * *
Quest. 7. Verum quidem hoc est matrimonium, cui & ipsa matrimonii definitio planè competit; At illi dignitatis effectus paternæ tantum pacto adjecto demittitur, & certus in succedendo modus ponitur.

8. Sed numne justum est, ut illa, quæ per naturam debentur liberis, pacto parentum auferantur?

Resp. Nihil hic adimitur liberis, quàm quod civile est, unde & legitimi dicuntur 2. F. 29. Dignitas enim

enim parentum per leges civiles saltem communicatur liberis; Hæreditas verò paterna tota nunquam ipsi jure naturæ assignata. Pactis ergò, præsertim secundùm mores Germaniæ, de futurâ liberorum successione convenire licebit. Conf. *Myler. d. cap. 6. Henr. Salmuth. de matrim. Princ. cum Virgin. Nobil. Q. 2. pag. 152. Add. Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 7. §. 9. & ibi Ziegl. in not.*

8. (b) Sed quid sentiendum de matrimonio Principis cum virgine nobili?

Resp. Si pactum morganicum absit, justum erit matrimonium, nec liberis deneganda successio, quia nulla lex Imperii obstat. *Dn. Feliman. tr. de impari matrim. Henr. Salmuth. dict. tr. de matrim. Princ. cum virg. nob.*

* * *

Quest. 8. Jure natura assignata) Legitima liberis jure naturæ debetur, alimentorum quippe loco venit, quare Imperator in *L. 14. C. de Legit. hæredit.* inquit, quòd lex imponat necessitatem parentibus relinquendi Legitimam; Lex non tantùm naturalis, sed & Civilis; Civilique Jure, media ac remedia ut querela inofficiosi testamenti, petitio hæreditatis, ex testamento actio, nec non illa, quæ ad supplementum agitur, de quibus & adhuc pluribus Vid. *Lauterb. ad π. Tit. de Petit. hæred. in Eff. Et. parata sunt.*

Convenire licebit.) Pacta Successionum omnia de Jure Romano prohibita quidem sunt; At promissio mutua de succedendo per stipulationem donationis causâ inter vivos celebrata, licet effectum post mortem demùm fortiat, in Illustribus Personis, valet, *Knipschild. de Fideicomm. Famil. illustr. Cap. VI. n. 51.* Quamvis distinguant: Utrumne pactum sit Universale ratione omnium bonorum: An particulare, super quibusdam

busdam tantum rebus, post mortem relinquendis. Non prius sed posterius procedere dicunt, de quo liberum superfit testandi arbitrium, quo modo parens liberis suis Morganaticis, ad conservandum familiae splendorem bene prospicere potest.

9. Annon verò dotem ex feudo filia Vasalli prætere potest?

Resp. Vid. infr. cap. 21. q. 23. seqq.

* * *

Quaest. 9. Vid. infr. C. XXI. Qu. 22. cum seqq.) Affirmatur, Moribus saltem Germaniae, conferat. Mau. P. VII. Dec. 133. Stryk. ad π. Lauterb. Tit. 2. Libr. XX. Verb. Casus legis.

10. Quotuplex est Tutela feudalis?

Resp. Triplex, perinde ut de jure civili; Alia testamentaria, alia legitima, alia dativa.

11. Poteritne verò Vasallus filio suo testamento tutorem dare?

Resp. Affirm. non tantum quoad bona allodialia, sed & feudalia, quia nupiam in jure feudali hoc Vasallo ademptum. Nec obstat, F. 8. ibi enim, ne de ipso feudo testetur, saltem interdictum. Rpsenthal. de feud. c. 12. Concl. 10. n. 11. Schrad. P. 10. Sect. 19. num. 6.

* * *

Quaest. 11. Interdictum.) Quia aliud est disponere de feudo, aliud prospicere filio de tutore quod paterni est affectus & officii, & feudum subinde nihil praedicti capit.

12. Sed

12. Sed quos testamento dabit tutores?

Resp. Non tantum agnatos, seu in feudo successuros, sed quosvis etiam extraneos, de jure communi habiles. *Schrader. d. l. n. 14. ubi n. 16.* hoc in Principibus quoque verum esse asserit. Quamvis exclusio agnati proximi in Principibus parum consultata sit, *Joh. Leonhard. à Püchel. de Tutel. Elect. & Princip. c. 4. n. 47.*

Quaest. 12. Propter affectum quem Agnati erga pupillum sanguine sibi proximum habere praesumuntur, argum. *cor. qua habet Lauterb. ad Tit. 2. Libr. 28. in fin.*

13. Licebitne idem Electori quoad Electoratum?

Resp. Communis sententia est, tutelam testamentariam in Electoratu sibi non vindicare locum, sed mox legitimo tutori, seu proximo agnato deberi tutelam ex dispositione *Aur. Bull. c. 7. §. 2.* quam sententiam Imp. & plerorumque Electorum voto roboratam adstruit *Limn. de J. P. lib. 1. c. 11. n. 103. seqq.* Contrarium tamen defenderunt *Dionys. Gothofr. & Marqu. Freher. de Tutel. Elect.* Sanè si per tutelam legitimam status Electoralis in discrimen vocetur, non iniquum est ab eà recedere. *Oldenburg. ad Instrum. Pac. P. 1. Disc. 25. membr. 2. §. 5.*

Quaest. 13. Ab eà recedere. Imperatoris verò est cognoscere de causâ, anne ratio exclusionis legitima, nec ne: sit.

14. Annon verò in aliis ditionibus hæreditariis testamento tutorem dare potest?

Resp. Affirm. quia in illis cessat ratio A.B. vid. *Limn.*

ad

ad A. B. cap. 7
curatore, no
nis non detu
hic de div
civile, per

Quaest. 14
ad omnes Pro
probatur ex h
lum verò in
vexillim m
tari temperat
fuit et, que
public. prod. Cap
modo, effere
ribus singulari
principatum
refung des
nistratio, per
Legè delata, e
quam potest
Electores a que
gnatos eo casu
tus suos ipò ad
Clarissima §. 2
ria Libere inis
ratione Offici E
publicè probatu
Agnat. Legatu
van Collegio rec
ordine: elector
fuerit. Vid. Re
in eque in Ord

ad A. B. cap. 7. §. 2. Obs. 24. qui quamvis quæstionem de curatore, non tutore formandam esse dicat, cum bonis non detur tutor. L. 12. ff. de testam. tut. attamen cum hic de diversis provinciis quæstio sit, non obstat jus civile, per L. 15. ff. eod.

Quæst. 14. Notandum, quod tutor se excusare possit, si ad omnes Provincias v. gr. Africanas & Italicas datus sit, & sic probatur ex hoc textu citato, Patrem alium in allodialibus, alium verò in feudalibus tutorem dare posse. Articuli hujus vexatissimi multorumque Doctorum disquisitionibus nobilitati temperandi & componendi gratiâ, maxime attendenda sunt ea, quæ CL. Coccejus, Publicista accuratissimus Jur. public. prud. Cap. XXIX. §. 17. & seqq. pereleganter, sequenti modo, effert: „ Principibus, inquit, Novemviris minoribus singularis tutela constituta est ad administrandum non principatum, sed jus eligendi Imperatorem; Zur Verwesung des Chur-Ämpf. / ex A. B. Tit. VII. hæcque administratio, pergit, §. 20. Juris eligendi, proximo Agnato, Lege delata, aufserri ipsi & mutari per testamentum neutiquam potest. At, §. 21. subdit, Principatibus suis ac liberis Electores æquè ac reliqui status testamento tutores dare, agnatos eo excludere, & ante annum ætatis XVIII. Principatus suos ipsi administrare possunt; Exemplum, addit Vir Clarissimus §. 22. Nam ita hoc, ait, seculo, Elector Bavarie Liberis suis ac principatui Uxorem tutricem dedit, sed ratione Officii Electoralis agnatum proximum. Idque aded publicè probatum est, ut in Comitibus Imperii Anno 1654. & Agnati Legatus in Electorali & Matris Legatus in Principum Collegio recepti, vocem & Sessionem habuerint, & ille in Ordine Electorum, Sic in Ordine Principum Recessui subscripserit, Vid. Recess. Imp. de Anno 1654. In subscriptione, ubi legitur in Ordine Electorum Albrecht in Ober- und

» *Nieder = Bayern / &c. Herzogen / als des Chur = Fürsten =*
 » *thums Bayern Administratora, Deinde in Ordine Prin =*
 » *cipum ita: Amm Marien / in Ober = und Nieder = Bay =*
 » *ern Herzogin / &c. verwitibten und bevollmächtigten Re =*
 » *gentin, in Vormundschaft ihres Sohns Ferdinandi Ma =*
 » *ria, Herzogen / &c. wegen der Herzogthümer Ober = und*
 » *Nieder = Bayern. Aliud præjudicium, subjungit §. 23. De*
 » *Joachimo I. Principe Electore Brandenburgico, qui, sua =*
 » *dente Moguntino, Anno XVI. ætatis Principatum ipse re =*
 » *gendum suscepit; Functionibus Electoralibus Agnato re =*
 » *lictis; Limn. de J. P. Libr. 3. Cap. 7. n. 42. Hermef. Fascic.*
 » *J. P. Cap. 14. n. 43. Atque ita omnia exempla Palatinatus,*
 » *finis, in quo hæc quæstio quinquies acerrimè & magnis mo =*
 » *tibus agitata, & controversa fuit, facilè decidi, quin &*
 » *conciliari possè, omniaque extra litem posita esse;*

15. Quis in feudo est tutor legitimus?

Resp. Is, ad quem successionis commodum pertinet, *arg. l. 1. pr. ff. de Leg. Tutor.* soli ergò agnati, non cognati tutores erunt. *B. Dn. Brunn. ad Auth. Sicca. C. de Legit. Tut. Schrad. d. l. n. 34.* Et ubi feuda sunt indivisibilia, solus senior (quod in Saxonîa generale est. *Carpz. P. 2. C. 11. d. 11. n. 1.*) ex agnatis tutor erit, cum solus succedat. *Dn. à Pübel. d. Tr. c. 5. n. 6.* In principatibus agnatis tutoribus communiter adjungi solent Consiliarii tutelares, *Vormundschafts = Râthe. Pübel. cap. 10. num. 60.*

* * *

Quæst. 15. Non cognati.) Quia ad illos, ad quos successionis commodum & emolumentum pertinet, etiam onus tutela regulariter spectabit.

Solus Senior.) Hoc potissimum requiritur, ut tutores sint majores ætate, non fictitiâ, ubi quis ætatis veniam impetravit, sed

sed veri: quare
 pus tantum in
 sit, curam
 De iur. & iur.
 Th. 2. Si pla
 cerentem ag
 non procedi

16. Sed a
tri &

Resp. Ali
 non succedan
 cellionis, seu
 non excluden
 Coucl. 10. n. 10
 speciatim r
 idem ad Du
 25. Dn. a Pübel
 niz Ducille N
 rum ab Imp.
 Tucl. person.
 strum ostendi
 Aliud tamen ir
 in Carpz. P. 2.

Quæst. 16.
 quare interea, ve
 hant, tutor vel
 tatem; E contr
 datur perso
 quam tutorem, &

sed verâ: quare, quoties alius, qui ipso Jure tutor est, ad tempus tantum impeditus, quod minus tutelam actu suscipere possit, curator locus est, *L. 10. §. 7. ff. de Excus. tutor. L. 9. §. 1. ff. De tut. & ration. distrab.* Vid. *Wissenbach. ad Instit. Disp. VIII. Th. 2.* Si plures in proximo gradu imperfectæ ætatis sint, ad ulteriorem agnatum, cum remotior spem succedendi non habeat, non proceditur.

16. Sed annon præ cæteris agnatis Matri & Avix tutela feudalis deferenda?

Resp. Affirm. Quamvis enim hæ ipsæ in feudum non succedant; cum tamen tutela ipsis non ratione successionis, sed affectionis deferatur, à tutelâ feudali non excludendæ; *Schrad. P. 10. Sect. 19. n. 26. Rosenth. c. 12. Concl. 10. n. 20.* quod in Ducatu Megapolitano in feudis speciatim receptum, teste *Schrad. d. l. n. 27. ubi n. 28.* idem ad Ducatus & Principatus extendit. *Rosenth. d. l. n. 25. Dn. à Pübel. c. 5. n. 22. seqq.* Tutorium Eleonoræ Mariæ Ducissæ Mecklenb. quæ Anno 1639. tutrix liberorum ab Imp. confirmata. exhibet *D. Romanns Disp. de Tutel. person. Illustr. §. 21.* Plura exempla tutricum illustrium ostendit subscriptio Recessûs Imp. de Anno 1654. Aliud tamen in Saxonîâ quoad matrem obtinere, dicit *Carpz. P. 2. C. 11. d. 11. n. 14.*

* * *

Quest. 16. In fin.) Requiritur tamen, ut sint majorenes, quare interea, vel donec legitimam 25. annorum ætatem adeptæ fuerint, tutor vel curator datur concreditâ matri tutelâ ad educationem; E contrario non rectè argumentamur; Tutor quippe directò datur personis per consequentiam rebus, aded, ut ne quidem tutorem, exclusis rebus, personæ dare liceat & harum

vocum conjunctione, vehemens, magna & efficax tutorum gubernatio exprimitur, & prostant nobis Exempla in Galliâ, in Sueciâ, ubi Regina Matres tutelâ funguntur; In Imperio Domus Austriaca, Sabaudica, Hassica, &c. ejusmodi tutelâ identidem utuntur.

17. Quid in simultaneè investito?

Resp. Etiam hunc legitimum tutorem esse volunt, ob certam succedendi spem. *Schrad. d. l. n. 49.* Quod & in illis procedit, quibus ex pacto confraternitatis successio debetur. *Dn. à Pübel. d. Tr. c. 5. n. 12.*

* * *

Quest. 17. In fin.) Quia simultaneè investitus suo tempore non succedit ut in novo feudo, sed ut ceteri in antiquo, ergo & pari gaudet jure,

18. Quid si verò Vasallus relinquat bona allodialia & feudalialia?

Resp. Agnatus solus in feudalibus tutor erit; in allodialibus verò etiam cognatus, modò hic cum agnato sit in eodem gradu; tutela enim defertur secundùm qualitatem successionis. *Schrader. d. l. n. 53.*

* * *

Quest. 18. In fin.) Ergò si agnatus succedat in allodiis, succedere etiam debet in tutelâ ratione bonorum allodialium.

19. An autem Agnati promiscuè ad tutelam vocantur?

Resp. Neg. sed proximi tantùm, & qui justæ ætatis sunt, quod & in tutore Electorali procedere probat *Linn.*

Linn. ad A. B. descendunt. successio. 30.

Quest. 17. non habent. tutor. acqui. diario vero t.

20. E.

Resp. Eo cedere possunt vario, vel si Civil. n. n. 29.

Quest. 20. rione modi succedunt Cogn. CL. Autor. ad

21. Qu.

Resp. Tut. exemplo legit. tamen, si cog. vult Schrad. d.

Quest. 21. H. testamentaria. quæ tutelam Pr.

Limn. ad A. B. c. 7. §. 2. O. 26. & qui à primo acquirente descendunt, aut simul investiti, in reliquis enim cessat successio. *Schrad. n. 64.*

* * *

Quest. 19. In fin.) Ratio, quia remotiores spem succedendi non habent, quæ tutelam suadet legitimam *L. 1. pr. ff. De legit. tutor.* atqui lex vel nullos facit legitimos, vel perpetuos, subsidiarios verò tantum curæ Magistratûs committit.

20. Ergone cognati nunquam admittuntur?

Resp. Eo casu admittuntur, quo in feudum succedere possunt, ut in feudo foemineo, merè hæreditario, vel si aliàs pacto ipsis prospectum. *Rosenhal. d. Concl. 10. n. 29.*

* * *

Quest. 20. Merè hereditarium.) Verùm etiam hoc, ubi ratione modi succedendi feudum improprium est, & ibi, quia succedunt Cognati, ergò & ad tutelam admittuntur, per ea quæ *CL. Autor. ad qu. 15. allegarat.*

21. Quid si verò penitus nulli Agnati adsint?

Resp. Tutela feudalis ad Dominum devolvitur, exemplo legitimæ Patronorum tutelæ; in allodialibus tamen, si cognati deficiant, alium tutorem dari posse; vult *Schrad. d. l. n. 5.*

* * *

Quest. 21. In fin.) Quæsitum aliquoties: Anne etiam tutela testamentaria per legitimam excludatur? Et r. Negando quoad tutelam Principum Imperii *L. ult. Cod. de Tut. & Cur*

Illustr. & Clar. Pers. ibique Brunnem. Et datur Illustribus Personis non tantum per testamentum, sed etiam ab ordinario eorum Judice tutor vel curator, quod in filiis Electorum limitant, ubi tutelam legitimam locum tantum habere volunt, cui asserto tamen non ita simpliciter ad stipulandum non tantum per ea, quæ habet Berger. ad *Lauterb. de Testament. tutel.* sed quæ ad *qu. preced. 17.* allegavimus.

22. Quid si omnes tutores legitimi deficiant?

Resp. Tunc alius dandus est, *Schrad. n. 74.* & quidem à Domino feudi immediato. cum ordinarii judicis jurisdictioni feuda non subsint. *Schrad. n. 83.* Et sic Principibus Imperii tutorem dat Imperator vel Camera Imperialis, non Austregæ. *Blum. Proc. Cam. Tit. 42. §. 11.*

* * *

Quest. 22. Non Austregæ.) Quamvis pupillus ut immediatè Imperio subjectus, aliàs jurè Austregarum gaudere possit, Cujus ratio favor pupillorum, ne anfractibus, & difficultatibus Austregarum implicentur & divexentur, periculumque incurrant; Et ut quòd tutoris datio magis Imperii, quàm Jurisdictionis sit; cum in illis, quæ magis Imperii quàm Jurisdictionis sunt, Austregæ cessent. Tutor autem quando in Camera comparere recuset, solet adversus illum, stylo Camera ita ferente, pro citatione, ad videndum se ordinari Tutorem, supplicari.

23. Sed an hic etiam allodialia administrabit?

Resp. Neg. nisi Vasallus etiam in allodialibus jurisdictioni Domini feudi subsit. Aliàs quoad allodialia ordi-

ordinarius ju
c. n. 166.

24. Qu

Resp. Fe
nem feudali

Quest. 24
minus, medi
curri in subfe

25. Quid

Resp. Id
tutoris à D
subsidiium
14. th. 27. n. 3

Quest. 25
perheca ista rac
Domini precede
Censu consisten
cum receptam Co
afficitur; Tamen
tienda sine; Qu
aliàs juxta Jus
bes, nec non fe

26. Quic

Resp. Idem

ordinarius iudex tutorem dabit. *Schrader. n. 98. & seq. & n. 166.*

24. Quid si verò adfit Dominus feudi mediatuſ & immediatuſ?

Reſp. Hic dabit tutorem, quia hic ſolus iuriſdictio- nem feudalem in Vaſallum exercet. *Schrad. n. 94.*

* * *

Quæſt. 24. Immediatuſ Dominuſ eſt proximuſ feudi Do- minuſ, mediatuſ eſt Domini feudi Dominuſ; Exemplum oc- currit in ſubfeudo *Uſſter = Lehn.*

25. Quid iuriſ in bonis tutoriſ feudaliſ habet pupilluſ?

Reſp. Idem, quod in tutelâ allodiali, adeò ut & tutoriſ à Domino feudi conſtituti bona feudalia in ſubſidiuſ pupillo ſint tacitè oppignorata. *Struv. cap. 14. lb. 27. n. 3.*

* * *

Quæſt. 25. Ut & Tutoriſ à Domino feudi.) Ratio quia hy- potheca iſta tacita feudum afficit, ergò potiffimùm Conſtitutio Domini præcedere debet; Et quamviſ tacita hypotheca Lege Civili conſtituta, ad feudalia bona extendenda non ſit, ſecun- dum receptam Conſuetudinem tamen feudum ejuſmodi onere afficitur; Tamen ita, ut priùſ tutorum Bona allodialia excu- tienda ſint; Quemadmodum & illiſ, qui tacitam hypothecam aliàſ juxta Juſ Civile habent, debitore Vaſallo ſc. vivo è fruèti- buſ, nec non feudi prætio, ſatiſfactio præſtanda.

26. Quid iuriſ in Curatore feudaliſ?

Reſp. Idem, quod in allodiali, cum nihil hic di- verſum

versum statutum, modò iudex curatorem dans vel confirmans, ratione feudi sit competens. *Rosenth. cap. 12. Concl. 10. n. 46. Schrad. n. 159.*

* *

Quaest. 26. Competit Minori in bonis curatoris æquè, jus tacitæ hypothecæ, maximè de Praxi; ac pupillo in bonis Tutoris, prout ad quæstionem præcedentem allegatum, *CL. Lanzeib. ad Tit. 2. π. Lib. 20.*

27. Ergò penitus circa curatellam nihil interest?

Resp. Hoc remansit; quòd in allodialibus nullus sit curator legitimus (exceptà curatellà furiosi. § 2. *Inst. de Curat.*) cum agnatis necessariò non debeat successio, sed testamento à minori condito eadem auferri possit. In feudis verò cum testamentum non valeat, *l. F. s.* & ita successio agnatis adimi nequeat, legitimi hi curatores erunt; quamvis dissentiat *Rosenth. d. l. n. 48. Schrad. d. l. n. 138.*

* * *

Quaest. 27. Allegatus *Rosenth.* ad Praxin modernam respicit, ubi & testamenti factio in feudis, salvo jure legitimis agnatis competente, procedit, prout id hodie à Statibus Imperii fieri, videmus, qui liberis suis tutores in testamentis validè constituunt, quia paterna pietas & in feudis optimum consilium pro liberis cœpisse intelligitur.

28. Quis Vasallo dabit curatorem ad litem?

Resp. Ille iudex, ad quem litis cognitio pertinet. *Schrad. num. 165. Rosenthal. num. 50.*

Quaest.

Quaest.
litis contestatorem ad litem Persona per

29. Pe

Resp.
re civili. rary Dom fallit excu non 96. & 97. vid. Du. Pab

Quaest.
niti, prop molem à c. g. Secundo excusandi cau quandoque in

30. In qu

Resp. O alius, quæ ex persequitur n. 41. & segg

Quaest. 30.
tarent, tum neque etiam, si si nois darent sc.

Quæst. 28. Ratio est in apriço, quia in Judiciis, per litis contestationem, q̄ contrahitur, vi cuius Iudex Curatorem ad litem constituit; quamvis aliàs ut Clericalis fortè Persona privilegiata sit.

29. Potestne vero tutor vel curator feudalis se excusare?

Resp. Affirm. ex iisdem causis, quibus de jure civili. *t. i. ff. de Excus. Tut.* modo excusatio fiat coram Domino feudi, vel si ipse Dominus à tutelâ Vassalli se excusare velit, coram paribus Curia. *Schrader. num. 96. & 98.* De excusationibus Principum Imperii vid. *Dn. Pübel. de Tut. Elect. & Princ. c. 11. n. 12. & seqq.*

Quæst. 29. Principum.) Principes Regentes Primogeniti, propter Regiminis aliorumque negotiorum suorum molem à curâ sese bene excusare possunt. Non-Regentes a. v. g. Secundò-vel Tertiò-geniti; Primogenito deficiente, vix excusandi causam prætexere poterunt, cum prædicta illa ratio quandoque in illis cesset.

30. In quonam consistit officium tutoris feudalis?

Resp. Omnia ipsi expedienda, quæ tutoribus aliis, quæ ex jure civili repetenda, & prolixè eadem persequitur *Schrader. d. P. 10. Sect. 20. Dn. à Pübel. c. 10. n. 41. & seqq.*

Quæst. 30. Officium Curatorum est, ut tum bona administrant, tum personam curandam consilio regant; quandoque etiam, si sint Curatores Illustrium, aut Nobilium, modicè donent sc. ex justâ causâ, & propter summam pupilli

pilli utilitatem; Debent utilitatem enim curando intentare, pecuniamque eorum otiosam ejus elocare, debitum exigere ac solvere, transigere, quamvis ad hoc à Dribus Decretum in rebus immobilibus tradendis requiratur, *L. 22. C. de Adm. & peric. tut.* Vid. *Lauterb. ad π. Tit. de Transact. in S.* Singulare est, quod Curator furiosi hereditatem adire, furiosus sanæ mentis v. factus agnitam à Curatore admittere vel repudiare queat. *L. f. §. 7. Cod. de Curat. furios.* Si furiosus decessit, pro non-agnitâ habetur, nec ad heredem ejus transmittitur, nisi sit paterna *Berlich. P. 1. Dec. 147.* Vid. omnino *Lauterb. in π. Tit. de Acquir. vel omit. hered. in S.* Et quidquid aliâs Tutores, illud & Curatores, *L. f. C. si maj. fact. rem. rasilh.* facere prohibentur; tenenturque omnes, rationes reddere; Unde hodiè contra Curatores actio hypothecaria, tutelæ utilis, actio protutelæ utilis, quin & subsidiaria actio contra Magistratum *L. 1. §. 6. ff. de Magistr. conven.* competit.

31. Pubertas & minorennitas quot annis Jure feudali includuntur?

Resp. Deficit singularis dispositio, hinc observandum jus commune, *arg. 2. F. 1.* etiam in Principibus Imperii. *Dn. à Pühel. d. c. 10. num. 9.* In Principe Electorali *per A. B. tit. 7.* statuti sunt 18. anni ad majorenntatem consequendam, qui terminus etiam est in Rege Sueciæ. In Rege Hispaniæ sunt 20. anni. In Rege Galliæ 14. *vid. Linn. ad A. B. d. Tit. Obs. 28.* Imperatori nulla ætas præfinita: in electione tamen Josephi Regis administratio Imperii ad annum 18. suspensa. *Cap. Jos. art. 47.*

* * *
Quest. 31. Prorsus plana est, aded, ut supervacaneum non-necessaria addere.



CAPUT VIII.

DE

REBUS IN FEUDVM
DANDIS.

GENERALIA CAPITIS.

1. Supra jam dictum, facultatem dandi feudum dependere ex facultate alienandi, cui consequens est, quod, quicquid alienari nequit, nec in feudum dari possit.
2. Quod si ergo res alienari quidem possit, est non facile, sed certis demum requisitis concurrentibus, tunc eadem requisita, quæ ad alienationem, etiam quoad infeudationem, erunt necessaria.
3. Ex eodem fundamento sequitur, quod quæ re alienatâ transeunt in emptorem, illa quoque re infeudatâ transeant in Vasallum, sicut exemplum est in Pertinentiis.

I. Quotuplices sunt Res in genere?

Resp.

Duplices, vel corporales, vel incorporales; illæ vel mobiles, vel immobiles; utraq; vel in commercio existentes, vel non; vel propriæ, vel alienæ.

Quest. 1. Confer. hic omnino *Lauterb. in n. Tit. de Ker. Divis.*

X 2

2. Quæ-

2. Quænam res regulariter in feudum dantur?

Resp. Immobiles, sive naturaliter, sive civiliter tales. Vid *supr. c. 2. qu. 17.* In re mobili verò feudum si constituatur, hoc degenerat in improprium. *Struv. c. 6. th. 1.*

Quæst. 2. Vid. *Notata ad Qu. 21. 22. & seqq. Cap. IV.*

3. Sed quid de mobilibus fundo cohærentibus?

Resp. Hæc simul cum ipso fundo instar accessorii in feudum data censentur: *Schrader. de Feud. P. 3. c. 1. n. 19.* modò non nominatim sint excepta. *Vult. c. 5. num. 4.*

Quæst. 3.) Sit Exemplum in Armamentariis in Castellis, ubi omnia ad armamentarium pertinentia censentur quod tradita, si expressim non sint excepta, quia habentur pro pertinentiis, & sic pars ipsius Castri sunt, quod autem Juris est in toto, id etiam in ejusdem est parte, *l. 76. r. d. R. V.*

4. An res extra commercium constitutæ in feudum dari possunt?

Resp. Negando; Distingui tamen solet, an res unius commercii sit exempta; an utriusque Hoc casu planè in feudum dari nequit; Illo casu aut est extra commercium Vasalli tantum, & sic perinde in

in feudum da
valer investit
obligatus
f. de V.O. Se

Quæst. 4.
à Statibus Im
niz mobili,
effectum con
habet.

3. An

Resp. A
Illæ uti mo
dum dari r
ad patrimo
utilitate in fe
nè consensu

Quæst. 5. M
non recurrantur
ecclesiastica in ter
conferendo etiam
hos vicillim no
tum non soler
tum 10. Alii 4
tum, nonnulli e
qua numero a
inductum infeud

in feudum dari nequit : aut Domini tantum , & sic valet investitura , & Dominus ad æstimationem est obligatus , quâ aliud feudum comparetur. *arg. l. 34. ff. de V. O. Schrad. d. 6. 1. n. 2.*

* *

Quæst. 4. In feudum dari) v. g. Si aliquis Privatus à Statibus Imperii velit investiri Feudo Regali, hoc, ut personæ inhabili, datum feudum non procedit, ad eum nempe effectum consequendum, ut votum & sessionem in Comitibus habeat.

5. An res Ecclesiæ in feudum dari possunt ?

Resp. Aut res DEO consecratæ sunt ; aut non. Illæ uti inalienabiles, per §. 8. *Inst. de R. D.* ita in feudum dari nequeunt. *Struv. c. 6. th. 3.* Hæ verò, quæ ad patrimonium ecclesiæ spectant, exigente ecclesiæ utilitate in feudum dari possunt. *Struv. th. 4.* sed an finè consensu Capituli id liceat, vid. *supr. c. 5. q. 4.*

* *

Quæst. 5. Mirum in modum rixantur Interpretes, quot anni requirantur ad id, ut sine prævio consensu Capituli res ecclesiastica in feudum dari possit, ita, ut inde infeudandi consuetudo eliciatur ; Alii annos duos exigunt, atque inter hos vicissim nonnulli duos solennes desiderant actus ; Alii etiam non solennibus sunt contenti : Alii quatuor ; Quidam 10. Alii 40. annos, Alii immemorabile tempus requirunt, nonnulli ex solo factò & usu id definiunt, ratio est, quia de numero actuum, & quantum temporis spatium ad inducendam infeudandi consuetudinem res ecclesiasticas re-

X 3

quiratur,

quiratur, nihil certi neque in iure Civili, neque Feudali reperimus; Idem utrumque hoc in omni viri arbitrio æstimandum, relinquimus *arg. L. 1. §. 2. ff. De iure delib. & L. 13. §. 1. ff. De Annis legat.*

6. Possuntne publicæ res, vel universitatis, in feudum dari?

Resp. Negando, quia & illæ commercio exemptæ, & communi civium uti destinatæ *Struv. c. 6. th. 5.* Aliud in rebus Imperii vel universitatis propriis, qualia in feudum dari possunt; nisi Imperii vel universitatis detrimentum concurrat. *Ant. Disp. 3. th. 3. lit. c. Struv. d. 1. th. 6.*

7. Annon ergo Princeps res publicas in feudum dare potest?

Resp. Quatenus moribus res publicæ in dominium Principis redactæ, nullum est dubium, eas à Principe iterum alteri in feudum concedi posse; qualia exempla in iure piscandi in flumine, similibusque juribus in feudum concessis.

* * *

Quæst. 6. & 7. Generaliter ad *Quæst. 6. & 7.* bene distinguendum inter res *iure Gentium* publicas, & quæ Principi propriæ sunt; Prioris generis dicuntur Res, quæ ad ærarium vel fiscum Imperii, & redditus publicos sunt destinatæ; Posterioris verò generis sunt peculiaria Principum & Civitatum bona, ita, ut illæ demum, si salus Reip. exigat: hæc verò, ut in patrimonio Principis sicque propria, pro lubitu in feudum concedi possint; v. g. Bona, quæ fisco noviter deferuntur, ut bona vacantia, & quæ indignis auferuntur, Confer. *Struv. Syn. Jur. Feud. Cap. Vi. Th. 5. & 6.* addaturque Hopp. in *Commentar.*

car. ad 7. 1. p.
bizarum quar
cus dicitur, a
tissima Lynce
locum non il

Resp. A
rendum. 2.
nem actio,
nummos. q
F. 1. princ. mo
nam, nam scie
mino feudi à
erim non fact
Anon. Disp. 7.

Quæst. 11.
que in pignus n
poteit; nisi vi
feudum vel pign
convalefcit. Vid.
Vl. Lib. XIII. m
Comparari pign
tum, nam lites ca
niz, & illum c
condemnatória
fi. percat, quia
bet; ubi, illa
na, factum Prin
hæc h. culpam ve
mentiarum hab
pateat qualiam, do

tar. ad Tit. 1. pr. in fin. Libr. II. Instit. differentiam rerum publicarum quarum usus *Jure Gentium*, & *Juris Gentium* publicus dicitur, accuratè tradens. Meretur hîc addi Decisio elegantissima *Lynckeri Cent. IV. Dec. 383.* De Jure Fiscî agens, quando locum non inveniatur.

8. An res aliena?

Resp. Affirm. Quia hîc dominium non transferebatur. 2. F. 8. §. fin. Datur tamen Vasallo ad evictionem actio, ut Dominus vel aliud feudum det, vel nummos, quibus feudum comparari possit, solvat. 2. F. 8. princ. modò Vasallus ignoraverit, rem esse alienam, nam scienti non succurritur: d. text. & modò Domino feudi à Vasallo lis denunciata fuerit; 2. F. 25. hoc enim non factò, regressus cessat. *Siruv. cap. 6. th. 9. n. 5. Anton. Disp. 7. th. 10. in fin.*

* * *

Quaest. 8. Affirm. Rectiùs negatur, etenim Res aliena neque in pignus neque in feudum regulariter cum effectu constitui potest; nisi vi Legis 41. ff. De pign. act. ex æquitate; quâ, si feudum vel pignus constituens postea dominus factus, demum convalescit Vid. *Lauterb. in π. Tit. 1. Libr. XX. in C. & ad Tit. VII. Libr. XIII. in Object.*

Comparari possit: Et requiritur (1.) ut feudum actu si evictum, nam lite tantum de feudo motâ, Vasallus, ut author veniat, & illum defendat, agere potest; nec sufficit sententia condemnatoria, nec etiam Laudum arbitri, nec ut casu futuro sc. pereat, quia res per *Victoriam Judicalem actu*. Ablata esse debet; ubi, illa verò factò evincitur, nemo de violentiâ tenetur; Factum Principis tamen insperatum & insolitum, nisi hoc ob culpam venditoris vel constituentis contingat, ut extraordinarium habetur, *Carpz. Lib. II. Resp. 64. 12. 18. 19.* Et putant quidam, dominum feudi, re in feudum datâ, nondum etiam

etiam evictâ, cùm obligationi suæ non satisfecerit dominus, conveniri posse;

9. Potestne verò Vasallus de pecuniâ, quam evictionis nomine consecutus, liberè dilponere?

Resp. Neg. sed eam præcisè in alterius rei immobilis emptionem impendere, eamque à Domino ut eudum recognoscere debet. *Schrader. P. 5. cap. 6. n. 5.*

Quest. 9. Non obstat. CL. Autor libi *Cap. IV. Quest. 26.* ibi enim sermo de pecuniâ ad emendum feudum destinatâ, & quòd illa feudum non efficiat; Hic verò agit de necessitate impendendi pecuniam in emptionem feudi, & inde competente actione.

10. An res communis in feudum dari potest?

Resp. Affirm. quia & vendi potest, *l. 3. C. de commun. rer. alien.* & in dotem dari, *L. 16. C. de Jur. Dot. ut & donari. l. 12. C. de Donat.* Ergò etiam in feudum concedi potest; pro illâ tamen parte, quam quis in re communi habet.

Quest. 10. In fine. L. f. ff. Commun. divid. Quævis communitio enim ut discordiarum mater detrimetosa, quare nemo in vitus in illâ manere tenetur.

11. An fundus dotalis?

Resp. Negando, quia alienari nequit. *prim. Inst. quib. alien.*

alien. sic nisi si
dominium ab
l. n. §. 4. ff. eo
dare potest.

Quest. 11.
vendimus gra
non transere
contineat; Po
transiativa est
evadit, quare

12. An

Resp. Affirm.
schaffi in
cessoria & pe
pertinentiæ n

12. (b) An
rio om

Resp. Affirm.
quorum perti
cudendi, qua
tur. c. 8. §. 13.

13. Quis pro
tiner

Resp. Vasalle

alien. lic. nisi fundus æstimato in dotem datus, quia ita dominium absolutè in maritum transit. *l. 5. C. de jur. dot. l. 10. §. 4. ff. eod.* & hinc illum fundum tertio in feudum dare potest.

* * *

Quest. 11. Æstimato.) Alia æstimatio fit *taxationis*, alia *venditionis* gratiâ; Prioris generis æstimatio facta dominium non transfert, sed eum in finem tantum fit, ut de certo pretio constaret; Posterioris verò generis æstimatio facta dominii translativa est, consequenter maritus fundi dotalis dominus evadit, quare rem dotalem in feudum validè constituere potest.

12. An universitas rerum in feudum dari potest?

Resp. Affirm. ut territorium, castrum, eine Herrschaft / ein Ritter = Sitz; ubi cum principali re etiam accessoria & pertinentiæ transeunt. *Struv. cap. 7. sb. 10.* nisi pertinentiæ nominatim sint exceptæ. *Mevius P. 2. D. 196.*

12. (b) An ergò in Imperio cum territorio omnia Regalia simul transferuntur?

Resp. Affirm. nisi quædam lege publicâ sint excepta, quorsum pertinet jus novi vectigalis, jus monetam cudendi, quæ speciali privilegio opus habent. *Conf. Iter. c. 8. §. 13.*

13. Quis probabit has vel illas res ad pertinentias feudi spectare?

Resp. Vafallus, qui petit has res ut pertinentias,
Y nisi

nisi sit in possessione, ubi à probatione relevatur. *Valt. c. 5 n. 4. in fin.*

14. Unde verò probabitur hoc vel illud ad pertinentias feudi spectare?

Resp. Si probentur, conjuncta esse cum prædio; sola enim usurpatio singulorum non sufficit, (in peritorio scilicet secus in iudicio possessorio) nisi quoque antecessores iisdem usi; in dubio Domini concedentis declarationi hoc committendum. *Mev. d. P. 2. D. 196. Add. Gaul. l. 2. O. 62. Speidel, in Specul. sub voc. Pertinentiæ.*

* * *

Quæst. 12. 13. 14. Accessiones seu pertinentiæ propriè sunt, quæ tempore contractûs adfuerunt ex. gr. ad perpetuum rei venditæ usum destinatæ & in illâ collocatæ, quas non mera coheræntia, sed lex, vel consuetudo, vel voluntas, & destinatio Patrisfamilias in actum deducta facit. Innocent in *Cap. Cum ad sedem. X. de Rest. Spoliat.* Ita ut quasi pars rei sint. Unde Castro divendito, cui territorium, Jurisdictio, merum Imperium vel Jus Patronatûs adheret, etiam hæc Jura tanquam pertinentia vendita censentur, & cum Castro in Emptorem transferuntur; Accessorium enim sequitur naturam sui Principalis; Ad pertinentias Castri referuntur etiam Bombardæ, Tormenta, fusilia & arma bellica, ad illud, ut perpetuò ibi maneant, delata; Aliud verò est, si Dominus Castri tantum ædes particulares, vel fundum ad Castrum pertinentem in feudum constituerit, tunc licet dixerit: Cum omnibus juribus & pertinentiis, tamen jurisdictio & cæteræ castri pertinentiæ non censentur concessæ; Cæterum considerandum, ubi dubium subest, hoc ex destinatione domini elici; secundò attendendum, utrum Vassallus in possessione pertinentiarum sit, ubi pro illo præsumitur, onusque probationis in contrarium rejicitur, quale dubium

ad idem facti n
possit, in hanc

15. Sed a
to, e

Resp. N
gunt, alius
n. 4. nisi tan
vel jurisdic
sequentiâ

Quæst. 15.
hanc Castro
tellegat. E
Aliud v. de
dum Struc.
ante conce
viditione ple
lit Obligat
ante cohabit
primè expon
Data censetur
officium. Ex
XII. n. 13. ag
que Imperio
deantur. Nam
Lib. 1. Clav. 7.
Censetur.)
Viallo captar
processu

dubium facili negotio solâ concedentis nempe voluntate solvi potest, in hanc rem addat, *Finckelth. Disp. III. contr. XXI.*

15. Sed an castro vel pago in feudum dato, etiam jurisdictio omnigena in feudum data censetur?

Resp. Neg. quia hæc à feudo separata, & alius pagum, alius jurisdictionem habere potest. *Struv. d. th. 10. n. 4.* nisi tamen vel jurisdictio expressè simul concessa; vel jurisdictio & imperium illi cohæreat; ubi per consequentiam transit. *Ludov. p. 523. Vult. cap. 5. num 5.*

Quæst. 15. Varia variorum DD. circa quæstionem hanc; Anne Castro concesso, etiam Jurisdictio superior concessa intelligatur? Est sententiâ; Communiori calculo illa negatur; Aliud v. de inferiori judicandum, quæ privativè, seu secundum *Struv. Synt. Jur. Feud. Cap. VI. Th. 18. n. 5.* melius Subordinatè concessa intelligitur, nisi Castrum simpliciter cum *Jurisdictione plenissimâ & omnimodâ mit allen Gerichten und aller Obrigkeit* in feudum datum fuerit, tum superior quæ ante cohæsit feudo etiam data censetur, CL. Autore se ita apprimè exponente, in *Not. ad π. Lauterb. Tit. De Jurisd. Verb. Data censetur.* addat, etiam *ad. Tit. 1. Libr. π. XIX. §f. Et ac. cessionum.* Et adhuc clariùs hæc reddit CL. *Coccej. 7. P. P. Cap. XXI. n. 13.* ajens Sed alia quæstio est, terrâ cum mero mixtoquæ Imperio concessâ Anne cetera Regalia quoquæ concessa videantur. Nam id affirmatur, si Regalia exerceri in eâ solent. *Keink. Lib. 1. Class. 4. Cap. 16. n. 54.* addat. *num. XI. & 15. ibidem.*

Censetur.) Tamen iterum subordinatè i. e. ut reus criminis à Vasallo captari, de crimine ejus commissio ab illo legitime formato processu cognosci possit; Salvo tamen jure superiori-

tatis & recognitionis; quod in causis consistorialibus superiorum Jurisdictionem contingentibus etiam obtinere dicimus, quæ ut patrimonialis quoad quasi possessionem, utili interdicto uti possidetis, utili interdicto unde vi, aut poenâ fractæ pacis defendi; Ipsa jurisdictio v. utili confessoria vindicari potest, Conferat. *Lamerb. in π. Tit. de Jurisd. in Eff. Regalia tamen sub illà concessione non comprehendi, cum Sixtin. De Regal. Libr. 1. Cap. 5. n. 93. tenemus.*

16. An molendina in feudum dari possunt?

Resp. Affirm. si vè aquatica sint, si vè navalia, si vè pneumatica; quæ ad ventum ducuntur. *c. 23. X. de Decim.* Illa enim sine dubio ad res immobiles, spectant; nec pneumatica mobilia sunt, si motum totalem, seu translationem de loco in locum attendas. Navalia quoque, nisi terræ alligata, usum non præstant, insuper etiam jus tale molendinum habendi ad certum locum restrictum. *Struv. c. 6. th. 11. n. 5. Ludov. p. 251.*

16. (b) An Nobilis pro lubitu in suo feudo molendinum exstruere potest?

Resp. Affirm. in Electoratu Saxonix, per Constit. non edit. *Ziegler. de Jur. Maj. l. 2. c. 15. th. 32. seqq.* Neg. in Marchiâ Brandenburgicâ, nisi in specie Nobilis ille investitus sit mit der Mühlen-Gerechtigkeith.

* * *

Quest. 16. In fin. Molas aquaticas rebus immobilibus accenseri, res caret dubio; quippe istæ domibus conjunctæ & tanquam

tanquam rebus
struuntur, con
tercentur
quæ res cer
tur ut partes
gat. adeoque
ædiumque
ff. De all. m
videantur, c
navi moveant
Quod vi aut
inter navem
ut moveantur,
tur, & in flum
mor, ut de loc
quare jus tale m
elle lolet. Sem
apud Morovic
Et quidem r
Genim Jus
leberimus Co
Publico Cap. X.

Resp. Affir
his tamen ex d
pag. 254. Ali
damno hoc t
muntur. Struv

Quest. 17. Cr
& in tal in pra

tanquam ædificia s. domûs quæ ad præterlabentem aquam extruuntur, considerari solent, quibus annumerantur quæ equis exercentur, *Kos, Mühlen*; De Pnevmaticis seu ventilaribus æquè res certa, quia terræ inædificantur & infixæ sunt, dicuntur ut partes aliæ solo contineri *L. 2. ff. De Instruct. vel instr. legat.* adedque fundi esse *L. 17. ff. De Act. empt.* & sic solo cedere, ædiumque esse, id est pro ædibus & immobilibus haberi *L. 18. ff. De act. empt.* Molendina etiam Navalia, quamvis mobilia videantur, eò quòd semper natent, & de loco in locum cum navi moveantur ceu navis res mobilis vocatur *L. 20. §. 4. ff. Quod vi aut clam. ibique Gothofr. l. q.* longa tamen differentia inter navem & molam hanc, est, Navis enim sine ædificatur ut moveatur, *L. 12. §. 1. De Usufr.* Mola Navalis verò extruitur, & in flumine destinatione Parisfam, anchoris alligatur, non, ut de loco in locum moveatur, sed ut perpetuò molat; quare jus talè molendinum habendi ad locum certum restrictum esse solet. Sententiam CL, Authoris ex asse probatam videmus apud *Mævium p. 1. dec. 60. p. IV. dec. 39. & p. IX. dec. LXXII.* Et quidem rationibus adductis fortissimis è tripode Naturæ ac Gentium Juris depromptis; Illamque prorsus suam facit Celeberrimus *Coccejus in nervosissimo saepe laudato Tractatu de Jure Publico Cap. XXIII, n. 56.*

17. An Sylva?

Resp. Affirm. ubi & arbores concessæ videntur; in his tamen cædendis civiliter se gerat Vasallus; *Ludov. pag. 254.* Aliàs si devastaverit sylvam, pro publico damno hoc reputatur, & mandata sinè clausulâ decernuntur. *Servv. d. th. 11, n. 2.*

* * *

Quæst. 17. Civiliter. Quia Vasallus boni viri arbitrio uti, & sic nihil in præjudicium Domini nec proprietatis facere debet,

debet, *l. f. 6.* forma enim rei sc. silvæ feudalisi est, ut non in totum destruat, nec mutetur, aut deterioretur; Cæterum distinguendum est inter sylvam cæduam, & non cæduam; Cædua sylvæ est, quæ succisa è stirpibus aut radicibus renascitur, *l. 30. ff. De V. S.* Et ibi Vasallus grandiores arbores quoque succidere potest, cuius ratio in aprieo, quia, si usufructus principaliter in sylvâ est constitutus; utique & grandiores arbores cædere usufructuario licet, & videmus quotidie bonos Patresfam. grandiores arbores succidere, quercus annosas etiam non rarò prosternere, quamvis hoc casu multum consuetudini & moribus ipsius Proprietarii deferendum, *arg. l. 6. §. 7. ff. de Usufr.* Sylva autem non cædua è stirpibus vel radicibus non renascitur, quæ arbores habet grandes & frugiferas, quas excindere Vasallus non potest, *argument. allegat. 2. f. 6. rest. Mandata sine clausulâ: Quæ secundum Imperii Constitutiones in hisce quatuor casibus (in Den vier Fällen tantum locum habent; (1.) Si factum, super quo Mandata Cæsarea petuntur, per se de Jure aut Consuetudine prohibitum, sc. tale factum sit, quod nullo Jure justificari potest, e. g. si quis emptionem venditionem vel alium licitum contractum, prohibeat; præceptum datur, quod alterâ parte invitâ concedi debet; (2.) Si factum postquam perpetratum parti imploranti gravamen, seu damnum irreparabile foret allaturum, v. g. si sylvæ, arbores annosas, quæ longissimo tempore vix crescunt, succidendo, devastetur, (3.) si causa in perniciem Reipubl. tenderet, v. g. si fluminibus ad impedienda navigia officiat; Item si nova vectigalia sine jussu Principis exigantur, ita nempe, ut inde tumultus & scandala fiant; (4.) si causa moram ferre nequeat, v. g. Si adsit periculum invasionis hostium, ubi enim periculum in mora, ibi à communibus Juris regulis receditur; Regula verò Juris est: *A præcepto inchoandum non esse, sed ab eâ parte Edicti, quæ est de in Jus vocando.**

18. Sed

18. Sed
Resp. A
rio comp
adhuc p
rius, ven
venis vide
in illa sylv
consuetud
Disp. 3. hof

Quest. 11.
comitat. L. 26.
qua sunt acqui
sed a p
2. f. 27. 60
dem per con
omnino in
venationis m
postea tamen
pro modo con

19. An fi
Resp. A
quia pars fun
tus percip
vero real
Anton. D
Quest. 19. P.

18. Sed an cum sylvâ jus venandi transit?

Resp. Negat hoc *Struv. d. l. n. 3.* sed quia usufructuario competit, *l. 9. §. 5. ff. de usufruct. & l. 62. pr. ff. cod. &* adhuc pinguius jus habet Vasallus, quàm usufructuarius, venationem quoque ei competere, jure feudali verius videtur: vid. *Ludov. p. 252.* nisi vel jus venandi in illa sylva alteri jam in specie fuerit concessum; vel consuetudo Regionis majores feras excipiat. *Anton. Disp. 3. thes. 4. lit. g.*

* * *

Quaest. 18. in fin.) Sylvæ fructus regulariter ex venatione constat. *L. 26. ff. de Usur. &* venatio Jure Civili antiquiori modus fuit acquirendi omnibus permixtus, *§. 12. l. de Rev. divis. sed à Friderico I. Imperatore* primùm non nihil est coarctatus, *2. §. 27.* eò quod Pax Publica eo modo facilè violari posset, tandem per consuetudinem longissimam privatis venationum usus omninò interdictus fuit; Consuetudinis namque nomen in hac venationis materiâ multò frequentius est quàm præscriptionis, postea tamen hoc venationis Jus in Feudum dari, & usus iste pro modo concessionis & consuetudinis temperari cœpit.

19. An fructus pendentes in feudum dari possunt?

Resp. Affirm. & quidem sinè dubio cum fundo, quia pars fundi sunt; *l. 44. ff. de R. V.* imo & sinè fundo, ubi jus percipiendi fructus apud Dominum remanet, ipsa verò realis perceptio ad Vasallum transit. *Ludov. p. 250. Anton. Disp. 3. th. 4. lit. I.*

* * *

Quaest. 19. Pars fundi sunt.) Quia res solo cohærentes loco

loco & in numero immobilium, sicque pars fundi sunt, vid. *Lauterb. in π. Tit. De Rer. Div. vers. 11. Res Corporales sunt.*

Transit. Jus quippe percipiendi fructus Cl. Autore recte exprimente, hinc considerandum est, quod non extinguitur, sic ex feudo de cavenâ quotannis datur frumentum, vinum &c. Nec tamen extinguitur Jus ipsum percipiendi, quamvis res perceptæ consumantur aut absumantur, quo sensu usufructuarius & accessione ejus dicitur plenè & ad voluptatem usque uti, quoniam percipiendo suos facit fructus omnes, *Lauterb. ad π. Tit. De Usufr. in Effect.*

20. An in rebus civiliter immobilibus feudum constituitur?

Resp. Affirm. quia in effectu pro immobilibus habentur, vid. *cap. 2. qu. 17.* & quidem si res corporales mobiles sint, unâ cum re immobili in feudum conceduntur. Vid. *qu. 3. h. c. Struv. c. 6. th. 12.* incorporales verò interdum etiam solæ, quatenus utilitas earum sine prædio esse potest. *qu. 23. hoc cap.*

* * *

Quest. 20.) Ex superiùs traditis satis declaratur, usumque suum habet.

21. An actiones pro rebus immobilibus competentes, in feudum dari possunt?

Resp. Affirm. quia ex naturâ rei petitiæ hæ actiones æstimantur, & ita pro immobilibus habentur, cum paria in jure nostro sint, actionem ad rem habere, vel rem ipsam. *l. 15. ff. de R. 7. Anton. Disp. 3. th. 5. lit. d. Ludov. p. 225.* Huc pertinent annui redditus irredimibiles. *Unablöbliche Renten.*

Quest.

* * *

Quaest. 21.) Quidquid hic rixentur Doctores, verior tamen ea opinio est, quam Camera Imperialis etiam sequitur, distingui sc. debere; Utrumne actiones versentur circa rem mobilem, an immobilem: Priori casu actiones mobiles, posteriore verò immobiles sunt; & notandum, quòd non semper sub appellatione mobilium & immobilium Jura seu res incorporales contineantur, sed quando mens dicentis, & materia subiecta id exigat, aliàs nomina & actiones, quoddam tertium bonorum genus constituunt, Cl. *Lauterb. in Tit. π. De Ker. Divis. vers. Res incorporales.*

22. Poteritne verò feudum alii iterum à Vasallo in feudum dari?

Resp. Affirm. (quod subfeudum appellatur, Germanis ein *Uffter & Ehn!*) Ratio, quia ita Domino nullum præjudicium contingit, nam Vasallus subinfeudans Vasallus manet. *Vult. c. 10. n. 77. Struv. c. 12. th. 10. n. 3. de quo inferius c. 19.*

* * *

Quaest. 22.) In Cap. XIX. *Quaest. 22. cum seqq.* ex professo hæc tractabitur materia.

23. An res incorporales seu jura in feudum dari possunt?

Resp. Affirm. & quidem vel cum prædio, cui coherent, vel sine prædio; modò separatim utilitatem præstare possint, ut jus venandi, jurisdictio, quæ propterea etiam solitariè in feudum dari possunt. *Schrader. P. 3. cap. 2. num. 59.* Unde etiam in Imperio nostro Regalia in feudum dari possunt ab Imperatore illi, qui Status

Z

Impe-

Quaest.

Imperii non est, nec feudum ab Imperatore possidet, sed tantum bona allodialia habet. Vid. *l. i. c. 8. §. 31.*

* *

Quaest. 23.) Dicta & allegata ad *Qu. procedent. 12.* & quasdam sequentes satis declarant & evincunt. *Qui status Imperii non est;* In aprico enim constitutum v. gr. Comitem, Baronem, Nobilem, territorium habere posse allodiale, jurisdictionalia S. Regalia autem esse Feudalia; Itidem, Comitatum, Baronatum &c. esse feudum alicujus Imperii Principis, Regalia v. eisdem titulo feudali ab Imperio dependere & procedere.

24. Quid verò consequitur Vasallus, si jurisdictio ipsi simpliciter in feudum concessa?

Resp. Regulariter saltem inferior, seu mixtum imperium concessum esse videtur, *Germ. die Unter Gericht. Struv. c. 6. th. 8. num. 4.* licet merum quoque imperium ita comprehendi velit *Carpzov. P. 2. C. 40. d. 6.* quod & moribus tunc admitti potest, si vox *omnimoda* sit addita, *mit allen und jeden Gerichten.* Vid. quæ dixi in *Uf. mod. ff. tit. de Jurisdic. §. 13.*

* *

Quaest. 24. In fin.) Merum Imperium tunc concessum quoque censetur, quamvis aliàs Jurisdictio criminalis non nisi hujus expressione vel præsumptione acquiratur, *argum. l. 15. §. 26. π. De injur.* cum ea, quæ notabiliter fiunt nisi specialiter notentur, quasi neglecta videantur. Addi dignum, quod *Cl. Coccej. I. P. P. Cap. XXI. n. 13.* Occasione Imperii querit: Anne istud Regalibus annumerandum? Item An eo superioritas contineatur? Ubi in negativam inclinat; Certum enim est, *respondet*, merum mixtumque Imperium esse partes jurisdictionis,

tionis, & per
r. de jurisdic

25. Q

Resp.
calto con

26. An
dum

Resp. I
summa tam
rioralis n
tantum v
Superior
viam app

Quaest. 2
plene allu

27. A

Resp. C
s. h. c. l. p
ff. de Usucap

Quaest. 27
pau sunt su
jurisdic

tionis, & per se mera nomina officii, non Jus Regale, l. 3. de jurisdic.

25. Quid si verò cum castro concessa jurisdictione?

Resp. Illa concessa videtur species, qua hactenus castro cohaesit, vel quam antecessores exercuerunt.

26. An concessa jurisdictione in feudum, illa privative, vel cumulative concessa?

Resp. In dubio privative, scil. ratione exercitii; summa tamen jurisdictione, quatenus superioritatis territorialis nomine venit, ita non amissa, sed subordinatè tantum jurisdictione concessa, salvo semper recursum ad Superiorem. Struv. d. th. 18. num. 5. & hoc quidem vel per viam appellationis, vel querelæ de denegata justitiâ.

* *

Quaest. 25. & 26.) Notata ad Qu. praecedent. 15. planè & plenè illustrant.

27. An Servitus in feudum rectè datur?

Resp. Quatenus immobilibus adhæret. Anton. d. th. 5. lit. c. separatim verò, uti possideri non potest; l. 10. §. 1. ff. de Usucap. ita nec in feudum dari.

* *

Quaest. 27. Separatim.) Nodosa hæc est quaestio: At sicut prædia sunt subjectum, servitutes adjunctum, accidentia verò sine subjecto esse nequeunt; ita illæ sine prædio constitui non

possunt, idque tum urbanarum, tum rusticarum servitutum intuitu verum, quia utraque prædiis inhæret, à quibus non possunt divelli, addant. omnino *Brunn. ad l. 44. π. loc. cond. & praterea Allegata nostra in Vindic. ad Cl. Gail. 2. obs. 66. n. 2.*

28. An etiam Regalia?

Resp. Affirm. de quibus *cap. seq.* In genere, omne illud jus, quod utilitatem singularem præstat, & ex concessione superioris dependet, in feudum dari potest. Et sic etiam jus carnificinæ, die *Scharfrichter* und *Abdeckerey* in feudum alicubi concedi solet; quale exemplum in Principatu Halberstadiensi notorium.

* * *

Quæst. 28. S. ultima lucem ex infra allegatis haurit uberiorem.

*****:*****:*****:*****

CAPUT IX.

DE

REGALIBUS.

GENERALIA CAPITIS.

1. Regalia quidem originetenus illa dicuntur jura, quæ Regi ob eminentiam reservata ad administrandam & conservandam Remp. successu temporis autem etiam illa jura, quæ privatis competebant, nec cum Reip. commodo quicquam commune habebant, postquam privatis adempta, & solis Principibus asserta, Regalium appellatione veniunt; Unde in unâ Provinciâ jus aliquod Regale esse potest, quo alibi promiscuè omnibus patet.

2. Cùm

1. Cùm autem illa Regalia vel ad administrandam Rempubli-
cam tendant, vel ad illam conservandam, inde ista dicun-
tur *majora*, hæc *minora*, seu *Regalia Fisci*, quia in com-
pendiis pecuniariis consistunt.
3. Quæcunque autem Regalia ita comparata, ut à privato exer-
ceri possint, illa etiam per investituram in ipsos conferri,
aut præscriptione immemoriali acquiri possunt.

I. Quæ sunt Regalia?

Resp.

Sunt Jura summo Principi in signum supremæ po-
testatis ad Reip. dignitatem & utilitatem tuen-
dam competentia. *Anton. Disp. 3. ch. 6. lit. h. Ludov.*
c. 13. princ. Germ. Herzlichkeiten.

* * *

Quest. 1.) Sunt Jura Imperatori, vel cui Imperator ea *ex-
pressè* vel *tacitè* dedit, in signum præminentia, ad *Im-
perii Dignitatem & utilitatem* conservandam facientia. Vid. o-
mnino *Coccej. I. P. P. Cap. XXI. n. 1. & n. 6.*

2. Quotuplicia sunt Regalia genera- liter accepta?

Resp. Communiter duplicia faciunt: *Majora*, quæ
ad dignitatem, & *Minora*, quæ ad utilitatem Reip.
pertinent.

3. Quænam sunt Majora?

Resp. Quæ personam & dignitatem Principis & ad-
ministrationem Reipubl. concernunt, ut collatio di-
gnitatum Regalium, fundatio Academiæ, potestas

Z 3

fereudi

ferendi leges, in causis ecclesiasticis & sæcularibus, jus belli & pacis, &c. Et hæc aliàs jura Majestatis dicuntur.

* * *

Quæst. 3. Collatio Dignit. Regal.) v. g. Jus creandi Duces, Principes, Comites, Barones, Nobiles eligendi, tribuendique Ducatum, Marchionatum, Baroniam, Leges Universales condendi, Nobiles dignitate nobilitatis dotandi; Adhæc Jura Episcopalia nec non de Rebus Ecclesiasticis & Sæcularibus facultas Judicandi, Jus Academiæ erigendi easque privilegiis bendi, Doctores, Licentiatos ac Magistros creandi vel im- vel mediatur per Comites Palatinos, Nundinas solennes, singulariterque privilegiatas concedendi potestas, spectant, confer. *Siruv. Syntag. Jur. Feud. Cap. VI. §. 15. 16. 17. & 18.*

4. Quæ sunt Minora?

Resp. Quæ Reipubl. utilitatem & Fiscum potissimum respiciunt, & hæc tantum recenseri volunt in *cap. un. qua sint Regalia. 2. F. 56.* Et de his saltem hoc cap. agemus. Majora enim ex Politicis repetenda, de quibus vid. omnino *Dn. Ziegler. in Tract. de Jurib. Majestat. Dn. ab Einsidel & Arnifæus Tr. de Regalibus.*

* * *

Quæst. 4. Recenseri volunt.) Nempe illa, quæ non Dignitatem personalem conferunt, sed potius consistunt in jure Fisci, id est, utilitatis percipiendæ, uti ex *seqq. quæstionibus* satis apparebit.

5. Quid ibi intelligitur per Jus Armandiæ?

Resp. Jus percipiendi certum vectigal ab illis, quibus

hæc licentia a
C. de Fabricis et
mentaria
p. 14. Anton.
th. 3. Sed p
jus referen
Malè vero
Solum lib
de Act. ad

Quæst. 5.
estus solum Pri
habeant quom
illis soli vendi
ad longum ena
l. 4. Optime C
Majora potius
Jus Armandi
fuerit, addit
rui in Armandi
11. Cap. 1. n. 1

6. Quo

Resp. Est
num in vitiis p
cipiendi, ad
cuntur aliàs v
land. & Straff
de Fisch. de R

Quæst. 6.) E

bus licentia armorum faciendorum concessa, *Conf. tit. C. de Fabricens. vel jus habendi fabricas & publica armamentaria, quod soli Principi competit. Vult. c. 5. n. 7. p. 84. Anton. d. Disp. 3. th. 7. lit. h. Tabor. Armament. cap. 4. th. 3.* Sed posteriori casu ad majora potius Regalia hoc jus referendum, utpote cum jure belli connexum. Malè verò vectigal ex armentis seu pecudibus præstari solitum sub hoc regali intelligunt, quod facit *Matth. de Afflict. ad 2. F. 56.*

* * *

Quaest. 5. Principi competit.) Argum. L. un. Cod. Ut Armor. usus inscio Principe interdictus sit Libr. XI. Tit. 46. ibi enim prohibentur ejusmodi fabricæ seu armi facturæ, quia Princeps sibi illas soli vendicat, *Nov. 85. Cap. 3 & 4.* ubi armorum genera ad longum enarrantur, addat, *Anton. Dissut Feudal. III. Th. 7. l. 6.* Optimè CL. Autor ait, quòd Jus Armandiæ ad Regalia Majora potius referendum sit, si non tam vectigal quàm ipsum Jus Armandiæ, uti 2. *feud. 56.* appellatur, alicui concessum fuerit; addat, etiam accuratissimus ille JCtus CL. *Pagenstecherus in Admonitor. ad π. p. VII. §. 71. & Sixtin. de Regal. Libr. 11. Cap. 1. n. 5. & seqq.*

6. Quodnam est jus viarum publicarum?

Resp. Est Jus supremam jurisdictionem ac dominium in viis publicis exercendi, reditusque inde percipiendi, ad promovendam earum securitatem; Dicuntur aliàs via dominicæ vel militares *freye Heer* & *oder Land & Strassen* / *Ant. d. l. lit. C. Rosenth. c. 5. Concl. 20. Conf. Dn. Fritsch. de Regal. Viar. publ. jure.*

* * *

Quaest. 6.) Ex quidem hoc, ratione Jurisdictionis, & supremi

premi cujusdam Domini, nec non dispositionis, ut iter facientibus sua constet securitas.

7. Quodnam est Regale fluminum publicorum?

Resp. Est jus disponendi de flumine navigabili vel aliud navigabile efficiente, & jurisdictionem in eo exercendi, pariter ac de viis dictum. *Rosenthal. Concl. 23.*

* * *

Quest. 7. Disponendi.) H. e. ita curandi, ut nihil fiat deterius, hoc enim tolli debet, quo Tituli VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII. XIII. XIV. nec non XV. 7. *Libr. XLIII.* potissimum pertinent & respiciunt.

8. Quomodo portus ad Regalia referuntur?

Resp. Eodem jure, quo flumina, cum portus & fluminis eadem sit conditio, *l. 4. in fin. ff. de Rer. div.* quid verò sit portus, *vid. in L. Portus, 59 ff. de V. S.* Ceterum non tantum ratione jurisdictionis, sed & vectigalis, quod ex portu consequitur Princeps, portus ad Regalia spectat. *Vid. Bocer. de Regal. c. 3. num. 131. Rosenthal. Concl. 31. Add. Dn. Beyer. ad Schnobel. Disp. feud. 4. th. 25.*

* * *

Quest. 8. Portus ad Regalia spectant.) Portus pro vectigali & portorio hic accipitur, quod cum in portu, tum in transitu solvitur, *2. Feud. 56. Vid. Anton. Disp. Feudal. III. §. 7. l. e.*

9. Quæ sunt Ripatica?

Resp. Sunt vectigalia pro transitu riparum præstanda;

standa; vel
8. ff. de
privatos ip
forte quo
Concl. 22.

Quest. 9.
Pro nullo a
engi soler,
inter Regalia
fit; Custodi
ita vocantur
Schnob. 11.

10. Q

Resp.
certum pre
Resp. opera
tur, species
vectigal per

Quest. 10. In
equum frumentis
bus solenturque
compactata m

11. Potest
galia

Resp. Neg.
non sufficiant,

standa; vel sumuntur etiam pro trajectus jure, die
 Ghr = *Berechtigt. seit / Anton. d. l. lit. f.* Ripæ ipsæ cum ad
 privatos spectent, ad Regalia referri nequeunt, nisi
 fortè quoad dispositionem circa earum usum. *Rosenthal.*
Concl. 32.

* *

Quest. 9. Pro trajectus jure: Vid. *Gorhofrid. 2. F 56. lit. d.*
 Pro nauo accipitur, quod ab iis qui flumen transmittunt
 exigi solet, *Verb. Ripæ ipsæ:* Hæ secundum CL. Authorem
 inter Regalia quidem non censentur, cum earum usus publicus
 sit; Custodia tamen & protectio ipsa Regaliorum est, optimè
 ita norante *Gorhofred. loc. alleg.* huic simile *Jus Grmæ Die Glosz*
Berechtigt.

10. Quale est Regale vectigalium vel telonii?

Resp. Est jus exigendi de rebus in vectis vel eVectis
 certum pretium, ob defensionem viarum, & ferenda
 Reip. onera. *Rosenthal. C. 23.* cujus vectigalis variæ dan-
 tur, species, pro diversitate causæ vel rerum, ob quas
 vectigal penditur.

* *

Quest. 10. In fin.) Sic v. gr. gravius vectigal vino impositum,
 quam frumentis & aliis esculentorum & poculentorum generi-
 bus solentque Principes finitimi & confines sæpè de istis rebus
 compactata inire, quibus tunc standum.

11. Potestne Imp. pro lubitu nova vecti- galia Statui alicui concedere?

Resp. Næg. adeò ut plura Electorum vota amplius
 non sufficiant, sed omnes consentire debent, auditis

A a

quo-

quoque Statibus vicinis. *Capitul. Leop. Artic. 21. Vid. infra. quæst. 24.*

* * *

Quæst. 11. Argumentum hoc se fundat in *Tit. Cod. Nov. vect. instit. non poss. Libr. IV. Tit. 62.* Vectigal enim non debet exigi ultra statutum à Principe modum sub penâ exiliû; hincque colligendum, institutionem novi vectigalis & augmentum veteris pari passu ambulare neutrumque sinè Imperatoris & Statuum Imperii fieri posse consensu, *arg. l. 10. pr. ff. De public. & vectig.* Unde translatio vectigalium sinè consensu Imperatoris & Statuum etiam fieri nequit, imò nova vectigalia in Imperio. Sinè Imperatoris permisso instituens, lege Juliâ de Ambitu & de Vi Publicâ tenetur Brunnem. *Ad L. 2. C. Nov. vectig. instit. non poss.* addatur omninò *Mynsing. Cent. V. Obs. 29. 30. 31. & Capitul. Imperat. §. 20. cum seqq.*

12. Quidnam est Regale cudendæ monetæ

Resp. Est jus monetam in Reipublic. usum fabricandi, quod ad Regalia majora ab aliis non malè refertur. *Rosenth. Concl. 48.* Ab Imp. sinè consensu Electorum non potest concedi. *Cap. Leop. Art. 34.* nec hoc jus cohæret superioritati territoriali. *Mayer. de Statib. Imper. 6. 7. §. 3.*

* * *

Quæst. 12. Quamvis Jus cudendæ monetæ ad jus superioritatis territorialis spectet, tamen ex singulari privilegio Imperator cum consensu Imperii Statuum Civitatibus etiam Provincialibus, quæ jus superioritatis territorialis non habent, illud concedere potest, ubi tanquam merum Privilegium respicitur *conf. Capitul. Imperat. Art. 33.* addatur *Disputat. elegantiss. Dn. Hertii De Jure territoriali. §. 20.*

13. Ad

13. Ad quem pertinent mulctæ?

Resp. Ad illum, qui jus fisci habet: Hodie verò ad illum, cui merum imperium concessum, quatenus mulcta pro delicto irroganda; Mulcta verò contumaciæ ad quemvis judicem pertinet. *B. Brunnem. ad Tit. C. de mod. mulctar.*

* *

Quæst. 13. Pro delicto irroganda.) Probè distinguendum est inter mulctam & pœnam; mulcta enim ab illo, qui mixtum imperium habet v. gr. Vafallo inferiorem Jurisdictionem habente, modicaque coercitione gaudente, non tantùm incidenter, pro tuenda Jurisdictione, verùm intuitu delicti commissi quamvis levioris, manu militari etiam exigi potest, Jurisdictioni enim hoc cohæret, Vid. omninò *Lauterb. in ff. Tit. De Jurisdic. Verf. 3. Mixtum imperium*, addat. *Dn. Brunnem. ad l. 1. & 5. C. de Mod. mulctar.* Pœna v. ut pœna in delictis propter facinora quamvis pecuniaria, à nullo, nisi merum imperium habente, imponi poterit. Cujus modus à Principe tamen statuitur, secundum quem Magistratus mulctam indicere, aliamve pœnam infligere tenetur; præterea mulctam illam vel pœnam arbitrariam ob inopiam delinquentis in pœnam corporalem mutari posse, ratio *l. 7. §. 3. ff. De Jurisdic. & l. ult. ff. De in jus vocando* dubitare non sinit, qui enim non habet in re, is luere in corpore & pelle debet; evolvantur loca ad qu. sequ. 15. ex *Mev. & Brunnem.* allegata. Majoris dilucidationis causâ, jungatur adhuc dictis locus *CL. Cocceji l. P. P. Cap. XXIII. num. 58. Verf. Verùm ea non sunt verè Jura Regalia.* quo, more solito, egregiè ostendit & declarat, quò sensu mulctæ, carceres, quin & relegationes sæpe, mixti Imperii, esse dicantur; etsi per se & extra causas Civiles meri Imperii: Eademque mulctæ & aliàs Jus Regale, 2. f. 56. & hic fruct. Jurisdic. sint.

14. Quænam sunt bona vacantia?

Resp. Quæ hæredem non habent. *l. fin. C. de bon. Vac.* quæ jure communi ad fiscum pertinent. Moribus Saxonis omnis civitas, quæ merum imperium habet, eadem sibi vindicat, quod aliqui generale esse volunt. Vid. *Tr. nostr. de Success. ab intest. Disp. 5. cap. 1. §. 10.*

* * *

Quest. 14. L. Fin. Cod. De bonis vacant.) Bona vacantia sunt, ubi neque descendentes, neque ascendentes, nec conjuges, nec focii Imperialis liberalitatis adsunt, ad fiscum deferuntur, quicumque igitur jus territoriale & fisci habet, is quoque gaudet bonis vacantibus, eorumque incorporatio sequitur, quare Civitates municipales, quæ regulariter Jurisdictionem criminalem non habent, consequenter hoc Regale prætere nequeunt, nisi ex capite privilegii, vel immemorialis præscriptionis, cujus probationem Civitati incumbere, putat *Brunnem. ad l. 1. C. de Bon. vacant. Verb. Moribus Saxonia, in quibus eò quidem deventum, ut Civitates, quæ merum imperium habent, jus succedendi in bonis vacantibus etiam habere soleant; Quod de aliis verò Civitatibus, quæ consuetudinem illam allegare nequeunt, haud asserendum, undè id non generale esse, contra Authorem, rectius concludendum.*

15. Quorum bona aliàs sibi fiscus vindicare poterit?

Resp. Hoc pete ex *tit. ff. de his, quib. ut indign. & tit. de bon. damnat. Conf. Peregrin. de Jur. Fisc.*

* * *

Quest. 15. Distinguenda sunt bona indignorum & incapacium; Hæc hæres accipit; Illa verò, quia sæper in delicto hærent,

hærent, Titulo
P. 7. Dec. 173
mem. in l. 1.
Dominis Reg
mine Mar
Crim. 2. 2.
teste Anon
Dec. 31. n. 5.
Vid. Mar. n.

16. Q

Resp. S
pensatione
cap. 6. ib. 25.
vont, quod A
Paragaxia
necessitate
sic quoque
spectant
de Jure Post
ne præjudice

Quest. 16.
coactionem, qu
sum pòbicum
equi pro vari
dum, quoque
rum & Parang
in periment, c
cum publico, c
Impense institui
in curatorem

hærent, Fisco cedunt, quod & in Praxi obtinere, dicit *Mev. P. V. Dec. 153.* cui jungenda *P. IV. dec. 184.* nec non *Brunnem. in l. 1. ff. de Obs. q. par.* At ex communiori D. sententiâ Dominis Regionum omnis confiscatio in Imperio, excepto Crimine Majestatis, videtur adempta, vid. *Artic. Constit. Carol. Crim. 28 Tit. π. De his quæ ut indign.* verùm in Sabaudia, teste Anton Fabro *Libr. VI. C. Tit. 15. def. 4.* Frisia, *Christin. Dec. 31. n. 5. & seq. Vol. 4.* adhuc in observantiâ viridi est; Vid. *Mav. adhuc P. IV. Dec. 185. & P. V. Dec. 153.*

16. Quæ Angariæ & Parangariæ?

Resp. Sunt onera patrimonialia, consistentia in præstatione jumentorum ad cursum publicum. *Siruv. cap. 6. th. 25. Anton. th. 8. lit. a.* & in hoc invicem differunt, quod Angariæ per publicam & ordinariam viam; Parangariæ verò etiam per alias vias ob incidentes necessitates præstentur *Siruv. d. l. Ludov. pag. 273.* Et sic quoque plaustrorum & navium præstationes huc spectant. In Imperio huc referri potest investitura de Jure Postarum, quo gaudet Comes de Taxis, cui ne præjudicaretur, provisum est *Capitul. Josephi Art. 34.*

* * *

Quæst. 16. Angaria est vox græca *αγγαρία* & significat coactionem, quâ quis tenetur præstare usum equorum ad cursum publicum, & Parangaria significat præstationem, quâ equi pro variâ necessitate obveniente ad ferendum & vehendum, quoque versum præstari debent, quæ jura Angariorum & Parangariorum jure territorii in feudum dati ad Vasallos pertinent, & iis uti queunt; differunt verò à postis seu cursu publico, qui per Imperium est ordinatus, quas postas Imperator instituit, dicitur Ordinarii *Kaiserliche Posten*; Aliud in extraordinariis, ubi alii Status Imperii cursus publicos

vulgo die Land-Posten instituunt, quod ipsis jure Regalium competentium non denegatur, Vid. *Struv. Syn. Jur. Feud. Cap. VI. §. 25.* Præterea addat *Hert. Dissertat. præland. & §. 53.* Ubi ad oculum ostendit, in Germania ipsa, non fuisse vocabulum Angariarum ignotum, prout in Alsatia inferiori plaustra adhuc vocantur die Ainger.

17. Quæ sunt Argentariæ?

Resp. Sunt certi reditus ex argenti vel metallifodinis fisco præstandi. *Anton. d. l. lit. d. vel sunt ipsum jus habendi metallifodinas. Vult. c. 5. n. 7. pag. 88. Conf. A. B. c. 9.* nam ad Principem noviter repertæ fodinæ spectant, nec privatis citra concessionem Principis, ne quidem in proprio fundo, mineralia præsertim pretiosiora inquirere licet. *Struv. c. 6. th. 26. n. 4.* Hodiè ob impensas privatis illas concedunt, reservato sibi canone metallario, de quo *L. 1. C. de Metallar.*

* * *
Quest. 17. Cujus ratio in aprico est, quia Mineralia ad Regalia Principum pertinent, undè etiam jus fodinarum Electoribus in Aurea Bulla *Tit. 9.* est concessum; Adèd ut Mineralia inventa in fundo Feudali ad Dominum non ad Vasallum spectent, licèt Vasallus de omnibus feudi utilitatibus sit investitus, nisi de jure illo expressè sit infeudatus; maxime hoc obtinet in auri & argenti fodinis & pretiosis lapidibus, v. gr. geminis, marmoribus &c. in Metallis verò, quæ vocantur imperfecta, v. g. ferrum, stannum &c. nec non in salinis, volunt DDres, respici debere consuetudinem loci, adèd, ut generalis consuetudo in contrarium vix allegari possit, ceu optimè adducit & probat in *Not. ad Carpz. Jurispr. For. P. 2. Constit. 53. Defin. v. n. 8.* Dn. ab Esbach, quæ si in locis publicis inveniantur publicæ, si in privatis privatorum sunt *l. 7. §. 13. ff. Solut. matrim.* De canone metallario ejusque quantitate in balluca i. e. in terra nuper effossa videantur omnino *text. l. 1. & 2. C. de metallar. & metallis.*

metallis, & va
 provinciarum
 tit. l. 2. pro
 muno Gerbo

18.

Resp. E
 gia palatia
 cellis, perm
 telligunt P
 di tribunal
 jur. verum, c.
 puz. Frisob.
 bendi arcem
 ghorica non

Quest.
 palatia, ver
 tandi, quod
 gum & mèu
 usque hinc

19. Qu

Resp.
 spectat, se
 co loco inve
 quæ. Sed
 l. 4. §. ff. de c
 in privato loc
 Jan. per. l. 2. n.

metallis, & varius istiusmodi canon metallicus pro varietate provinciarum fuisse dicitur *l. 4. & 5. d. Tit.* quare etiam in *ci-tat. l. 2.* provocatio fit ad propriam consuetudinem Vid. omnino *Gothofr. ibi in Not.*

18. Quid est jus Palatiorum?

Resp. Est facultas inhabitandi vel ædificandi Regia palatia, quod nemini nisi Principi, vel cui is concessit, permissum. *Vult. d. l.* Alii verò per Palatia intelligunt Prætoria, ut ita jus Palatiorum sit jus habendi tribunal publicum, in quo jus reddatur. *Knich de jur. territor. c. 3. n. 276.* Utrumque hîc intelligi posse, putat *Fritsch. de Palat. Princ. c. 8. n. 15.* In specie jus habendi arcem munitam, quorsum pertinent die *Schloß gelessene von Adel.*

* * *

Quæst. 18. Palatia sunt, ubi Vasallus jus habet Regia palatia, vel Prætoria iudicium, & domus publicas inhabitandi, quod nemini est concessum, nisi cui id specialiter largitum & indultum, *l. 4. 15. 17. 18. & 20. C. De Oper. publ. ibique Brunnem.*

19. Quâ ratione Salinæ ad Regalia referuntur?

Resp. Non saltem vectigal salinarium ad Regalia spectat, sed & ipsæ salinæ; quod de salinis in publico loco inventis extra dubium est, *Sixin. de regal. cap. 19. n. 12.* Sed moribus (quamvis secus jure Romano, *l. 4. §. 7. ff. de censib.*) idem obtinet etiam in illis, quæ in privato loco inveniuntur. Vid. *Dn. Fritsch. de regal. salin. jur. c. 2. n. 8.* Et inde has salinas per modum feudi privatis

privatis concedi, ita ut ad masculos saltem transeant, certum est. Vid. *Dn. D. Frid. Hondo. ff. de Salin. Hallens. c. 23.*

* * *

Quest. 19.) Sal ad mineralia media, consequenter inter Regalia non majora refertur, textus disertus. 2. *Feud. 56. lib. Piscationum redditus & salinarum & Sur. B. T. 9.* ibi. auch *Caltes/ das funden/ und noch funden wird.* Sixtin. de Regal. *Libr. 11. Cap. 19.* quod & olim ita obtinuisse, ex *Liv. Libr. 1. ab Urb. cond. Dec. 1. & Dec. 3.* *Dn. Tabor ad Colleg. Jurid. Argentor. Libr. 39. tit. 6. Th. 4.* ostendit; vid. tamen præallegatam ad *Qu. preced. 17.*

20. Quorsum spectat Jus Collectarum?

Resp. Ad Regalia minora, nam pecuniarium continet commodum, & cum jure vectigalium comparatur. *Ludov. p. 274.* Huc etiam pertinet collatio ad Regalis Numinis expeditionem, quando ob extraordinariam necessitatem collecta indicitur. *Anton. Disp. 3. 1b. 8. lit. h.* quorsum referri potest *der Römer Zug/* vid. *Freber. Tr. von Römer Zug/ Bocer. de Collect. c. 12.* Quæ expeditio Romana ad petendam coronam Imperialem post tempora Caroli V. neglecta. Olim verò Imperatorem comitabantur 20000. pedites & 4000. equites, & quando hodiè in Imperio tributa colligenda, illa adhuc indici solent. nach dem *Anschlag der Römer Wonnate;* vid. *Reinking. de Regim. secul. & Eccles. l. 1. Cl. 3. c. 8. num. 28.*

* * *

Quest. 20. *Pecun. continet commod.* Non hic tam consideratur pecuniarum emolumentum, quam Jus collectandi, Ergo & inferior Magistratus non potest indicere collectas, vel minimum, non de iis disponere absque consensu Principis territorialis, ut singulariter tenet *Dn. Carpz. P. 4. Rz. 79. & P. 2. C. 6. d. 24. n. 7.*

In ditionem
riam collecta
villitate fe
& tributa
ctiois vel
Jus Impera
torio libris
& sine spec
quæ accer
no vinda, 1

21

Resp.

tionem redit
pium libris
quæ fe
ta est. Ro
stram ad

Quest.

1. Qui Imper
Frangens, q
venoque Gu
rici illius, de
lis a plerisque
ta victoria,
hanc Constit
vanti ex 2. f.
ca variationes
intra lita; aff
tenua Venator

Indicitur) Intelligunt interpretes hic per extraordinariam collectionem indictum, nempe quod ita pro Imperii utilitate seu necessitate super ordinarias & statutas indictiones, & tributa dicantur, & superindictum & augmentum indictionis vel contributionis ordinariæ; Hoc superindictum solum Imperator vel Majestas imponit, nec ipsius Præfetti Prætorio libris creditur, quamvis ipsum Principem repræsentet, & sine speciali mandato Principis fieri nequeant, Regalibus quippe accensentur *Carpz. Libr. 4. Resp. 70. n. 11.* add. omnino *Vindic. nostr. in Gaul. L. II. Obs. Lill. n. 2.*

21. Annon jus venandi etiam ad Regalia spectat?

Resp. Affirm. per hunc text. 2. F. 56. ibi: piscationum redditus: Sub piscatione enim venatio & aucupium subintelligitur. *Pruckman. de Reg. §. Venatio. num. 5.* quæ sententia moribus Germaniæ hodiernis expedita est. *Rosentb. Conclus. 94: n. 6.* Vid. tamen præfat. notam ad *Frischii Corpus Juris Venatorii.*

* *

Quæst. 21. In fin.) Imperator Fridericus non III, sed I. Qui Imperio Romano Anno 1152. præfuit, cujus Otto Frisingensis, qui pariter eodem tempore vixit, & Radevicus itemque Guntherus mentionem faciunt, resque gestas Friderici illius I. describunt; Estque hic, qui Jura Fiscalia ab Italis à plerisque Episcopis & Civitatibus negata & recusata, partâ victoriâ, recuperavit, ideòque majoris certitudinis gratiâ, hanc Constitutionem edidit; Prætereà observandum: jus venandi ex 2. f. 56. non deduci commodè, cum in Longobardiâ venationes exiguæ fuerint, quare & nulla earum mentio inibi facta; ast *melius* ex jure, quo Reges Franciæ vel Imperatores Venationum Jura exercuerunt, aut à consuetudine ea

Bb

res

res deducitur; Ipsam jus piscandi, quidem omnibus commune est, tam in mari quam in fluminibus, l. 2. & 3. ff. de Acquir. rer. domin. & l. 2. §. 6. ff. Ne quid in loc. publ. sed piscationum redditum, ut vestigal publicum quod Princeps sibi reservavit & indixit, Regalibus annumerat Sixtin. De Regalibus Lib. II. Cap. XVIII. n. 7.

22. Si quis cum jure venandi investitus, quid ipsi concessum censetur?

Resp. In dubio saltem jus capiendi feras minores, die Niederjagten; Venatio major ergò non censetur concessa, nisi in literis investituræ expressa. Vid. Wehner. Observ. Pract. voc. Forst Recht.

Quaest. 22. Die Niederjagten) Communiter Venatio distinguitur, in die hohe und kleine Jagd / oder in die grosse und kleine Wildbahne; Ad majores feras referuntur cervi, apri, ursi; Sed an & capreae, die Rehen/ed pertineant? Plurimi dubitant; minores inter feras numerant, die Hasen/ Füchse/ Kanine/ Hünen/ Endten/ Krams- Vögel/ und alle andere Vögel zu fangen. Sed an jus aucupii juri venandi connexum sit? per rationem ad Qu. subseq. 27. allegatam, rectius negatur.

23. Possuntne omnia Regalia in feudum dari?

Resp. Affirm. modò ab illo commodè exerceri possint, cui concessa. Et quàmvis regalia majora juri bus Majestatis comparentur; Majestas verò divi sionem non recipiat, nec jura ab eâ separari possint; Distin-

Distinguen
hujus juris
tatur dep
manet. s

Quaest.
quàm jura
Iun parabu
vum conita
vi Majestate
scindit, im
pars integra
commodat,
feudalis conce
silio, sed ce
num directu
Statibus im
investitus,
Majestatem
citur. Co
Cap. 21. n. 6.

24. Potest
pro h

Resp.
Illius juris
e gr. cum
potest, etia
senserit. Cap
Tunc nec ju
sua Elector
tur, quod ho

Distinguendum tamen inter ipsum jus, & exercitium hujus juris; hoc alteri concedi potest, ut eodem utatur dependenter; illud verò penes Principem remanet. *Siruv. c. 6. lb. 13. n. 2.*

* * *

Quest. 23. Separari possint.) Regalia nihil aliud sunt, quàm jura Majestatis, quæ sunt potestates variæ, quibus veluti partibus Majestas tanquam totum integrale vel potestativum constat; At, aliquid faceffit, quòd Feudo Regali, salvâ Majestate, concessio, integrales partes à toto integrali abscindi, intelligantur, quod non posse fieri videtur, cum pars integralis, secundum Philosophos, in toto integrali contineatur, & ad ejus constitutionem concurrat; Verùm feudalis concessio non est plena abdicatio nec omnimoda abscissio, sed concedens feudum Regale nihilominus sibi dominium directum & potestatem superiorem retinet; Sic Regalia Statibus Imperii per investituram conferuntur, ubi Princeps investitus, respectu feudalis sui territorii analogam quandam Majestatem Domino directo Imperatori tamen subjectam nanciscitur. Conferant, hinc iterum omninò Dicta *Cocceji I. P. P. Cap. 21. n. 6. 7.*

24. Potestne verò Imperator Statibus pro lubitu concedere Regalia?

Resp. Regulariter potest, nisi ratione hujus vel illius juris cerra restrictio per leges Imperii adjecta; e. gr. cum novis vectigalibus aliquem investire non potest, etiamsi hodiè maxima Electorum pars consenserit. *Capit. Leopold. Artic. 21.* sicut dixi *quest. 11.* Porro nec jus monerandi concedere potest, sine consensu Electorum. *Capitul. Leopold. Artic. 35.* ubi additur, quod hoc privilegio abutens eo privari debeat.

* * *

Quaest. 24. Ex superius dictis satis superque daclatur.
& add. *Capitulat. Josephi Artic. XXVI. & Carol. VI. Art. XX*

25. Possuntne Principes Imperii Nobilibus iterum Regalia concedere?

Resp. Affirm. sed hæc talia esse debent, quæ superioritatem territorialem non requirant, & sic commodè ab ipsis exerceri possint: quamvis ita non nomine regalium, sed privilegii potiùs veniant. *Servu. d. l. n. 3.*

* * *

Quaest. 25. In fin.) Sic v. gr. Princeps concedit Nobilibus mixtum & merum Imperium, hæc quamvis ad Regalia pertineant, tamen jus territoriale non annexum habent, sed *sub nomine jurium singularium* commodiùs indignantur, & possunt hi Vasalli omnia causarum genera expedire, de iis judicare, & executioni dare; horsum etiam spectant ea, quæ *CL. Author De Subfendo, Cap. XIX. Qu. 23. & seqq. tradit.*

26. Quid si Regalia simpliciter in feudum concessa?

Resp. Minora saltem censentur concessa, *Rosenh. cap. 5. Conclus. 13. num. 11.* quòd si dictum esset: *Omnia Regalia*; etiam majora concessa censerì, vult *Ludov. Synops. pag. 280.* quòd dubium, cùm hæc speciali expressione opus habeant, nisi qualitas feudi aliam præsumptionem inducat. e. gr. Si sit territorium Imperii immediatum.

* * *

Quaest. 26. In eo omnes conveniunt, quòd ubi res altioris

vioris momen
concessa alias
cessa venac
aprorum in
venationum
nec de un
sc. merum
Cap. Ad
mi; Tant
tellegit
rit; Cui
cepa profi
vaur. & f
venalibus ver

27. An

Resp.
Infr. leg. B.
natura ultra

Quaest. 2
fructu juris sint
naque privileg
tus fuerit, quæ
strictior signi
ficat; hinc con
munalis in fe

Qui

Resp. Tur

tioris momenti concedi velit, ea exprimi debeat, pro non concessâ aliâ habeatur *l. 15. §. 26. ff. De injur.* Sic v. gr. concessâ venatione, non statim superior venatio cervorum vel aprorum indulta intelligitur; Sunt enim hæc diversæ species venationum, & de unâ ad aliam non rectè inferitur, sicut nec de unâ specie Jurisdictionis v. gr. mixti imperii ad aliam sc. merum Imperium, ceu prædictum, concludere possumus, *Cap. Auditis. X. de Præscript. Cap. Cum contingat. X. Decimis*; Tantum enim eo modo concessum & præscriptum intelligitur, quantum & quomodo expressum & possessum fuerit; Cui Regula in summis Imperii Tribunalibus hodiè recepta prorsus convenit: *Jus territorii, concessione generali, non venire, & superioritatem territorialem, etiam, in concessione generalibus verbis factâ exceptam semper intelligi.*

27. An certorum Regalium concessio ad familia extendenda?

Resp. Negando. arg. l. 8. §. 11. ff. de Instruct. vel Instr. leg. Bocer. de Regal. c. 4. n. 9. Privilegia enim ex sui naturâ ultra verba expressâ non extendenda.

* * *

Quæst. 27. Ratio hujus in apico est, cum privilegia stricti juris sint, *Lauterb. ad ff. Tit. IV. Libr. 1. in §.* habeatque privilegiatus sibi imputare, quod apertiùs non locutus fuerit, quoniam à diversis nihil inferitur; Maximè, si fortassis strictior significatio vocis *Sagten* ex usu Regionis aut Curie fit; hinc concessio jure venandi, non statim Jurisdictio criminalis in fericidas concessâ intelligitur.

28. Quid verò si addita sit clausula, cum omnibus aliis?

Resp. Tunc ea subintelligenda, quæ cum nominatis

natis Regalibus ejusdem qualitatis ac generis sunt. d. l. 18. §. 12. Bocer. de Regal. c. 4. n. 8. Ludvvell p. 281. Quod & , si certi actus jurisdictionis expressi sint , procedit, vid. Zxf. ad ff. de Jurisdic. n. 32.

* * *

Quaest. 28. Ejusdem qualitatis &c.) Questionis est: An concessâ superiori venatione Roth- und Schwarz- Wildpret/indulta quoque sit venatio luporum & lyncium Wölffe und Luchsen? R. quia hæ species non sunt separatae , sed de eodem genere , idè comprehenduntur ; Aliud verò ubi separatae species , v. gr. Venatio ursina die Beeren- Jagd/obtinere , & sequitur hinc investitum non habere hanc venationem , quamvis ob damna & devastationes , die Wölffe und Luchsen den Beeren annumerentur ; Sic & requiritur ob speciem separatam , in venationibus aprorum , specialis & diserta concessio , quia de consuetudine jura hæc ad specialia Regalia foresti zu einem sonderbahrem Fürstlichen Regal-Stück und Herrlichkeit referuntur ; Undè liquet , hæc ad Vasallum non transire ; Præterea notandum : Clausulam illam: *Cum omnibus aliis* , ad illas species , quæ habent qualitatem eandem , non verò eas , quæ diversi generis vel connexa non sunt , esse porrigendam ; Hinc jus collectandi sub omnimoda Jurisdictionis concessione non continetur ; Nec Jurisdictio in viâ , nec investitus cum omnibus juribus , pertinentiis , &c. nova vectigalia imponere , Universitates erigere , moneram cudere , vel id genus alia Regalia Majora , quæ principi soli reservantur , exercere potest, Rosenthal, De Feud. Cap. V. Conclus. 13. n. 10. & seqq.

29. An verò Regalia in dubio cumulative , an privative censentur in feudum concessa ?

Resp. Affirm. posterius , quoties scil. usus Regalium

lium ratione
Regal. c. 5. C.
fructus jure
rium in p
Carz. P. 1.
de tallia el
sens est, it
c. 1. §. 1. Sol
Salvus tam
vis Imp. q
facile audiri
re teneatur
1654 §. 105.


Quaest. 29
reducatur fer
e. quidem t
cedit, in p
futo verò jur
Lasterb. ad
quod illiusm
fructum quen
potest, v. gr.
fructum in pag
exercere, nisi
à Vassallo posside
Principis del
dicit etiam

lium ratione Vasalli per usum Principis impeditur ;
Rosenb. c. 5. Concluf. 15. Censetur enim feudum usufructus jure. 2. *F. 23.* Proprietarius verò usufructuarium in perceptione utilitatis impedire non potest.
Carpz. P. 1. c. 27. d. 11. Dn. khet. Comm. 7. F. p. 149. n. 11. Unde falsa est veterum hypothesis : Ubi Imperator præfens est, ibi quiescit jurisdictio Principum. Vid. *Itter. c. 8. §. 8. Schvvider. de jur. publ. Part. spec. Sect. 2. cap. 10. §. 8.*
 Salvus tamen ubique recursus ad Superiorem ; quamvis Imp. querelas subditorum contra Principes non facile audire, sed primùm literas informatorias petere teneatur, *Capitul. Leop. Art. 3. & 7. & Rec. Imp. de Anna 1654. §. 105.*

* * *

Quest. 29. Censetur esse feudum usufruct. jure.) Rei beneficentia servitutem imponi non posse, Gothofred. *ad 2. F. 8.* quidem tenet, quòd tamen, Pratore tuente, utique procedit, in præjudicium sc. Vasalli suorumque hæredum ; resolutò verò jure imponentis servitutem resolvitur & servitus ipsa, *Lauterb. ad 7. Tit. 1. Libr. 7. in C. & Tit. 1. Lib. 8. in c.* tamen, quòd Ususfructus feudo non imponatur, sed feudum in Ususfructum quendam tantùm constituitur ; Verb. *Impedire non potest*, v. gr. Si Princeps concesserit Vasallo Nobili Jurisdictionem in pago vel oppido, tum non est in ejus arbitrio illam exercere, nisi vel sub eà conditione concessa, vel appellatio à Vasalli judicio inferiori interposita & causa ad Dicasterium Principis delata fuerit, tum Princeps subditos Vasalli immediatè etiam citare potest, *Practicà Imperii ita docente.*

CAP.



CAPUT X.

DE

SERVITUTIBUS
FEUDO IMPOSITIS.

GENERALIA CAPITIS.

1. Cùm utile dominium feudi in Vasallum translatum sit, hinc omne, quicquid ad promovendam utilitatem ejus pertinet, ipsi facere licet; non quæ tendunt ad feudi detrimentum. Inde servitutem feudo acquirere, sed illam imponere non potest.
2. Cùm verò servitutis impositio sit species alienationis; inde si servitus perpetua feudo imponenda, illorum consensu opus est, qui in alienationem consentire debent, scil. Domini & agnatorum.
3. E contrario, quia de utilitate feudi Vasallus, quamdiu ipse, aut liberi ejus vivunt, disponere potest sine consensu Domini, sequitur, quòd eousque etiam servitutem imponere valeat.

I. An servitus in feudum dari potest?

Resp.

Affirm. cùm prædio. vid. c. 8. q. 27. Imò si prædium feudo vicinum sit Principis, potest hic Vasallo in investiturâ simul jus certum servitutis in feudum dare; Er soll zugleich mit der freyen Trift auf den benachbahrten Ampts. Feldern belehnet seyn.

Quæst.

Quest. 1. Affirm. cum pradio) Atqui servitutes urbanae in feudum dari non possunt, cum pignori dari nequeant. Ergo nec rusticae servitutes; Sed tenet hoc argumentum, si Juris Civilis apices considerentur; quamvis secundum JCtum Paulum, propter quamcunque utilitatem, servitus omnino constitui possit, dicitur. *l. 4 & 19. ff. de Servitut.* quare propter publicam utilitatem stricti Juris ratio, arg. *l. 4 & 43. ff. de Relig. & sumpt. funer.* insuper habenda.

2. An Vasallus servitutum feudo acquirere potest?

Resp. Affirm. *2. F. 28. §. Si Vasallus.* etiam inscio Domino; quia feudi conditionem ita meliorem reddit, quod liberè facere potest. *2. F. 8. §. E contrario. Busch. ad d. text. p. 259.*

Quest. 2.) Sic v. gr. Vasallus Jus venandi in aliena sylva, aliaque Jura, ut inde feudum melioretur, Vasallus utique acquirere potest. *Lauterb. ad π. Tit. De servit. lit. a.*

3. Sed an Servitutum imponere potest?

Resp. Negando, quia deterius feudum redderet, E. Domini, & in feudo antiquo etiam agnatorum consensus necessarius erit. *d. §. E contrario.*

Quest. 3.) Per se patet, *Vid. tamen Notata ad qu. 5. sequentem.*

4. Potestne Dominus consentiente Vasallo feudo servitutem imponere ?

Resp. Negandum videtur, ob textum in *l. 15. §. fin. ff. de Usufr.* cujus ratio: quia servitutis impositio est species alienationis; qui verò alienare non potest, nec potest alienanti consentire. *l. 165 ff. de R. 7. v. d. Dn. Brunnem. Exerc. 7. ad Inst. tit. 3. §. 3.* Sed non puto, hanc subtilitatem in jur. feud. attendi, cum nec perpetuum ab usufructu ad feudum sit argumentum, *Ludov. Synops. feud. pag. 305.* Imò hodiè etiam qualiacunque pacta honesta per se subsistunt, quàmvis civili jure exindè non data fuerit actio. Modò tamen feudum novum sit, alioqui enim & agnatorum consensus est necessarius, si feudo ad hos devoluto subsistere debeat.

* * *

Quest. 4. Non data fuerit actio) Non obstat *l. fin. C. de Rebus alien. non alien.* ubi dicitur, quòd servitutem fundo imponens alienare dicatur; Verùm R. Non omnem alienationem, sed tantùm eam, per quam feudum à Domino transfertur, vel conditio Domini deterior redditur, prohibitam esse; (2.) Textum de iis rebus, in quibus nihil Juris habet alienator, hic autem Vasallus habeat, cum utilis Dominus sit, loqui; (3.) Textum illum de Jure Civili agere, Jus Feudale autem hac in parte Juri communi planè adversari, innuent. textu expresso *2. feud. 8.*

5. An verò planè inutilis est Servitutis constitutio à Vasallo facta?

Resp. Non; sed quoad dies vitæ Vasalli filiorumque ejus ea valet, Vasallo verò defuncto iterum expirat

expirat, & si
p. 144. Servu.
Vasalli ex
& servitus

Quest. 5.
§. Res. an.
firmatur, (2.)
habet, resolutio
per mortem et
p. 144. (3.)
tus conditio
vol, con. d. r.
sen Agnatorum
vos Vasalli, pr

6. A

Resp. N
servitus en
possunt, l. 4
perion, qual
tra naturam se

Quest. 6.
sim habere de
non potest esse
suorumque ha
Naturam
sim habere debe
tatur, sic etiam q
potest, nampe

expirat, & sic nec Domino nec agnatis nocet. *Luduv. p. 304. Struv. c. 12. th. 8. n. 3.* nisi agnati simul hæredes Vasalli existant. ubi factum defuncti Vasalli præstare, & servitutis usum concedere tenentur.

* * *

Quæst. 5.) Nec agnatis nocet: quia (1.) in 2. *Feud. 8. §. Rei autem.* hæc distinctio inter Dominum & Vasallum confirmatur, (2.) Quia Vasallus ad tempus tantum Jus in feudo habet, resoluto igitur Jure Vasalli servitutem constituentis, per mortem etiam resolvitur hoc Jus servitutis *l. 31. ff. De pigriorib.* (3.) Quia aliàs cautum est, suam cuique non alterius conditionem deteriore facere licere, *l. 46. ff. de Pact. verb. concedere tenetur*: Non tamen in feudi detrimentum, seu Agnatorum personas, quia aliis Agnatis, ut non-hæredibus Vasalli, præjudicari nequit.

6. Adestne autem sic vera servitus?

Resp. Neg. Sed jus quoddam servituti simile, servitutes enim prædiorum ad tempus constitui non possunt, *l. 4. ff. de servitut. urb. præd.* imò magis illa servitus à personâ, quàm prædio dependet, quod pariter contra naturam servitutis. *Büsch. Comment. feud. p. 257.*

* * *

Quæst. 6. Non possunt.) Quia servitutes perpetuam causam habere debent *l. 28. ff. De servitut. urb. præd.* Hic verò non potest esse perpetua, cum duret tantum ad vitam Vasalli, suorumque hæredum; Ergò vera servitus constitui non potest.

Naturam servitutis.) Servitus quidem perpetuam causam habere debet, cum tamen nemo perpetuò & continuò utatur, sic etiam quis servitutem pro suâ voluntate constituere potest, ita nempe, ut persona potiùs quàm prædium confideretur,

retur, ceu & tempus pacto adjici potest, ubi, contra pactum veniens pacti exceptione, vel doli repelli potest, docent. *Lauterb. ad Tit. 1. Lib. VIII. In Requis. 1.*

7. Quid si per sententiam Judicis alicui in feudo assignata fuerit
Servitus?

Resp. Subsistit tunc servitus, etiam in præjudicium Domini, modo Vasallus in fraudem Domini nihil egerit. 2. F 43. *Struv. d. l. h. e. cum adversario non colluserit, quo pro servitute pronuncietur. Rictorshuf. l. 2. cap. 1. Quest. 9. in med.* modo tamen iudex ratione feudi competens fuerit.

* * *

Quest. 7. In fin.) Distingui circa hunc Articulum debet: An sententia iudicis Vasallo rem feudalem auferat, ex tali jure, quod etiam Domino & reliquis Agnatis obstat, v. gr. Ubi feudum evincitur; & tunc cum Domino tum Agnatis sententia nocet; An verò ex eo, quod ipsi Vasallo solum & ejus personæ contrariatur & tunc nec Domino nec Agnatis obest, v. gr. Si à Vasallo absque consensu Domini & Agnatorum contractus dominii translaticivus cum alio inicitur, & ex capite hujus contractus isti tertio feudum adjudicetur, tunc, quia hoc impedimentum tantum ex personâ Vasalli venit, sic & aliis præjudicari nequit; Hoc tamen notandum, quòd si res litigiosa fiat, necesse esse, litem Domino denunciari. 1. *Feud. 25.* Ut Dominus veniat & Vasallum vi & virtute contractus defendat, conferant, ea, quæ *Lauterb. ad Tit. II. Lib. 7. XXI.* habet,

8. An,

8. An,
contlic
d

Resp.
habet, cum
nullum con
giant legim
tur, præfer
9. mens, 1. Ca
jure feudali e

Quest. 7.
Vasallum,
nunquam ev
tunc licet, 1. o
feudum non
re arbitrio de
De via publ. C
lo unquam sen
sus, ac curare p
non curis præf

9. An V

Resp. N
rum tantum;
iamsi longissim
to, multo min

8. An, si quis Servitutum à Vasallo constitutam longo tempore possedit, per hoc eam legitime acquisivit?

Resp. Vivente Vasallo præscriptio locum non habet, cum Domino & Agnatis interim agendi jus nullum competierit. Post mortem verò illius, si Agnati legitimo tempore servitute alterum uti patiantur, præscriptione servitus introducta est. *Rosenh. cap. 9. membr. 1. Concl. 11. num. 4.* Longum verò tempus in jure feudali est 30. annorum. *Vid. qu. 7. tit. seq.*

* * *

Quæst. 2. In fin.) Verum est, posse contra quemvis Vasallum, qui agere potuit, præscribi; Aliud verò si nunquam eveniret occasio, ut potuerit Vasallus uti feudo, & tunc licet 1000. anni effluxi fuerint, ipsi non præjudicatur, & feudum non præscribitur, cum in libero prædecessorum fuerit arbitrio & merâ facultate, uti jure suo, vel non. *l. 2. ff. De viâ publ. Carpz. Jurispr. Forens. P. 2. C. 33. d. 13.* & nullo unquam tempore præscribetur servitus, ubi non extitit casus, ut currere potuerit præscriptio, non valenti agere enim, non currit præscriptio, *CL. Ant. Cap. XI. qu. 7.*

9. An Vasallus servitutum debitam remittere potest?

Resp. Non, nisi itidem quoad dies vitæ & filiorum tantum; Agnatis enim præjudicare nequit, etiamsi longissimum tempus intercesserit. *Rosenh. d. l. n. 10.* multò minus Domino, nisi consenserit,

* * *

Quest. 9. Ratio plana est & ad aperta, cum, Vafallo vi-
vente, Agnati nullum jus adhuc habeant, nec feudum licet
alienatum revocare possint, *CL. Aub. Cap. XX. qu. 7. & 12.*

10. Quâ actione vindicat Vafallus ser- vitutem feudo debitam?

Resp. Non utili rei vindicatione, quâ ipsum præ-
dium feudale vindicat, *2. F. 8.* sed actione confesso-
riâ utili. *Frisch. Comm. Feud. p. 257.*

* * *

Quest. 10. Confessoria utili.) Datur actio confessoria
directa Domino, cujus prædio servitus est constituta, utilis
autem Vafallo, aliisque jurium & rerum incorporalium Do-
minis ad jura competentia præstanda, *Vid. omninò CL. Lau-
terb. ad tit. 5. Libr. π. VIII.*

II. Quomodo Ususfructus à feudo differt?

Responsionem vid. supr. cap. 2. q. 13 & 14.

* * *

Quest. 11. Ususfructus rei in feudum concessæ in ac-
cipientem Vafallum transit, non ut servitus personalis, sed
ratione juris feudalis, dum, ut Dominus utilis re feudali u-
titur. *argum. l. 4. π. de Usufr. confunditur autem quando-
que causa cum effectu; feudum verò definitur per Jus, vel Do-
minium utile, cujus effectus est ususfructus, arg. l. 4. ff. de Usu-
fruct.*

12. Po-

12. Potestne Vasallus usumfructum in re feudali constituere?

Resp. Negando, quia ususfructus constitutio est species alienationis. *L. fin. C. de Reb. al. non alien. Lud. vvel. pag. 305.*

* * *

Quaest. 12. Ususfructus constitutio) Formaliter ita scilicet considerati; Commoditatem feudi verò alteri concedi posse, dubio caret.

13. Sed annon quoad dies vitae ususfructus valebit?

Resp. Nec hoc admittit *Ludov. d. l.* quia commode servitia praestare nequiret. Sed verius contrarium; nam Vasallus aliunde bona habere potest, unde servitia praestet. Hinc dicendum, quòd quidem ipso jure utilis domini Vasallus se non abdicare, facultatem tamen percipiendi fructus ex feudo ad alium transferre possit. *Rosenthal. d. c. 9. Membr. 1. Concl. 10. n. 5.* unde & in feuda ratione fructuum immissio fieri potest ob aë alienum Vasalli, *Struv. c. 12. th. 7. n. 2. §.*

4. Quàmvis Dominus feudi non consenserit.

* * *

Quaest. 13. Ob aë alienum vasalli) Ratio non minima est prohibitiva, Vasallum, ne quidem ad dies vitae ususfructum concedere possit, quia alienatio feudi etiam illa prohibita est, quâ possessio transfertur, *2. feud. 55. vers. Non quovunque modo.* At per Ususfructus constitutionem naturalis possessio in Ususfructuarium transfertur, Ergò; Sed res communiter ita temperari solet; Ususfructus concessionem alii factam pro-

cedere,

cedere, si Vasallus adhuc alia præstandis servitiis sufficientia bona habeat, cum feudorum fructus allodiales non feudales sint, arg. *Cap. un. 2. Feud. 45.*

14. Quis verò tunc præstabit servitia feudalia?

Resp. Tantum Vasallo debitori ex fructibus relinquendum, ut inde servitia feudalia præstare possit, *Kobl. de Servit. feudal. P. 1. n. 78. Carpzov. P. 2. C. 25. d. 5.* Alias à possessore exiguntur servitia.

* * *

Quaest. 14. Vasallo ex oppignoratis bonis tantum relinquendum, ut servitia præstare possit.

15. An Patri competit ususfructus in feudo à filio acquisito?

Resp. Neg. partim ob æquitatem, quia aliàs filius in effectu nihil ex feudo haberet, cum tamen servitia ab eo præstanda. *Ludov. p. 303.* partim ob qualitatem servitiorum, quæ regulariter militaria sunt, ut sic feudum ad peculium castrense sit referendum, non ratione militiae præteritæ, tamen futuræ, cujus intuitu feuda dantur. *Vult. c. 4. num. 8. Struv. c. 5. ib. 15. in fin.* Imò & donata à Principe pleno jure ad filium pertinent. *L. 7. C. de bon. qua. lib.*

* * *

Quaest. 15. Rectissimè sese habet CL. Authoris sententia, cui ut saniori certiorique DD. Calculus, uti videre est apud Dn. *Lauterb. ad π. Tit. De Pecul. adventit. irregul. n. 7.* accedit.

16. Quid

16. Qui
parte
sa;

Resp.
cum re con
Vasallum c
10. Cael. 4

Quæst. 14
prio, quoniam
pari est, qui
minum prop
Ulp. c. 127
π. In. 4. L.

PRÆ

G

1. In materia
tibus; au
bendo agri
do na præf
præscribend

16. Quid si re in feudum datâ, & ejus parte alteri in usumfructum concessâ, ususfructus extinguatur, ad quem spectabit?

Resp. Ad Vasallum, non ad Dominum, quia cum re consolidatur; rei verò utile dominium ad Vasallum devolutum, E. & ususfructus. *Resentb. cap. 10. Concl. 44. n. 3.*

* * *

Quest. 16. Verb. Ergò & ususfructus) Cujus ratio in aprico, quoniam ususfructus causalis dominii, hic loci, utilis pars est, qui secundum ipsam definitionem ususfructus ad dominum proprietatis redit, vel consolidatur, §. 3. *Instit. de Usufr. & l. 27. π. Quib. mod. usufr. vei us. amitt. Lauterb. ad π. Tit. 4. Lib. VII. n. 7.*

CAPUT XI.

DE

PRÆSCRIPTIONE FEUDI.

GENERALIA CAPITIS.

1. In materiâ præscriptionis feudi sequentes separandi sunt casus; aut enim de feudo jam constituto à tertio præscribendo agitur, ita ut maneat feudum; aut agitur de feudo ita præscribendo, ut fiat allodium; aut de allodio ita præscribendo, ut fiat feudum.

D d

2. Primò

2. Primo casu, quia omnis præscriptio se fundat in alienatione tacitâ, illorum tacitus consensus hic necessarius est, qui alias expressè in alienationem consentire debent. Unde præscriptio vivente Vasallo completa non nocet agnatis.
3. Secundo casu toties ex feudo fit allodium, quoties Vasallus rem allodiam esse existimans, Domino servitia petenti, illa negat, & ita rem liberè per 30. annos possidet.
4. Quoties verò quis de re suâ allodiali, putans illam feudalem esse, alteri servitia præstat per 30. annos, toties ex allodio fit feudum.

I. Quotupliciter præscriptio in feudis consideratur?

Resp.

Dupliciter, vel ratione Vasalli, si dominium utile; vel ratione Domini, si dominium directum in re alienâ præscripserit, vid. *Struv. cap. 8. th. 12. n. 2.* & his modis per præscriptionem ex allodio fit feudum.

* * *

Quest. 1. Ad loci huius sensum ingenuum eruendum faciunt egregiè illa, quæ *CL. Aut. Cap. 11. Qu. 33. & 34.* affert.

2. Potestne verò per præscriptionem dissolvi feudum?

Resp. **Affirm.** Si vel Vasallus in re feudali dominium directum præscripserit, de quo vid. *Qu. 17.* vel **Domi.**

Dominus præscripserit dominium utile. Vid. *infr.*
Quæst. 20.

* * *

Quæst. 2. Hæc quæstio ex sequentibus in ipsâ responsione allegatis locis satis declarabitur.

3. Quomodo verò Vasallus præscriptione feudum acquirit?

Resp. Si rem quandam alienam ut feudalem per 30. annos possederit, & servitium alteri, cujus res erat, tanquam Domino exhibuerit. 2. F. 26. §. *Si quis per 30. & c. Ludov.* p. 172.

* * *

Quæst. 3. *Verb. Tanquam Domino exhibuerit.*) Optimè; quamvis illud actu non præstiterit, probante id ipso textu *Verf. Si quis servitium Domino exhibuerit.* modò non in morà fuerit, quò minus præstaret; Vasallus, quippe, præstare officium, non nisi, mandatum cogitur 1. f. 21. 2. *feud.* 26. *¶ Licet Vasallus.* 2. f. 33. *¶ Et servitium ejus & 2. f. 32. §. Non cogitur.*

4. Qualis ergò possessio requiritur?

Resp. Ut rem quasi feudalem, quam ex justa vel probabili causâ talem esse credit, possideat; secus si ut propriam, quia ita qualitas feudalis cessaret; secus etiam, si ut pignus; juri enim reluendi nullo tempore præscribitur, l. 10. C. de *Pignorat. Act.* Vid. *Zaf. ad ff. tit. de Pign. Act. n. 18.* ex qualitate enim possessionis judicatur qualitas præscriptionis.

D d 2

Quæst.

* * *

Quaest. 4. Ut rem qf. feudalem.) Vafallus rem feudalem naturaliter & civiliter possidet, Dominus Vafallum enim in vacuam possessionem mittere cogitur 2. f. 7. §. 1. & 2. f. 22. pr. vacua à illa est possessio, quæ ab alio nec animo nec corpore detinetur, vid. *Lauterb. ad π. Tit. de Acquir. vel amittend. possess. in Div. 5.* Unde Vafallo rei vindicatio competit, 2. f. 8. §. Rei autem.

5. An possessio debet esse continuata?

Resp. Affirm. Ob particulam *Per* in dict. §. 2. F. 26. Prodest tamen possessio defuncti etiam successori, modo hic investituram post mortem prædecessoris petierit. 1. F. 24. princ. *Aut. Disp. 50. th. 3. lit. f.* aliàs enim successor à suâ personâ tempus 30. annorum inchoabit; nam sine investiturâ non continuatur possessio feudalis. Tanto autem tempore etiam juri Domini, quod ob non petitam investituram habebat, præscribitur.

* * *

Quaest. 5. Aliàs successor à suâ personâ.) *Lauterb. ad π. Tit. De præscript.* conjungi tempora in præscriptione inter defunctum & hæredem, imò & successorem singularem per §. 8. *Inst. & l. 2. §. 20. π. Pro empt.* probant; si Autor in malâ fide fuerit, interest: An Successor universalis an singularis fuerit: ille nullo modo ufucapit, quia in vitia defuncti succedit; nisi ex sua b. f. pro hærede ufucapiat, allegat. *Dn. Lauterb. citat. loco.* hic potest, sed jure novissimo, tum demum, si Dominus alienationem esse factam, sciverit, *Nov. 119. Cap. 7. in fin.*

6. Quan-

6. Quantum tempus ad præscriptionem feudi requiritur?

Resp. Triginta annorum, *dict. §. 2. F. 26.* quod ipsum tempus computandum ab eo die, quo servitia præstitit vel exhibuit. *Rosenth. c. 6. concl. 78. n. 2.* Et idem tempus etiam jure Saxonico sufficere vult *Schrad. de feud. p. 5. c. 4. n. 28.* licet ibi aliàs in immobilibus adhuc annus & dies requiratur.

* * *

Quæst. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. Hæ quæstiones partim è superioribus, partim, ex subsequentiis patent; ubi illæ satis superque explicitæ sunt.

7. An ergò decem vel viginti annorum præscriptio non sufficit?

Resp. Non; cum Longobardi aliam præscriptionem, quàm triginta annorum non agnoverint. *Lud. vel. p. 174. Struv. c. 8. th. 12. n. 3.* hinc si in aliis juris feudalis textibus Longobardicis, præscriptionis longi temporis mentio fiat, hoc de triginta annis explicandum, *Vult. c. 9. n. 5. Dissent. Schrad. P. 5. c. 4. n. 3.* qui in feudo bonâ fide empto præscriptionem 10. vel 20. annorum admittit.

8. Sed quid in præscriptione feudi Ecclesiastici?

Resp. Hic quâdragenariâ præscriptione opus esse communiter volunt, per *Nov. 111. & 113.* ubi illa in

 Dd 3 rebus

rebus ecclesiæ locum habere dicitur, quod jure feudali non aliter decifum. *Siruv. c. 8. th. 12. n. 3. ynsing. Cent. 4. O. 29.* Sed distingui potest inter præscriptionem rei Ecclesiasticæ quâ talis, & quâ feudalis; Illo casu 40. anni sunt necessarii. hoc casu non, quia hic proprietates ecclesiæ manet salva. *Vult. c. 9. n. 8. Ludov. pag. 175.* Imo utilitas quoque ad ecclesiam redire potest finito feudo; sed priori casu res in perpetuum ecclesiæ aufertur.

9. An verò bona fides ad præscriptionem feudi est necessaria?

Resp. Jure civili præscriptio tricennalis eam non requirit. *l. 8. §. 1. C. de Præscript. 30. ann.* Cùm verò hodiè hoc casu jus canonicum attendamus, quod in omni præscriptione bonam fidem requirit, *cap. fin. X. de Præscript.* etiam in præfenti quæstione bona fides non negligenda. *Vult. l. 1. c. 9. n. 15. Ludov. p. 173. Rosenthal. c. 6. Conclus. 77. n. 9.* Quanquam tanti temporis lapsu bona fides præsumatur, ut eà propter malam fidem alleganti probatio incumbat. *Siruv. c. 8. th. 12. n. 3.*

10. Quare servitorum præstatio est necessaria?

Resp. Ut de animo constet, an rem ut feudalem possidere voluerit, & ut res in notitiam Domini veniat, ne ei ignoranti Vasallus obtrudatur.

11. Sed an realis præstatio servitorum requiritur?

Resp. Negando, sed sola servitorum exhibitio sufficit,

sufficit. licet
2. f. 26. ibi
ra non fu
iam præta
vius exhib

12. Q

Resp.
annos factu
est. *Mysing.*

13. An T

Resp.
non adim
tuli & inve
in p. & ho
dam sufficit
se debuit V
præfendere

14. An i

Resp. N
per præscrip
verò, si intra
fallus, invest
bet. *Par. cap.*
antecessoris n

sufficit. licet realiter non præstiterit, arg. §. Si quis. 2. F. 26. ibi: exhibuerit. Modò tamen Vasallus in morâ non fuerit, quò minus servitia exhibita simul etiam præstaret. *Vult. c. 9. n. 15.* Et modò Dominus servitiis exhibitis non contradixerit.

12. Quoties servitia exhibita esse oportuit?

Resp. Sufficit, etiamsi semel tantùm intra 30. annos factum, nam ut singulis annis fiat, opus non est. *Mynsing. Cent. 4. obs. 29. Anton. Disp. 5. th. 3. lit. b.*

13. An Titulus ad præscriptionem feudi necessarius?

Resp. Neg. nam patientia Domini possessionem non adimentis, sed servitia admittentis, est loco tituli & investituræ, 2. F. 33. pr. *Struv. cap. 8. th. 12. n. 3. in fin.* & hoc quoad qualitatem feudalem acquirendam sufficit: Ipsam tamen rem sine vitio nactus esse debuit Vasallus. Imò si Vasallus contra Vasallum præscribere velit feudum, titulo utique opus est.

14. An itaque investituræ probatione hoc casu opus est?

Resp. Neg. quoad investituram primam, quæ per præscriptionem tricennariam præsumitur; Hares verò, si intra 30. annos decesserit Dominus vel Vasallus, investituram ipse petere, eamque probare debet; *Vult. cap. 9. n. 15.* alias enim conjugere tempora antecessoris non possit.

Quest.

* * *

Quest. 14.) Quoad Investituram primam : Ratio redditur in 2. f. 26. quia sc per præscriptionem quis tutus fit, quamvis de eâ re non sit investitus ; Investitura igitur & præscriptio, tanquam contrariæ species feudi acquirendi sibi invicem opponuntur ; Ergò frustra præsumitur investitura intervenisse in feudo præscripto.

Probare debet.) Quia possessio defuncti, successori prodest, modò is petierit investituram 2. f. 24. & §. 12. *Instit. de Usucap.*

15. Sed estne feudum, quod per præscriptionem quæsitum, proprium ?

Resp. Affirm. quia licet investitura hîc non intercesserit, præscriptio tamen id operatur, ut re verâ investitura intercessisse præsumatur ; Comparatur enim præscriptio investituræ ; *Schrad. part. 7. cap. 4. n. 15.* quæ ficta investitura ob autoritatem juris idem operatur, quod vera : *Struv. c. 8. th. 12. n. 1.* Ergò filia hîc non succedunt.

* * *

Quest. 15. Ut reverâ &c.) Quia propria feudi cognitio est investitura 2. f. 1. §. *Feudum neminem posse acquirere nisi investitura.* sed in feudo præscripto, loco investituræ lapsus 30 annor. est 2. f. 26. v. *Si quis per 30. ann.* unde pro feudo proprio satis tutò cum CL. Autore concluditur.

16. An qui de re alienâ alium investit, præscribere illam rem potest contra verum Dominum ?

Resp. Affirm. non quidem ut feudum, quia ita inve-

investiens
dilem, si
concurrat
d. l. n. 4
continua

Quest.
do, breviter
septem : (1)
causa, (4)
fessio, (7)

Deum.
har, quæ tant
investientes h
lodials, erg
va viginti a
num. 2.

17. A

Resp.
dium ; h
opus habet
sic sic rem
in. Conf.

Quest.
vitiu non
coe servitia
Alodia
vanda ulicap

investiens illam rem non tenuit ; Sed ut rem al-
 lodialem, si reliqua usucapionis requisita ex jure civili
 concurrant, ut si hoc casu decem anni sufficiant, *Struv.*
d. l. n. 4. Possessio autem investientis per investitum
 continuatur.

* * *

Quæst. 16.) Usucapionis Requisita hæc, sequenti mo-
 do, breviter proponuntur: Non usucapies, nisi sint tibi talia
 septem: (1) res habilis, (2) justum tempus, (3) bona
 causa, (4) fidesque, (5) non data per Dominum, (6) pos-
 sessio, (7) continuata.

Decem anni sufficiant) Nulla juris feudalis ratio hic ob-
 stat, quâ tantum requiruntur 30. anni; causa enim Domini
 investientis hic non consideratur ut feudalis, sed tanquam al-
 lodialis, ergo sufficiunt inter presentes decem, inter absen-
 tes viginti anni *Lauterb. in π. Tit. De Usurp. & usuc. in form.*
num. 2.

17. An Vasallus directum feudi domi- nium præscribere potest ?

Resp. Affirm. scil. ut ex feudo postea fiat allo-
 dium ; si Dominus intra 30. annos servitia, quibus
 opus habebat, exegerit, sed Vasallus contradixerit,
 & sic rem non ut feudalem, sed ut allodium possede-
 rit, *Conf. Ludov. c. 8. p. 177.*

* * *

Quæst. 17. Servitia) Sufficit quoque, si modò NB. ser-
 vitium non fuerit præstitum, nec exhibitum, licet non præ-
 cisè servitia 2. f. 26.

Allodialem possederit) Eadem à Vasallo necessariò obser-
 vanda usucapionis requisita, quæ & à parte Domini sunt.

Ee

18. Quid

18. Quid verò requiritur, si Vasallus feudum ut allodium præscribere velit?

Resp. Ut possessionem Domini bonâ fide inter-
verterit Vasallus, e. g. servitia denegando, vel se Va-
fallum esse, negando. Citra tale factum enim pos-
sessionis causam sibi mutare non potest. *Servv. cap. 15.*
ib. 3. n. 5. Et quàm diu ut Vasallus possidet, nunquam
contra Dominum præscribit. *Ludov. d. p. 177.*

Quæst. 18. Mutare non potest.) Controverti solet; An
civilis vel naturalis possessio in Vasallo requiratur; Et verius
est, Vasallum non tantum naturaliter, verum & civiliter
possidere; Quia Vasallus non nudus usufructuarius, cui nihil
præter Jus utendi fruendi competit, sed & Dominus utilis 2.
f. 8. §. *Rei autem.* hinc & in rem actionem habet, *cen addu-
ctum supra.*

Præscribit.) Et quidem propter ejus malam fidem, *arg.
C. 2. De R. l. in 6.*

19. An aliquis directum dominium in re alienâ præscribere potest?

Resp. Affirm. Si Dominus allodialis de re suâ li-
berâ alteri per 30. annos servitia præstiterit, & hic
eadem acceptaverit, quo tempore hic sibi dominium
directum in re alienâ quæsit, & verum rei Domi-
num sibi Vasallum fecit. *Ludov. p. 176. Ant. D. 5. th. 3.*
lit. i. Debet tamen illa præstatio servitiorum fuisse
determinata ratione certi prædii. *Schrad. p. 5. cap. 4.*
num. 14.

Quæst.

* *

Quæst. 19. Certi prædii.) Simplex servitiorum præstatio Vasallum non reddit, nisi hæc formalis & determinata sit, facta sc. respectu certæ rei in feudum recognoscendæ.

20. An Dominus utile dominium contra Vasallum præscribere potest?

Resp. Affirm. Si rem jure pleni domini, tacente & non contradicente Vasallo, per 30. annos possederit, ob naturam correlativorum. *Siruv. c. 15. th. 3. num. 4.*

* *

Quæst. 20. Ob naturam correlativorum: Eadem est ratio correlativorum in uno quæ in altero, scilicet, NB. Si eadem utrobique ratio sit *arg. l. f. C. De indict. vid. toll.* Sic Vasallus contra Dominum præscribendo rem facit feudalem, ergo & Dominus vicissim contra Vasallum præscribendo facit rem liberam. Nec obst. quòd Dominus non possit ignorante Vasallo naturam antiqui feudi alterare. R. (1.) Non habetur pro ignorante, qui contra se præscribi patitur, *l. 28. ff. De V. S.* addantur hic omninò ea, quæ *ad qu. 19. cap. precedentis III.* sunt adducta. (2.) Non tam Dominus feudi mutat antiquam feudi naturam, quàm lex præscriptioni assistens.

21. Quid verò, ut hoc procedat, requiritur?

Resp. Præter tempus legitimum, scil. 30. annorum, requiritur, ut Dominus feudi possessionem ex justâ causâ acceperit; absque possessione enim præ-

Ec 2

scriptio

scriptio procedere non potest. *l. 3. ff. de Usucap.* Deinde ut continuò possederit sinè agnatorum contradictione, alioqui enim interrumpetur præscriptio. *Ludov. p. 176. Vult. c. 9. n. 17.*

22. An verò, si Vasallus ita feudum præscribi passus fuerit, hoc nocebit agnatis?

Resp. Neg. nisi illi, postquam ad eos successio feudi devoluta, itidem per 30. annos tacuerint, antea enim non valuerunt agere. *L. 1. C. de annal. except.*

* *

Quest. 21. 22.) Quilibet agnatorum enim Jus quæsitum in feudo habet; Cujus respectu, maximè, ubi nullà præscriptionem interrumpendi occasio Agnato nata, jus saluum manet; Ita, ut contra illum nunquam præscribi poterit, sique res meræ facultatis est, arg. *L. 2. ff. De via publ. Carpz. P. 11. Const. 48. defin. 9. & seqq.*

23. An Domino, feudum à Vasallo alienatum revocanti, præscriptio opponi potest?

Resp. Disting. aut Dominus repetere vult feudum, quoad dominium directum, & sic ei non obstat præscriptio; Ratio, quia qui ut Vasallus possidet, proprietatem præscribere nequit, quam nec Vasallus alienans transferre potuit. *Vult. c. 9. n. 20. in fin.* Aut repetere vult quoad utile dominium, quasi feudum contra suam voluntatem alienatum, & hic obstat

stat præscr
to tempor
sibi præscr
tionem n
10. Reser
to. n. 11. 4

Quest.
fimo temp
go tempor
Domino n
ene emul
tatione ser
maxime, si
ficus fuerit;
ur. Nec
tempora va
peratore
plus acte
untur, n
no Laner

24. Se

Resp.
temporis
quam vi
quest. 7. h
tat. Ludov
Longoba
ignotum
ma à fide
sunt. Sever

stat præscriptio. 2. F. 9. §. Porro. Dominus enim tanto tempore servitium à novo possessore recipiendo, sibi præjudicavit quoad utile dominium, & alienationem ratihabuisse præsumitur. *Sehrad. part. 5. c. 4. n. 10. Rosenth. c. 9. Membr. 2. concl. 97. n. 37. Conf. Struv. c. 33. th. 10. n. 4.*

* * *

Quæst. 23. Juri revocandi præscribitur longo vel longissimo tempore; Longo tempore, ubi Vassallus Domino longo tempore servitia præstitit, & allegat, se de hoc feudo à Domino investitum esse, vel se hanc rem Domino consentiente emisse; etenim ex hujus temporis decursu unà cum præstatione servitorum Domini voluntas quàm cerè colligitur, maximè, si ad hæc servitia præstanda à Domino feudi requisitus fuerit; Tempore longissimo, si tantum bonâ fide nitatur. *Nec Obst. 2. f. 55. §. Quod ab initio vitiosum, tractu temporis non convalescere;* Ex eo, quippe satis constat, Imperatorem loqui de præscriptione, in quâ solus temporis lapsus attenditur, cujusmodi est ea, quâ m. f. possessor alias utitur, non autem quâ possessor bonâ f. nitens, videat omnino *Lauterb. ad π. Tit. De Usufr. in C.*

24. Sed quid ita ad textus 2. F. 40. & 2. F. 55. respondendum?

Resp. Communiter Dd. illos textus de longi temporis præscriptione explicandos esse volunt; & quàmvis hanc non agnoscant Longobardi, vid. *supr. quæst. 7. b. cap. ut sic dictam explicationem non admittat Ludovell pag. 178.* dicta tamen capitula non sunt Longobardica, sed Imperatoria, quibus jus civile ignotum non fuit. Quàmvis & de hoc casu, ubi de malâ fide possidentis apertè constat, explicari possint. *Struv. d. th. n. fin.*

Quæst.

* * *

Quaest. 24. Hæc Capitula peritiùs inspecta & accuratiori modo considerata Textui 2. f. 9. §. porro. non obstant, uti Dn. Gothofr. in Not. ad Cap. 40. lit. o. & p. ad oculum ostendit; Unde satis turò concluditur, præscriptionem in feudis ob publicam utilitatem, secundùm prædictum modum, procedere; Sed & notandum: Dominum contra quem præscribitur, volentem malam fidem præscribentis probare, audiendum esse.

25. Quanto tempore præscribuntur Regalia?

Resp. Non nisi tempore immemoriali contra Superiorem præscribi possunt. c. Super quibusdam. §. Præterea. X. de V. S. Rosensh. c. 5. conclus. 16. n. 3. Quòd si verò contra privatum Regalia præscribenda, sufficit tempus ordinarium. Rosensh. d. l. concl. 17.

* * *

Quaest. 25. Præscriptione immemoriali Regalia acquiri inuunt Recef. Imperii de Anno 1548. Wann euch. 56. & §. Wo aber. 64. Instrum. Pacis Artic. VIII. §. 4. & Artic. IX. §. 2. Artic. XV. §. 2. Vid. tamen Nota & Vindic. in Gail. Obs. 160.

26. An verò indistinctè Regalia immemoriali tempore possunt præscribi?

Resp. Affirm. de illis, quæ per modum privilegii poterunt transferri; est enim illa præscriptio instar privilegii. Transferuntur verò illa, quæ à privato

vato possit
16 n. 1.
prio aliquo
c. 100. §.

26. (b)
petere
bis;
po

Regi N
succedit, cui
X. de præscrip.
bit in Princip
fuit.

Quaest. 26

Dominus malit
rius inuunt,
vill. Complu
militum arguunt
rervillimo de

vero contumaci
Princem; ten
galum Imperi
legibus morit
fa; Puta si Pri
dignitatis con
purodi alienat

Wittenbergens
W. n. 28. p. 102.
erit/ dritte/ hie
ge ettemen. 23

vato possideri, vel exerceri possunt. *Rosenth. d. l. concl. 16 n. 1.* Vid. *supr. c. 9. qu. 25.* Pari modo præscriptio aliquem eximit ab Imperio. *Myler. de Statib. Imper. c. 100. §. 3.*

26. (b) An Imperatori Romano, repetere volenti alienata ab antecessoribus, objici potest præscriptio tempore antecessorum impleta?

Resp. Non puto, quia Imperator singulari jure succedit, cui antecessorum negligentia non obest. *c. 2. X. de præscript. Vid. liter. c. 23. §. 15.* Idem jus obtinebit in Principatibus per Instrum. Pacis, noviter quaesitis.

* * *

Quest. 26. Extra omnem controversiam est, Regionum Dominos multa Regalia quæ non jure Privilegii, sed Superioritatis intuitu, tenent, præscriptione immemoriali acquisivisse. Compluscula eaque satis momentosa pro CL. Authore militant argumenta, quæ concinnè collegit *Dn. Iterus Tract. nervosissimo de Feud. Imp. Cap. XXIII. §. 15. & 16.* tandem verò communi Dd. sententiæ accedit, scil. Imper. aliumve Principem, temporis lapsu immemorialis, à revocatione Regalium Imperii Feudorum excludi, præsupposito, si aliqua legibus moribusque, probata justa alienandi intercesserit causa; Putà si Princeps aliquid de Principatu alienaverit, idque dignitatis consequendæ causâ, ubi Agnatis succedentibus ejusmodi alienationes rescindere non facile licebit, uti Jcti Wittenbergenses apud *Zieglerum de Jur. Maj. Libr. 1. Cap. IV. n. 28. p. 103.* in sequentia verba responderunt: *Auff die erste/ dritte/ siebende/ achte/ zehende/ und dreyzehende Frage erkennen Wir für recht: Obwohl ein Lands-Fürst seinem*

nem Land- und Herrschaften treulich vorzustehen / schuldig / dieselbe auch nicht zu verbermindern / noch eigenes Gefallens mit Schulden beschweren / ingleichen auch die Einkünften / Regalia, und andere Gerechtigkeiten weder unter den Lebendigen / noch auff den Todtsfall / dem Successori zu Nachtheil / nicht veräußern mag; dennoch / aber / und dafern Er durch dergleichen Veräußerung des Landes und gemeinen Wesens bestes gesucht / obgleich solches in eventu nicht erhalten worden / oder / es wäre die alienation auß dringender und dem Land höchst-beschwerlichen Schuldenlast / oder einer andern unvermeidlichen Noth und zu Erhaltung der übrigen Landschaft geschehen / oder es betreffe die Veräußerung gar ein wenig an / so weder der Landschaft noch der Fürstl. Hoheit / oder deren Erhaltung / nach Gelegenheit derselben allzu merklichen Abgang verursachte / und es wären solche Handlungen und Beträg von Ihm nomine dignitatis als von einem Fürsten / nicht aber als einem privato geschehen; So wäre der Successor gleicher Gestalt daran gebunden.



CAPUT XII.

DE

INVESTITURA FEUDI.

GENERALIA CAPITIS.

- Investitura feudi nihil aliud est, quam solemnitas feudi collatio; quae cum ex arbitrio Domini investientis dependeat,

deat, illis signis expediri poterit, quæ Domino adhibere lubet.

2. Cum verò ex investiturâ omnis feudi efficacia dependeat; testes adhibendi sunt, & quidem tales, qui ab eodem Domino feudum recognoscunt, qui *Pares Curia* dicuntur, quorum major fides est.
3. Cum autem non tantum per nosmet ipsos, sed etiam per procuratorem res nostras transferre valeamus, valebit etiam investitura per procuratorem facta.

I. Unde Investitura derivatur?

R Esp. à Germano *Westen* / quod significat firmare, stabilire; vel etiam ab investire seu veste aliquâ induere; solennibus enim vestimentis in ejusmodi inaugurationibus uti solebant; hinc & investitio dicitur *1. F. 26. princ. v. Testes Struv. c. 8. th. 1. n. 1. Ludov. pag. 139.*

* * *

A *Drubr.* Feudum Investiturâ acquiritur, sed acquisitum successione continuatur; aut Investituram præcedit iusta domini utilitatis acquirendi causa, scil. *Conventio, Prescriptio, vel Ultima Voluntas.*

Quæst. I. A confirmatione propriè dicitur, à Gothico *vesta* vel *investa*, non à vestimento, quia instrumentum sufficit ad investituram.

2. Quotupliciter capitur Investitura?

Resp. Interdum pro ipsâ feudi possessione; interdum pro instrumento super investiturâ confecto; interdum pro ipso investiendi actu. *Ant. Disp. 4. th. 1. lit. 6.*

Ff

3. Quid

3. Quid est investitura?

Resp. Est solennis feudi traditio à Domino ve-
lè vel fidè facta. *Ludov. p. 138.* quæ investitura regu-
lariter contractum feudalem præcedentem supponit,
cujus quasi consummatio est investitura.

4. Quotuplex est?

Resp. Duplex: Propria & Abusiva; 2. *F. 2. princ.*
quæ distinctio modum investituræ respicit, sed effe-
ctum non mutat. *Inter. c. 9. §. 5.*

* * *

Quæst. 4. Sed effectum non mutat.) Quia utraque eun-
dem finem intendit, Abusiva enim representatio est futuræ pos-
sessionis verbis & signis adumbrata, unde à Zasio *Nominalis*
vocatur; Variæ autem sunt verborum formulæ & figuræ, 2.
f. 33. pr. propria s. realis in vacuum possessionem feudi indu-
ctio 2. *f. 2.* nominatur: Non obstante, quòd licet investitura
per se & ratione effectus simplex sit & unica; Respectu adjun-
ctorum v. Alia vera & propria; Alia abusiva est.

5. Quæ est propria?

Resp. Quando rei feudalis possessio revera & a-
ctualiter per traditionem in aliquem transfertur, *Lud-
vvel. p. 152.*

* * *

Quæst. 5. Quod & fit, cum Dominus Vasallum coram Pa-
ribus Curie in possessionem ire jubet, 2. *f. 33. in pr.* v. gr.
Vade in possessionem hujus fundi, & tene illum pro feudo.

6. Quæ

6. Quæ est Abusiva ?

Resp. Quando Dominus signis quibusdam, futuram possessionem innuentibus, adhibitis, veluti baculo, scepro, gladio &c. coram testibus alicui feudum cedit. *Servv. c. 8. th. 5. Anton. Disp. 4. th. 3.*

7. An in omnibus feudis æqualia investituræ signa adhibentur?

Resp. Neg. nam summa feuda, ut Regnum; per hastam aut gladium; Media, ut Ducatus, per vexillum & interdum per gladium; Minima per annum vel torquem; Ecclesiastica per baculum, pallium vel anulum concedi solent, *Ludvv. p. 154.* Quamquam hæc omnia commodius ex more Regionis dijudicentur. Hodiè Imperator communiter per enses investit, *Vult. c. 7. n. 20. Conf. supr. cap. 3. qu. 33.* etiam ipsos Episcopos & Archiepiscopos, quia illos de territorio tantum, non de Ecclesiasticâ dignitate investit. Solemnia verò investiturarum moderna vid. *infi. in append. sub n. 1. 6. 2. & 3.*

Quæst. 6. 7. Investitura abusiva est, quâ ritus Investituræ adhibentur, ratione quorum instrumentum erigitur, cujus virtute Dominus præcisè possessionem tradere tenetur, nec præstando illud, quod interest, liberatur; Estque necessaria investitura in feudo quoque legato, vel iudicis sententiâ constituto;

8. An testes in investiturâ adhibendi?

Resp. Affirm. de jure feudali: Sinè legitimâ enim testificatione vis investituræ nulla est. *2. F. 32.*

* * *

Quaest. 8. Fit Hodie coram Consiliariis in Cancellaria feudali,

9. Quales verò debent esse testes ?

Resp. Pares Curia, non extranei. 2. F. 23. ne ita per alios testes fortè corruptos, quod tamen de Paribus Curia non praesumendum, Domino praedieum fiat. 2. F. 58. §. *Idem. v. Idcirco.* Quàmvis hic distingui possit inter testes illos, qui investiturae adhibendi, & inter illos, per quos investitura probanda; Ad hoc etiàm extranei sufficient, qui deponere debent, se vidisse, Pares curia adfuisse. *vid. Busch. Comm. feud. p. 573.*

10. Sed quid si Dominus fateatur, investituram esse factam ?

Resp. Adhuc tamen novi feudi investitura non valet. 2. F. 33. cum hac solennitas juris publici sit, cui renunciare licitum non est. *Ludov. pag. 143.* & Pares quoque non tam probationis, quàm solennitatis causâ ad substantiam actus adhibentur. *Ant. D. 4. th. 6. lit. c.*

* * *

Quaest. 9. & 10. Investiturae adhibendi: Testes itaque Pares non tam ad probandum, quàm ad actum substantiandum & solennisandum intervenire debent; Alia quod attinet negotia, alii non impediti vel non prohibiti sunt testes habiles *l. 2. ff. De Testib.* sive verè, sive hominum opinione, tales sint. Sunt autem Pares Curia seu curtis ejusdem Domini in eodem territorio Convassalli dicti à Paritate non *status & conditio-*

conditionis sed fidelitatis, quod sc. ipsorum res feudales unius Domini territorio & Curia, h. e. Domui Dominicali sub-
sint, 1. f. 26. § 1. verb. Pares da domo Domini. hinc, etiam si
unus, verbi causa; feudum in Curia Juliacensi & Montana,
alter in Curia Palatina ab Eodem Serenissimo Benignissimo-
que Feudi Domino Electore Palatino, & Duce Juliae & Mon-
tium recognosceret, non Pares Curia tamen erunt, propter
Curiarum disparitatem.

II. Sed quid si Dominus Pares Curia non habeat?

Resp. Eo casu alii testes idonei & fide digni ad-
mittuntur. arg. 2. F. 2.

* * *

Quaest. 11. Idonei.) Quales non aestimantur servi vel
foeminae, arg. L. 2. ff. De Testib. In Testimoniis enim digni-
tas, fides, mores, & gravitas testium examinanda sunt, cum
non testimoniis sed testibus sit judicandum probant, cap. 8. X.
de Cohabit. Cleric. l. 3. §. 3. π. De testib. Quorum habitus
tempore depositionis & examinationis consideranda, Carpz.
L. 3. B. 87.

12. Quid verò, si quis Pares habeat, sed illi absentes sint?

Resp. Extraneos admittendos esse, vult Obertus
1. F. 26. Sed 2. f. 33. absentes expectandos esse dicitur,
quod ultimum probant Ludov. p. 143. Vult. c. 7. n. 27. qui
in textu 1. F. 26. pro *abfuerint* legunt *non fuerint*. Pro
conciliatione distingui potest inter absentiam non ad-
eò remotam & remotissimam, de hac textum 1. F. 26.

Ff 3

intel-

intelligimus; de illâ verò 2 F. 33. Conf. *Struv. cap. 8. ib. §. n. 2. in fin. Ant. Disp. 4. th. 6. lit. d. in fin.*

* * *

Quest. 12. Quàm diu Pares Curix absentes expectandi sint, id rectius arbitrio judicis relinquendum *arg. l. 1. §. 2. π. De jur. deliber.* Maximè, cum in jure feudali nullum tempus neque explicitè neque implicitè definitum sit.

13. Quid si præsentés quidem sint Pares, sed inhabiles?

Resp. Perindè habentur, ac si non adessent, ut si pupilli vel furiosi sint. Quàmvis enim tutores habent, quia tamen illi Pares non sunt, nec præcisè ad testimonium adhibendi, *Ludov. pag. 147.*

* * *

Hæc Quest. 13. Satis declaratur è supra dictis.

14. Quid si extraneus errore communi pro Pari Curix tempore investituræ habeatur, an investitura valet?

Resp. Negat *Ludov. pag. 146.* Sed æquius aff. cum in solemnibus tempus factæ investituræ, non depositionis sit inspiciendum. *arg. §. 7. Instit. de Testam.*

* * *

Quest. 14. Ab *Arg. §. 7. I. De Testam. & arg. l. 3. π. De Off. Prator.* sufficientem accipit lucem, ita ut affirmativa præferenda sit.

15. Quot

15. Quot testes requiruntur?

Resp. Duo ad minimum necessarii. 2. F. 2. Anton. Disp. 4. th. 6. lit. b. in probanda tamen feloniam Vasalli, quia res maximi præjudicii est, quinque testes idonei requiruntur. 2. F. 57. quod hodiè vix attenditur.

* *

Quæst. 15. *Quinque testes.*) Hodiè duos testes idoneos, in Criminalibus, & quibuslibet arduis causis ad condemnandum Vasallum etiam sufficere, Praxis tenet.

16. Annon itaque investitura per instrumentum probari potest?

Resp. Neg. Quàmvis enim publico iustrumento fides habeatur; hoc casu tamen breve testatum seu instrumentum testibus corroboratum non aliter valet, quàm si illud à duobus Paribus sit subscriptum. 2. f. 32. Conf. 2. f. 2. pr. Moribus tamen nostris Parium præsentia remissa est, & breve testatum Domini sigillo confirmatum, vel alia Domini confessio de factâ investiturâ, imò attestatum Cancellariæ feudalis, sufficit. Conf. Ludov. p. 150. Struv. cap. 16. th. 14.

* *

Quæst. 16. Quia non attenduntur solemnia juris communis feudalis; sed quidquid in quovis Dicasterio fuerum, & stylo receptum, servatur; Stylus enim Curia pro lege habetur C. 6. De Reser. in 6.

17. Si feudum à Clerico concedatur, an & ibi Parium Curia testimonium necessarium?

Resp. Affirmatur hoc 2. f. 32. Sed negatur 1. f. 26. Dicen-

Dicendum itaque, hoc casu extraneos pariter & Pares, i. e. simul cum Paribus admitti; dum enim clerici sapius ignorante Capitulo quid facere solent. eò magis prospiciendum ecclesie; & ut omnis fraus exulet, non tantum Pares, sed & extranei simul adhibentur. *Siruv. c. 8. th. 5. n. 3. Conf. Ludov. p. 149.*

* * *

Quest. 17. Pares Curie requiruntur, conjunctis etiam extraneis, eamque explicationem suadet vox *pariter*, quæ adverbium *congregandi est*, quâ interpretatione, quæ verbis *Cap. 1. f. 26.* bene congruit, admittenda, dici potest; Pares Curie, sive Clericus, sive Laicus investiat, esse necessarios, ut nempe quævis suspicio evitetur, & rebus ecclesie magis prospiciatur.

18. An verò Dominus præcisè feudum Vasallo tradere debet?

Resp. Affirm. 2. f. 7. in fin. hinc non liberatur præstando interesse, si Vasallus ipsam rem habere velit, modò Dominus tradendi facultatem habeat, *Siruv. th. 9. num. 9. Inst. D. 4. th. 9. lit. b.* & hæc traditio fit vel verè per realem inductionem in feudum, vel fidei, per patientiam, *Siruv. th. 11.*

* * *

Quest. 18. Per patientiam. Quod contingit (1.) ubi Dominus rem ostendit, & dicit se ejus possessionem tradere *l. 18. §. 1. ff. de Acq. vel amitt. possess.* undè si in conspectu rei Investitura abusive fiat, eo ipso res simul tradita censetur, *arg. l. 74. π. De contrab. empt.* (2.) Si Dominus jubeat, ut Vasallus possessionem apprehendat, *L. 51. ff. De acq. v. amitt. poss. & 2. f. 33.* quod referri potest modus tradendi res incorporales, si nimirum Dominus patiatur Vasallum hoc vel illo jure uti, *Lauterb. ad π. Tit. De A. A. P. in c. Vers. Analogica.*

19. A quonam peti debet Investitura?

Resp. A Domino immediatè proximo. 2. F. 55.
 §. *Illud*, quia huic soli servitia præstanda, & ad hunc
 feudum, commissâ feloniam, reedit. *Fach. lib. 7. Contr.*
 53. *Ludov. in Tr. Feud. pag. 342.*

* * *

Quest. 19.) Quia (1.) hic est promissor & gradu & lineâ
 proximus; & (2.) ob rationem correlativorum; Domini
 enim æquè ac Vasalli interest, ut sese invicem recognoscant,
 remotioribus enim nullum Jus hucusque quæsitum, quo acta
 exercito uti possint.

20. Sed annon Dominus per procuratorem investire potest?

Resp. Affirm. 2. F. 3. §. *Sed utrum*. Si tamen speciale
 mandatum non habeat, rati habitio Domini est ne-
 cessaria. *Anton. Disp. 4. th. 4. lit. b.*

* * *

Quest. 20. Necessaria.) Hodie communiter fit Inve-
 stitura per procuratorem, qui Vicarius Domini est, R. 7. *De*
anno 1521. §. Und sollen Wir &c.

Expediuntur enim Investiturae communiter per Princi-
 pis Cancellarium, vel alium ad id singulariter constitutum, ut
 de Feudis, nomine Principis, ejusque speciali concessione Va-
 sallos investiat, quem vocant Præpositum feudorum *den Les-*
hen: Probst.

Gg

21. An

21. An idem in feudis Imperii majoribus ?

Resp. Neg. hoc *Anton. d. l.* ob text. *A. B. tit. 5.* Sed contrarium verius, cum in *d. tit. 5.* Vicariis Imperii tantum denegetur investitura concessio in talibus feudis; (quibus tamen in casu absentiae Imp. si hæc diuturna sit, investiendi licentia competit. *rec. Wormat. de An. 1521. Carpz. de L. Reg. c. 11. Sect. 15. num. 17.*) Alia verò ratio est in procuratore ad id. specialiter ab Imperatore destinato, quia sic ipse Imperator concessisse intelligitur. Confer. *Limn. de Jur. Publ. lib. 4. cap. 7. n. 28.*

21. (b) An idem in feudis Imperii minoribus ?

Resp. Neg. Nobilibus ergò immediatis investituram concedere possunt Vicarii, sed hæc rarius fiunt, quia electo novo Imperatore hæc investitura denuo repetenda, per *A. B. cap. 5. §. 1.* & sic multiplicarentur expensæ. *litter. c. 9. §. 15.* Imò hodiè omnia feuda Comitum & Baronum reapse per procuratorem investit Imperator, dum per iudicium Aulicum hoc expedit, cuius exempl. videri potest in *Append. sub Num. 4.*

* *

Quæst. 21. Licentia competit.) Multa hæc in quæstione momentosa & intricata inter Publicistas & Feudistas ambiguitas est, sed, re consideratiùs perpensâ, arduum istud discrimen facili negotio componi posse, putamus: Cùm extra omnem dubii aleam positum; Vicarios Imperii, qui summæ potestatis Custodes Rei-Publicæ Curatores & Provisores audiunt, manum ad Reservata Principis, seu Feuda Principum qua

quæ vulgò Scepter- und Fahnen-Lehen appellantur *Aut. B. Cap. V. Recess. Imp. de anno 1521. §.* und behalten uns die Belehnung der Lehen und Regalien derjenigen / die sie unter den Fahnen öffentlich mit Solennitäten pflegen zu empfaben / zu verleihen. *admovere nequire, quorum investituram, collationem cognitionemq; sibi Caesar soli reservavit, ita, ut Dn. Carpz. & Cl. Aurois locus ex dicto Imperii Recessu de anno 1521. §.* Und behalten uns bevor. *depromptus, patrocinari haud possit, etenim §. sequens: Und sollen Wir mitler Zeit des obgemeiten gegebenen Indults &c. facultatem illam investendi non Vicariis Imperii ut talibus, sed, quà Mandatariis & Vicariis Imperatoris tribuit, Verb: Und wo mitler Zeit der Erstreckung nicht ins Reich und Hoch-Teutsch Land kommen / alsdann sollen und wollen Wir NB. heraus Befehl thun NB. an Unser Stadt solche Regalien, wie sich gebühret zu verleihen / quare tutius, ut à Vicariis Imperii prolongatio termini investituræ impetretur & indulgeatur, Buxtorff. ad A. B. Concl. 67. Coccej. in Juris Publ. Prudent. Cap. XVI. §. 14. Schweder de I. P. Part. Special. Sect. 1. Cap. 33. n. 7. Cl. Iiterus limitat hanc sententiam quoad cognitionem, super. Eeudis Regalibus, ita ut tutò concludi, putet, vacante etiam Imperii sede, nullum intuitu Feudorum Imperii justitium esse: Tr. nervosissimo de Feudis Imperii Cap. XXV. §. 19. Sed an Vicariis Imperii Primarias preces concedendi licentia, das recht Parniß-Brieffe oder Layen-Bründe zu vergeben / competat: appositè aliquoties quaesitum? Cujus decisio Plures in diversas traxit partes; Pendet animi Dn. Schweder. In introduct. in Jus Public. Part. Special. Sect. 1. Cap. V. n. 16. existimans, Verba A. B. Cap. V. ad jus illud primariarum precum quadrare non videri, eò quòd semel tantum exerceatur: Aliisque Principibus juris hujus exercitium ab Imperatore impertiri possit, ceu exemplum Wenceslai; qui facultatem illam nominandi unum Canonicum, idoneum tamen, in omnibus Ecclesiis Cathedralibus & Monasteriis per Diocesin Spirensen & Wormatiensem*

Ruperto Seniori, Comiti Palatino, Electori, Anno 1376. indulgisse, apud *Limn. de Jure Public. Lib. 11. Cap. IX. n. 3.* & *Fritsch. De Jure Primar. Prec. Cap. 3. n. 13. 14.* legimus, At, Verbis A. B. *Cap. V.* eorumque sensu penitissimè etiam consideratis, prona ad illam est sententia affirmativa; Verba enim ita se habent: *Quoties insuper, ut premititur, Sacrum vacare continget Imperium Illustris Comes Palatinus Rheni, Sacri Imperii Archidapifer ad manus futuri Regis Romanorum in Partibus Rheni & Survia, & in jure Franconico, ratione Principatus s. Comitatus Palatini privilegii esse debet Provisor imperii, cum potestate judicia exercendi.*

NB. Ad beneficia ecclesiastica presentandi, recolligendi redditus & proventus & investiendi de feudis, juramenta fidelitatis vice & nomine Sacri Imperii recipiendi, qua tamen per Regem Romanorum postea electum suo tempore omnia innovari, & de novo sibi juramenta ipsa prestari debent, NB. Feudis Principum duntaxat exceptis, & aliis, qua *Sahn & Ehen* vulgariter appellantur, quorum investituram & collationem soli Imperatori vel Regi Romanorum specialiter reservamus. Quorum simplicitatem eorumque ingenuum ac genuinum sensum secutus Dn. Georg. Theodor. Dietrich. *ad A. B. Cap. V. Verb. Ad beneficia presentandi.* Hanc quoque tenet, ajens: Imperator in omnibus Ecclesiis Cathedralibus & Monasteriis habet jus nominandi unum Canonicum, Collegium necesse habet recipere, idque dicitur vulgò jus Primariarum Precum, id jus concessum quoque est Vicariis & competit etiam Imperatori ac Vicariis in Ecclesiis Collegiatis Reformatis *Instrum. Pacis Westphal. Artic. V. §. 5. vers. 1. Vid. etiam vers. 3.* Cui calculum æquã lance addunt *Buxtorff ad A. B. Th. 65. lit. a. Carpz. de L. Regia. Cap. II. Sect. 15. n. 21. Becker. in Synops. Jur. Publ. Cap. XVI. §. 13.* Cujus Verba utramque paginam complementia addere lubet, dicentis: *Cetera ergò qua non sunt excepta (ut jus Primariarum Precum) etiam Reservata Regis & Gratialia expedire Vicariis possunt, modò alienationem non*

conti-

contineant. Alique. Exceptionem enim regulam in Casibus non exceptis, non viciare, sed potius confirmare, argum. l. 4. § fin. π. De pen. legat. & l. 12. §. 35. π. De instr. & instrument. legat. dubitare non sinit. Hancque materiam, propter ejus dignitatem diatriba peculiari proximè, DEO propitio, laxiùs proponere animus est.

22. Sed an Vasallus investituram in suâ personâ accipere debet?

Resp. Neg. Sed perinde per procuratorem potest. d. text. 2. F. 3. §. Sed utrum. nisi Dominus ex gravi causâ Vasalli præsentiam requirat. Anton. Disp. 4. th. 4. lit. c. Struv. c. 8. th. 7. n. 5. Hodie Legati Principum coram Imp. absentiam sui principalis modestè excusare solent. Vid. infr. Append. Num. 1.

* * *

Quæst. 22. Neg. sed perinde per Procuratorem.) Quia juramenti fidelitatis vis non eò extenditur, ut Vasallus in propria persona investituram semper accipiat, sed sufficit, & fidei ejus satisfacit, si per vicarium compareat, nisi jussus, ut in personâ se sistat.

23. Potestne investitura in diem fieri, vel sub conditione?

Resp. Affirm. quia ex conventionione dependet; hinc & pacta investituræ adjecta valida sunt, 2. F. 2. §. Præterea & c. & si dubium circa feudum occurrat, ante omnia videndum, quis sit tenor investituræ. d. §. Præterea. & 2. F. 18. Ludov. in Synops. pag. 158. Anton. Disp. 4. th. 7. lit. f.

Gg 3

Quæst.

* * *

Quest. 23. Investitura tanquam Helice & Cynosura est in Feudis, quare ante omnia illa est (1.) spectanda, sed si casus non in ea planè decisus; respicitur id, (2.) quod ex circumstantiis est verosimile; hoc v. non apparente, id accipitur, quod rei gerendæ est aptius; at nec hoc sufficiente, quod minus est, *L. 9. ff. De R. 7.* & quod nocet ei, qui aptius & apertius loqui potuerit, *L. 39. ff. de Pact. Lauterb. in π. Tit. de Contrah. empt. in fin.* Hinc non ineptè distinguitur: An de verbis, quibus onus aliquod Vasallo præter ordinariam feudi Naturam imponitur & Domini jus augetur, controversia sit: An verò quæstio de pacto, quo Domini jus diminuitur, & Vasalli augetur. Priori casu sententia illa, quæ Vasalli jus minuitur, sequenda; quia in dubio, se ad id, quod minus est, censetur obligasse Vasallus, & imputer sibi Dominus, quod legem vel Investituram clarius non proposuerit *2. f. 2. §. ult.* Posteriore casu illa interpretatio est adhibenda, quod minus recedatur à jure Domini, aliàs, secundum propriam feudi naturam competente, ubi Vasallus magis quid exigere nequit, v. g. Si prætendat Vasallus, ut filiarum successio in feudo obtineat, tunc ipsi non creditur, sed suæ imprudentiæ quod non melius sibi provideri, & promissionem, quam ipse intendit, clarioribus verbis exprimi curaverit, adscribendum, addat, supra *Cap. 1. Qu. 23.* addantur allegata ad *qu. 15. & 16. Cap. 17.*

24 Valetne de feudo nondum aperto investitura?

Resp. Affirm. si non purè, sed sub conditione fiat. *Serv. c. 7. ib. 5.* tam in eum casum, si Vasallus jam possidens jure suo exciderit: quam in casum mortis, si Vasallus sine hærede feudali decesserit. *1. F. 3.* quia

quia utroque casu feudum ad Dominum revertitur :
 2. F. 26. §. Moribus, Ludov. pag. 160. & hæc investitura
 conditionalis est & *superinfendatio* dicitur, seu Exspe-
 ctativa. *Struv. cap. 7. th. 4. n. 1.* Ein Gnaden, Eehn ; Ein
 Ungesäll ; Ein Umwertschafft.

* * *

Quest. 24. Conditionalis est.) Expectativa in casum mor-
 tis data ad casum felonie arg. *L. 44. ff. De condit. & demonstr.*
 & *L. 10. ff. De lib. & posthum. hered. instit.* non extenditur ;
 hinc casu existente tali, sola actio personalis ad Investituram
 faciendam oritur ; *1. f. 4. & 2. f. 35.* Ita, ut Dominus præ-
 stando id quod interest, arg. *2. f. 26. §. si facta & c.* libere-
 tur, interim tamen penitere non potest, Vid. omnino *Lau-*
terb. in π. Tit. De pact. lit. n. interior. Sed si Expectativa fue-
 rit in utrumque Casum & felonie concepta, Dominus
 quoque obligatus est eo, quo dictum, modo, Vid. Aut *in qu.*
subseq. 26. Expectativa purè facta nulla est, nisi in modum
 simultaneæ Investituræ consensu omnium Agnatorum inter-
 preterur.

25. Annon verò injusta est hæc concessio ?

Resp. Ita videtur, ob votum captandæ mortis ;
 Verùm cum etiam de re alienâ subsistat pactum, in
 casum, si illa mea futura sit ; & votum captandæ
 mortis non ex vitio hujus investituræ, sed vitio per-
 sonæ resultet, justa dici poterit. *Molina de 7. & 7. Tr.*
2. D. 388. n. 2. in fin.

* * *

Quest. 25. Nam non subest hic præsumptio maligni
 consilii, & sic causa prohibitionis, observante *Gail. 2. Obs.*
155. cessat, addant, ibi *Vindic. & Not. nostr. allegataque Vdrum*
Antqritat. 26. Quid

26. Quid si verò in casum mortis sine liberis concessa Expectativa, sed feudum alio casu fortè ob culpam ad Dominum revertatur?

Resp. Non admittitur expectivatus, quàmvis postea cum jam ob culpam feudum ad Dominum esset reversum, ille Vassallus sine liberis decesserit. *Carpz. P. 2. C. 45. d. 3.* Conditio enim specificè adimplenda; Nec Dominus juri ex feloniam competenti renunciâsse videtur. *Siruv. d. c. 7. th. 5. n. 7. Dn. Rhet. Comm. 7. F. p. 170. n. 3.* Nisi tamen expectativa simpliciter in casum aperti feudi concessa,

* * *

Quaest. 26. Specificè Adimplenda.) Quam thesin textus l. 10. De Lib. & posth. hered. instit. & L. 22. pr. ff. solus, marit. aperte probant.

Simpliciter.) Conditio, sub quâ Expectativa conceditur, variè adjicitur; tum quoad feudum promissum, quod se concedatur respectu nominati & certi alicujus feudi, & dicitur *eine Anwartsung an eines bekanten Mannes Guth;* vel incerti, quòd nimirum inter ea, quæ Dominus habet feuda, primum ipsi aperietur, & vocatur *eine Expectativ oder eine Anwartsung an eines unbekanten Mannes Guth.* Tum quoad Formulas & districtos variosque conditionis explendæ casus; qui si generali locutione comprehendantur, quolibet eorum existente, effectum habet promissio 2. f. 35. quòd si verò certus casus exprimitur e. g. Si propter feloniam feudum ad Dominum veniat, conditio ista specialis in formâ specificâ adimplenda & Dominus ad traditionem feudi obligatus est. Nec quicquam moratur vel faceffit, quòd exempla non restrictionis sed illustrationis gratiâ subijci soleant; Sed Resp. mentem con-

contrahentium inspiciendam esse, seu textus 1. f. 2. disertè tenet & probat.

27. Sed an ita consensu Vasalli possidentis opus erit?

Resp. Negando, quia hæc investitura demum post mortem Vasalli effectum sortitur, & ita ipsi non præjudicat. d. §. *Moribus*. *Carpz.* P. 2. c. 45. d. 1. Nec obstat 1. f. 27. §. *Si quis*. nam ibi ultima opinio prævalet. *Luduv.* p. 161. *Struv.* c. 7. th. 6.

* * *

Quest. 27. Discordes ibi proferuntur quorundam opiniones, sed ultima, quam probat Authoris sententia, anteponenda est.

28. Quid si verò purè quis de feudo viventis Vasalli investitur?

Resp. Investitura hæc non valet, adeò, ut nec effectum consequatur post mortem Vasalli, quia ab initio fuit vitiosa; *arg. l. 29. ff. de R. J.* nisi fortè mens investientis Domini in futurum casum directa. *Struv.* d. c. 7. th. 5. num. 2.

* * *

Quest. 28. *Directa.*) In feudis hoc utique obtinet, ut Dominus feudum sibi nondum apertum in eum eventum, que caducum sit, alteri concedere possit; Quemadmodum enim propriarius alteri proprietatem, deducto vel salvo usufructu, rectè donat, & legat, *L. 82. §. 2. π. De leg. 1.* ita & Dominus feudi nondum caduci vel aperti Expectativam promittere potest, vid. omninò *Goshofred. in 2. feud. 27. lit. p.* ad oppositio-

Hh

positio-

positionem *l. ult. C. De pact.* sc. pactum futuræ successioneis injustum esse, acutè respondens: Hoc pactum sc. *non de futura successione, sed potius De jure caduci*, quod collatum est in id tempus, quo jus in ipsum feudum tertio alicui nondum quæsitum, conceptum esse.

29. Quid si autem in puram investituram Vasallus præsens consentiat?

Resp. Ita valere eam vult *Schrad. p. 3. c. 2. n. 19. Boer. de investit. c. 5. n. 15.* quàmvis ita magis esset simultanea Investitura, quàm expectativa. *Struv. d. l.*

Quæst. 29. Si Vasallus consentiat, non tantummodo excluditur votum captandæ mortis, verùm & Expectativatus pro simultaneè investito jure habetur, inter se tamen in eo differunt, quòd simultanea Investitura regulariter quidem purè fieri solet, Expectativa verò reapse conditionalis sit.

30. An si possessor feudi liberos habeat, rectè expectativa conceditur?

Resp. Affirm. licèt enim hæc conditio subsit in expectativis; si feudum ad Dominum sit reverfurum; non tamen opus est, ut de proximo hæc conditio existat, sed sufficit, quòd aliquando existere possit. Et hinc justè expectantiam in Ducatum Mecklenburgicum jam dudum obtinuit Elect. Brandenb. Nec obstat *text. l. F. 27. in fin.* nam effectum antea expectativa

Etativa non habet, quàm si successor nullus adfuerit.
Servv. cap. 7. th. 5. in fin. Dn. Rhetius d. p. 170. n. 2.

* * *

Quaest. 30. Prorsus clara est.

31. Si pluribus feudi expectativa concessa, quis praetertur?

Resp. Aut unus ex his jam possidet, & hic praetertendus; *arg. l. 15. C. de R. V.* aut neuter possidet, & sic prior promissio potius jus tribuit. *Servv. cap. 7. th. 7. n. 2.* Reliquis tamen ad interesse tenetur Dominus. *2. F. 7. in fin.* praesertim si titulo oneroso expectantiam consecuti; nisi hi aliis jam investituram concessam esse sciverint. *2. F. 8. princ. Servv. d. l. n. 3. & cap. 8. th. 9. n. 5.* tunc enim actione doli tenentur.

32. An autem expectativam pendente conditione Dominus revocare potest?

Resp. Neg. ob jus, quod alteri ex promissione quaesitum. *Carpz. P. 2. const. 45. d. 2.*

* * *

Quaest. 31. 32. Quàmvis Condicio pendeat, tamen spes ista in contractu facit, ut Expectivatus dicatur creditor, atque hæc ipsius bonis annumeretur *L. 73. §. 11. ff. ad L. Aquil.* hinc poenitentiam impedit, *l. 8. ff. De peric. & commod. rei vend.* hæc quoque spes Obligationis utrinque ad hæredes transit, *§. 4. j. De verb. Obl.* hincque apparet, pendente etiam conditione, aliquid subesse, ad expectandum conditionis eventum,

H h 2

sum, quod conventionem sustentat. *Lauterb. ad π. tit. de Pare. lit. n. interior.*

33. Potestne verò Dominus cum clausula anteferri, posteriori expectantiam concedere?

Resp. Affirm. cum priores expectivati tantum jus personale habeant, quæ clausula facit de posteriore priorem. *Marta de Clausul. P. 2. Cl. 212. n. 1.* Tenetur tamen Dominus reliquis, vi obligationis personalis, ad interesse. *Conf. Brunnen. Consil. 152.*

* * *

*Quest. 33. Ad interesse.) Arg. L. 15. C. De R. V. Et tenetur Dominus omne interesse priori Vasallo meritò præstare, At, videndum, annon prior Expectivatus secundo potior, etiam in feudo ipso sit; ita, ut à posteriore vindicare queat vi sc. juris quæsit; cum tempore prior, Ergo etiam potior jure haberi debeat, *Cap. 54. de R. I. in 610.* Consequenter, Investitura posterior, quantum ad priorem investitum, nulla est, argum. *I. feud. 22. §. Si quis fecerit.* Accedit, quòd Dominus abusivè Vasallum priorem investiens, omne jus à se abdicaverit, & in Vasallum primum transtulerit, consequenter contra proprium factum venire, & alterum præferre non potest, tenent. *Brunnemann. Conf. XCV. & Lauterb. ad π. Tit. de heredit. vel action. vend. in contr.* Quæ argumenta, in casu, ubi duo de eodem feudo simul abusivè investiti sunt, & secundo possessio rei feudalis tradita, pro primo ex eadem rationis validitate etiam militant, quo de Confer. *Finkelsh. Disput. Feudal. VII. Controv. 8.* Haud obstante famosâ illâ citari solitâ *l. 15. C. de R. V.* vi ejus, emptor secundus cui res tradita, potior eo est, qui quidem prius enat, sed dominium nondum acquisivit, adeò ut decidendi ratio in dominii acquisitione consistat, quæ ad casum nostrum haud quadrat.*

34. Quid

34. Quid si verò Dominus alienaverit feudum, in quo alter expectativam habet?

Resp. Non potest hoc impedire expectivarius, vel rem alienatam revocare, quia saltem jus in personam habet, non in rem. *Struv. ob. 7. n. 7.* Aliud in simultaneè investito. *Carpz. p. 2. c. 45. d. 16.*

* * *

Quaest. 34. Non in rem.) Tenor Contractus, qui intercessit, potissimum respiciendus venit, & si Expectivarius tantum personalem actionem, vel jus ad rem habeat, & quidem tum demum, quando conditio existit, alienationem rei impedire nequit, sed interesse suum petere potest *Lauterb. ad π. Tit. De pact. in Obj. vers. Idem est si Dominus rei sua.* Attamen singulariter Consideranda hinc venit *l. 3. C. De Cond. ob Caus. ibique Gothofred. in lit. L.*

Investito.) Ratio in aprico, quia simultaneè investitus jus aliquod reale in feudo habet, quare nihil in ejus praedictum fieri potest; (2.) succedit suo tempore, non ut in novo, sed ut in antiquo feudo, vi primæ Investituræ; Et (3.) simultaneam Investituram omnes Agnati simultaneè investiti renovare tenentur; (4.) si partem feudi nactus est, tollitur simultaneum jus die *gesamte Hand* in alterâ parte. Ubi se, omni moda divisio facta, animo tollendi istud simultaneum jus, fecus in casu *Struv. Synt. jur. Feud. Cap. X. § 3. n. 5.*

35. Sed an expectativam habens, propria autoritate, feudo evacuato, possessionem arripere potest?

Resp. Affirm. Si non saltem promissa expectativa,

Hh 3

tiva, sed & sub conditione futurâ quis simul investitus fuerit; quia sublato impedimento conditionis, æquale jus habet, quod alius successor feudi, ut ita possessionem, modò vacua fuerit, apprehendere possit. *Siruv. cap. 7. th. 7. n. 6. Carpz. d. D. 2. in fin. in nudâ ergò expectativâ feudi illud non procedit. Dn. Rhetius Comm. 7. F. p. 166. n. 14. nisi potestas occupandi à Domino concessa, quale exemplum in Instrum. Pac. Art. 11. §. 6.*

* * *

Quaest. 35. Apprehendere possit.) Et sic Expectivatus æquè ac alius simultané investitus, jus suum in feudo persequi & apprehendere potest.

In fin.) quia merè est conditionalis, Conditio autem nihil ponit in esse, antequam existat, vel Dominus facultatem hanc concedat.

36. Quo verò remedio alias possessionem consequi potest expectivatus?

Resp. Competit ipsi vel interdictum adipiscendæ possessionis, scil. *Quorum bonorum*, vel imploratio officii judicis pro impetrandâ immessione in possessionem. *Menoch. Rem. 1. adipisc. possess. n. 43. Siruv. cap. 8. th. 10. num. 5.*

* * *

Quaest. 36. Accuratè loquendo locus Interdicto quorum bonorum haud est, quoniam remedium rectissimè universale audit *Lauterb. ad π. Tit. Quor. bonor. in C. quo Vafallus vel Expectivarius*, utpote ex contractu feudali successor particularis, uti non potest, ceu rectè admonet *Siruv. S. J. F. Cap. 8. §. 10.*

§. 10. n. 9
compro, u
m; cujus

37. A
imp

Resp.
defuncti p
ratihabere
§. nisi salus
nem, & sic
Strud. 2. 3. c.

37. (b)
ris fu

Resp.
charitam co
Electorum,
successore re
contendium to

Quaest.
falsi successo
R. I. factum
jura proprio
lit. D. & G. ii
expecta et;
particularium

§. 10. n. 5. qui tamen Vafallo officii iudicis Implorationem competere, ut in poffeffionem mittatur, certiori calculo tenet, cujus fententiam tutius fequimur.

37. An fuffeffor Domini tenetur adimplere investituram à defuncto promiffam?

Resp. Aut jure hæreditario fuffedit, ubi factum defuncti præftare, *L. 14. C. de R. V.* & fic investituram ratihabere debet. *Struv. c. 7. th. 9. n. 2. Carpz. p. 2. c. 45. d. 5.* nifi falus publica Principi refiftat; Aut per electionem, & fic ad factum prædecefforis non tenetur. *Schrad. P. 3. c. 2. n. 26. Struv. d. l. n. 4.*

37. (b) An ergò Imperator antecessoris fui exfpectativas de feudo regali ratihabere tenetur?

Resp. Negant hoc multi; Verùm cum exfpectativam concedere nequeat Imperator finè confenfu Electorum, fequitur, quòd fi illa femel concessa, à fuffeffore revocari nequeat, quia Electores hoc cafu confenfum totius Imperii fupplent. vid. *l. 10. §. 3.*

* * *
Quæft. 37. Ad factum prædecefforis. Hæres ut univerfalis fuffeffor omninò tenetur. *l. 24. π. De V. S. & l. 62. π. De R. I.* factum defuncti præftare, non fuffeffor fingularis, qui jure proprio venit, *Dn. Lauterb. in π. Tit. 11. Libr. XIX. in lit. D. & G. int.* Quantùm ad fuffefforem univerfalem, res expedita eft; fed non tantùm illum, verùm & fuffefforem particularem tum feclarem, tum clericum, ea, quæ antecesfor

cor promiserat, sua facere, obstringi, Dn. *Iternus de Feudis Imperii Cap. X. §. 3.* ex Grotio ibi allegato, eleganter ostendit; ajens: *Adeoque licet* Imperator non *ἀμέτους* Antecessori, à quo nullum jus nec Imperium habet, non obligetur, *ἐμπέτους* tamen & per Septemviros (vel hodiè Novemviros) totamque aded Civitatem Romano-Germanicam, quam anterior Cæsar obligaverat, utique obligari potest; quod & verba Artic. XI. Capitul. Caroli VI. *Doch Uns / von wegen Unserer Erb-Landen und sonsten Männiglich an seinen Rechten und Freyheiten / auch denen von Unsern Vorfahren am Reich denen Ständen propter bene merita ertheilten / und NB. denen Reichs-Constitutivibus gemäßen Anwartsungen auffß künfftig sich erledigende Reichs-Lehen an ihrer Krafft und Bindlichkeit unschädlich &c.* facius probant.

38. Sed an idem in successore Clerici?

Resp. Affirm. si de propriis bonis investituram fecerit, 2. f. 35. Si verò res ecclesiæ fuerit, distinguendum; an prædecessor feudi possessionem interim Vasallo tradiderit, an non; Illo casu successor quoque obligatur, 1. f. 3. *Struv. d. l. n. 8.* non hoc casu: 2. f. 25. nisi (1) consensu totius capituli facta investitura. *Schrad. d. loc. n. 37. Struv. n. 6.* (2) nisi in utilitatem ecclesiæ facta. *Struv. num. 7.* (3) aut ob bene merita erga ecclesiam. *Schrad. d. l. n. 38.*

* * *

Quæst. 38. Quemadmodum Clericus, uti supra *Cap. IV. qu. 18.* ostensum, feudorum & bonorum capax, ita, idem quoque juris in illo, quod in aliis statuendum; Neque remoram facit 1. f. 3. & 25. *Verbis: Si Dominus qui investivit fortè sit Clericus & contigerit, ut ante moriatur, quam Vasallus*

Vasallus possessionem feudi nancisceretur : exinanitur feudum. Etenim certum, cogi hæredem vel successorem, si Clericus vel de suis aut Ecclesiæ bonis investire solitis, non si de aliena investituram fecerit, quâ ratione de Imperatore & Abbate in *Notis ad citat. text. Gothofred.* negat, illos ad investituram ab antecessore factam confirmandam cogi, eò quòd electione non successione Imperator fiat, *Cap. Venerabilem 34. X. De Election. & El. Et potest.* Hæc iterum in thesi vera sunt, at, si ad hypothefin rem trahamus, veriora sunt ea, quæ prælaudatus *Dn. Iterus præallegato loco*, addit: *Neque in feudilibus Constitutionibus*, ait, quòd idoneè hic obverti possit, invenio: *Quamvis enim non uno loco constitutum sit, quòd Pralati aut Episcopi successor investituram de caducitate feudi in bonis Ecclesiæ adimplere non teneatur, I. feud. 3. 25. II. feud. 26. §. Moribus. Secus tamen se res habet. ubi capituli consensus accesserit; aut alia à Cl. Authore adductæ circumstantiæ adsint.*

39. An ad hæredes investiti transit expectativa?

Resp. Affirm. 1. F. 9. quia se habet ad instar contractus. *Carpz d. Const. 45. Def. 9.*

* * *

Quest. 39. Rectissime Cl. Author hæredum non successorum mentionem fecit, quia illi in universum defuncti jus activum & passivum succedunt *d. l. 24. De V. S. & l. 62. π. De R. l. Lauterb. in π. Tit. Loc. Cond. in l. d. inter.* Vid. tamen *Brynnerm. in l. 14. C. De R. V.*

40. Quid verò si legata sit expectativa?

Resp. Adhuc tamen ad hæredem transit 1. F. 1. Legatum

Ii

Legatum

Legatum enim hoc conditionale est, verum non conditione extrinsecâ, sed intrinsecâ cum nunquam purè legari possit; Quo casu suspenditur quidem executio, sed non impeditur transmissio, *Serv. c. 7. th. 8. n. 2.* Similis casus est in *l. 1. §. 3. ff. de Condi. & demonstr.*

* * *

Quaest. 40. Cùm nunquam purè legari possit.) Omne enim relictum in testamento hanc Conditionem tacitam habet: *Si supervixerit.* Cùm in ultimis voluntatibus aliquid, respectu & intuitu certæ personæ relictum censeatur.

41. An instrumentum super investitura necessarium est?

Resp. Ad solennitatem non requiritur; probationis tamen causâ utile est, ut accedat, *vid. supr. q. 16. h. c. Serv. cap. 8. th. 8. n. 2.*

Ad hanc *Quaest. 41. Vid. Qu. 16. h. c. ibique Notata.*

42. Quænam est investitura simultanea?

Resp. Quando Dominus consensu Vasalli alium de eodem feudo investit, eique jus succedendi tribuit. *Ein Mitbelehnter / der die gesamte Hand hat.*

43. An jure feudali communi hæc investitura simultanea cognita est?

Resp. Non æque ac moribus: Triplici tamen casu eadem obtinere videtur; (1) si duo investiantur,

tur, ut simul actu feudum habeant. 2. f. 12. & 18.
 (2) si fratri in feudo novo per pactum investitura
 successio deferatur. 1. f. 1. §. 2. & 2. f. 12. (3) Si con-
 sentiente Valallo, alius de eodem feudo simul inve-
 stiatur, ac in possessionem mittatur, 1. f. 3. *vers. nisi ille.*
Struv. c. 9. th. 14. n. 1.

* * *

Quest. 42. 43. Non aequè ac moribus.) Rectè, quàm-
 vis non verbis, sensu & re tamen ipsâ, satis denotata, ete-
 nim feudali jure communi quidam ita investiuntur, ut illud
 statim simul habeant, *probant. tot. text. 1. f. 1. §. 2. Verb. Com-*
munitè acceperunt 1. f. 3. Vers. Nisi ille. 2. f. 12. vers. Nisi fa-
cta fuerit eo pacto investitura 2. f. 18. duo fratres sc. Titius &
 Sejus à quodam Capitaneo de novo beneficio simul investiti
 sunt. Qui tamen sibi invicem non succedunt, nisi pacto ita
 convenerit. Unde Differentia inter simultaneam investituram,
 & inter Expectativam satis apparet; simultanea investitura e-
 nim, ipso jure, etiam, citra pactum expressum, successionem
simul investitis tribuit, & quidem, nullâ gradûs prerogati-
vâ, attentâ; Expectativa autem est pactum s. jus pacto in feu-
dum succedendi à Domino sub eâ conditione, si ad ipsum feu-
dum redierit, etiam, citra consensum Vasalli possidentis, pro-
missum.

44. Quid verò investitura simultanea Saxonica singulare habet à jure communi?

Resp. (1) Jur. Sax. agnati ne quidem in feudo
 antiquo succedunt deficiente simultaneâ investiturâ;
 Jur. comm. ea opus non habent, nisi in feudo novo.
Berlich. p. 2. concl. 53. n. 24. (2) Jur. Saxon. simultaneè
 inve-

investitus omni casu tenetur renovationem investituræ petere. *Berlich. d. l. n. 29. Carpz. p. 2. c. 45. d. 17.* Non jure communi, nisi feudo aperto vel ad ipsum devoluto. *Köppen. Decis. 31. n. 4.* quàmvis in Marchiâ mutato Domino etiam renovatio petenda, per *Edict. de Anno 1602. Dn. Rhetius Comm. 7. F. p. 350. Vid. infr. c. 17. q. 10.* quod novissima Constit. Elect. de Anno 1683. d. 31. Dec. etiam ad casum mutati Vasalli extensum. (3) Jur Saxon. per divisionem feudi expirat simultanea investitura, nisi de alterius parte de novo simultaneè investiantur. Jur. Comm. verò jus succedendi manet integrum. *Berlich. d. l. n. 46. seqq. Köppen. decis. 47. n. 8.*

44. (b) Sed an in feudis Imperii simultaneæ investituræ ratio habetur?

Resp. Nulla lex adest, quæ hoc exigat, in multis tamen Imperii feudis ad ductum Juris Saxon. receptum est, ut etiam in casu nondum devoluti feudi simultaneè investiti renovationem petant; quale exemplum in Domo Brandenburg. videri potest in *Append. sub N. 3. Conf. Iter. cap. 10. §. 7.*


* *

Quæst. 44. Hoc singulare habet simultanea Investitura Saxonica, quod jus non conditionale, sed purum & radicatum tribuat, actionemque contra tertium producat, quàmvis non Domicilii jura, vel possessionem actualem, hincque libertatem nullam à satisfactionis onere operetur, *Vid. Suev. Exerc. Feudal. VIII. Assert. 3. Struv. Synt. Jur. Feud. Cap. IX. 14. Mev. P. IV. Dec. 404.* Simultaneam istam Investituram autem Saxonibus non solum propriam, sed & in Feudis Imperialibus eam obtinere, *Ferdinandi III. Imperatoris Ordina-*

natio

natio *Judicii Aulici Tit. 3. §. 2.* disertè docet, ubi in hæc verba sancitum: In welchen Geschlechtern und in den jenigen Reichs-Creyßen / da die simultanea investitura herbracht und im Gebrauch / Dabey soll: solche auch gehalten und derselben nachgelebet werden. Cujus Exemplum Illustr. tantum unum vel alterum adicere, lubet; Etenim in Comitibus Palatinis Rheni Lineæ Rudolphinæ & Wilhelminæ, in defectum hujus Wilhelminæ, (quæ, monente Rhetio *de jur. Publico. cap. XIV. §. 5.* reciproca investiturâ simultaneâ in Electoratum octavum non gaudet) illi Rudolphinæ Lineæ jus quæsitum esse; illic succedendi in Electoratu *vi simultaneæ investituræ*, & quidem, ut novo, ad hanc investituram in Palatinatum superiorem titulo opus non sit, probant *Artic. IV. §. 5. & §. 9. Instrum. Pac. Westphalic. Cæsareo-Suecici. Cujus §. 5.* verba hæc sunt: *Quod ad Domum Palatinam attinet, Imperator cum Imperio, publica tranquillitatis causâ consentit, ut vigore præsentis conventionis institutus sit Electoratus octavus, quo Dominus Carolus Ludovicus Comes Palatinus Rhem ejusque hæredes & agnati, totius Lineæ Rudolphinæ juxta ordinem succedendi in A. B. expressum, deinceps fruantur. Nihil tamen juris, præter NB. simultaneam investituram ipsi Domino Carolo Ludovico aut ejus successoribus ad ea, qua cum dignitate Electorali Domino Electori Bavaria, totique Lineæ Guilhelmianæ attributa sunt, competat. Et §. subsequens 9. in hæc verba conceptus: Quod si verò contigerit Lineam Guilhelmianam masculinam prorsus desicere, superstite Palatinâ, non modo Palatinatus superior, sed etiam dignitas Electoralis, qua penes Bavariæ Duces fuit, ad eosdem superstites Palatinos, interim NB. simultaneâ investiturâ gavissuros, redeat, octavo tunc Electoratu prorsus expungendo: Ita tamen Palatinatus superior hoc casu, ad Palatinos superstites redeat, ut hæredibus allodialibus Electoris Bavariæ actiones & beneficia qua ipsis ibidem de jure competunt, reservata maneant. Sic & inter omnes Hassiæ Landgravios Investitura simultanea pariter ab antiquo obrinuit,*

æquè ac inter Mauritium & Augustum Saxonix Duces à Carolo V. Anno 1548. Simultanè investitos, hodièque inter Serenissimos Duces Albertinæ & Ernestinæ Lineæ investitura simultanea viget. addatur prælaudatus *itter. de Feudis Imperii Cap. X. §§. 6. 7. & seqq.* plura proponens Exempla.



CAPUT XIII.

DE

JURAMENTO FIDELITATIS INVESTITURÆ ANNEXO.

GENERALIA CAPITIS.

1. Quia fides viri non dependet à juramento, sed juramenti fides potius ex fide viri; inde dubium non est, juramentum fidelitatis à Domino remitti posse, ubi tamen de hâc remissione non constat, ab omni Vasallo, cujuscunque conditionis sit, hoc præstandum erit.
2. Quicumque autem ejus ætatis est, ut ad aliud juramentum admitti possit, ille etiam capax est juramenti fidelitatis.
3. Cum verò in feudo reciproca Domini & Vasalli obligatio ad fidem præstandam adsit; inde si ab unâ parte fides denegetur, nec alter vi juramenti ad fidem tenebitur, cum semper tacitè clausula subsit: *rebus sic stantibus.*

I. Quid

I. Quid præstandum à Vasallo, investituram feudi impetrante?

Resp. Juramentum fidelitatis, quod & simpliciter Fidelitas dici solet. 2. F. 4. in fin. Die Lehns-Pflicht.

* * *

Quest. 1. (Dici solet.) Et à quibusdam dicitur hominum, quo se obligat Vasallus ut Vasallus ad fidem Domino investienti præstandam, hinc differt hoc Juramentum à Juramento homagiali sive subjectionis, quod subditi Dominis superioribus territorialibus præstant.

2. Præceditne juramentum fidelitatis investituram?

Resp. Regulariter juramentum investituram sequitur, 2. F. 4. licet promissio, seu oblatio juramenti præcedere soleat. Struv. c. 8. th. 6. n. 7. præposteratio tamen, seu ubi juramentum investituram præcedit, actum ipsum non vitiat. Anton. Disp. 4. th. 8. lit. A.

* * *

Quest. 2. (Non vitiat: Arg. §. 34. 7. De legat.) Sicuti ante hæredis institutionem hodiè testator ritè legata relinquere potest, licet hæredis institutio ordine præcedat; ita & Juramentum fidelitatis ante Investituram præstari potest, licet ordine Investitura præcedat; Ubi notandum, utrumque Juramentum sc. fidelitatis & Investituram ad Contractum feudalem requiri, adeòque nihil interesse, utrum Juramentum fidelitatis præstetur ante Investituram, vel illam sequatur; Investitura tamen regulariter à parte Domini præcedere debet, quia

quia in litteris Investituræ apponi solet; Hierauff hat Uns
N. N. mit Treuen gelobet / und dargu den Lehen- Eyd
leiblich geschworen / Uns und Unseren Erben / &c. &c.

3. Poteritne feudum sinè fidelitate concedi?

Resp. Sinè juramento fidelitatis potest, non sinè
fide. *vid. cap. 2. qu. 22.*

* * *

Quæst. 3. Quia Juramentum ad naturalia feudi pertinet
externa, quæ pactis possunt mutari, secus in Fide singu-
lari, quæ de feudi essentiâ est, & sic abesse non potest.

4. Cui præstandum juramentum fidelitatis?

Resp. Ipsi Domino, vel procuratori ejus, spe-
ciale mandatum habenti. *vid. c. præc. q. 20. seq.*

5. An verò & hæredi Domini?

Resp. Affirm. repetendum enim est in hæredis
persona, etiamsi quis ab initio juraverit, se Domi-
no & successoribus ejus fidelem futurum *Struv. cap.
10. th. 5. n. 3.* sicut ordinariè successorum nomine hæc
juramenta concipiuntur. *Vid. formulas infra in Append.*
Filio tamen, vivo patre, separatim non præstatum ju-
rumentum. *Anton. Disp. 4. th. 8. lit. A.* Exemplum in
Rege Josepho, qui Capitulationem juramento con-
firmavit, sed ipsi nemo Statuum adhuc juravit.

* * *

Quæst. 5. Concipiuntur.) Juramentum quippe perso-
nale

nale quid est, cujus vis cum morte Domini expirat, quare necessum, ut & heredibus Domini, illud, ad feudum renovandum, riteretur 2. f. 24. pr. & 2. f. 40. & quamvis multi DD. inde moti præcipue L. 14. π. De jurei, in contrarium abeant; hic textus tamen non facit mentionem feudi, adeoque non de Juramento ratione feudi, ob singularem rationem, renovationem requirentis præstito, sed de Juramentis accipiendus, & agit textus 2. f. 40. de Pontifice aliisque Prælati, in quibus specialis ratio est, cum non tam his quam Ecclesiæ juratum fuerit. (3) Usus Juris quoque Feudalis ita non servat.

In fin.) Quia semper respicitur casus mutæ manûs, ergo filio non debet Juramentum, vivente adhuc patre, præstari.

6. Si plures unius feudi Domini, cui tunc præstandum hoc juramentum?

Resp. Vasallus petere debet, ut ipsi aliquem eligant; si verò convenire non possint, ipse Vasallus eliget. *Vult. c. 9. n. 95. Ludov. in Tract. Feud. pag. 348.* ita tamen, ut inter ipsos Dominos præminentiam respectum habeat, ratione dignitatis vel ætatis. *Am. Disp. 8. th. 2. lit. a.* Præstabit tamen illi uni juramentum nomine omnium. 2. f. 77.

6. (b) Sed quid si plures inter se de dominio litigent?

Resp. Nulli jurabit Vasallus, si neuter possideat; *Struv. c. 10. th. 9. n. 6.* quod si tamen unus eorum in possessione sit, hujus causa potior erit, quia ad fru-

ctus possessionis pertinet recognitio feudorum. Vid. *infra* c. 17. qu. 16. (b) Exemplum est in Vasallis Ducatus Clivæ & Juliæ.

* * *

Quæst. 6. Convenire non possint.) Vel fortem arbitram repudient sicque frustra conventionem ab iis requisivit Vasallus, tunc ita potest eligere Dominum.

Ipsè Vasallus eliger.) Arg. L. 10. §. ult. ff. De Jur. Dot. & L. 3. §. 4. ff. ad Sct. Sylanian.

Vel Etatis) Autoritatisve gravioris, arg. elegantissimæ l. 5. pr. ff. De Jur. Immun. hujusque Legis verba perelegantia addimus: *Semper* (loquitur hic Jctus Callistratus qui sub Imperatore Severo & Antonino Augustis vixit & scriptis claruit) *in Civitate nostrâ Senectus venerabilis fuit. Namque Majores nostri penè eundem honorem senibus, quem Magistratibus tribuebant; Circa munera subeunda idem honor senectuti tributus est. Sed eum, qui in senectute locuples factus est, & ante nullo publico munere functus est, dici potest, non eximi ab hoc onere privilegio etatis: Maxime, si non tam corpore habeat vexationem, quam pecunia erogationem indicti muneris administratio: & ex eâ sit civitate, in quâ non facile sufficientes viri publicis muneribus inveniantur.*

Nomine omnium.) Cùm rem pro indiviso possident.

7. Quid si plures Vasalli?

Resp. Aut indivisim possident feudum, & omnes jurare debent 2. f. 26. §. *Omnes filii*. Nec obstat 2. f. 77. ibi enim non dicitur, quod unum saltem juramentum præstandum; sed quòd quamvis plures juraverint, una tamen maneat fidelitas & unum servitium; cum rei, non personarum jurantium ratio habeatur. *Bitsh. comm. F. ad 2. F. 26. p. 406. Struv. cap. 10. th. 3. n. 1. Vult. c. 8. n. 91. pag. 232.* Solet tamen inter plures aliquis eligi,

eligi, qui omnium nomine investituram accipiat, & juret, qui vocatur der Lehenträger. *Besold. Thef. Pract. sub hac voc.* Aut divisum feudum, & quot partes, tot fidelitates præstandæ. 2. f. 77. singuli enim pro suâ parte jurant, & servitia præstant proportionabiliter.

* * *

Quæst. 7. Ratio habeatur.) Et vices omnium sustineat, plerumque (non semper, interdum etiam Extraneus.) maximus natus inter fratres vel agnatos est, qui ratione eâ tamen non habet prærogativam, quoniam hic tantum procurator, non Dominus vel primus aut præcipuus ex Consortibus est, feudum quoque non renovatur, quamdiu Procurator iste vivit; Neque renovatur uno ex Vasallis decedente, sed omnibus mortuis; At quid: Si servitium per unum nomine omnium *einen Lehenträger* expediendum? quis eum eligere debeat quod Vasallis non Domino hoc Casu tribuunt, modò caveatur, ne discordes in eligendo à Domino præveniantur, Vid. omninò *Anton. Disp. Feud. 8. §. 2.* ubi varias variorum Feudistarum sententias allegat.

Proportionabiliter.) Quia tunc constituitur feudum integrale, & non considerantur ejus partes, sed quælibet pars totum in se conficit, quamvis servitia, secundum feudi qualitatem & quantitatem, temperari debeant.

8. An Vasallus in personâ propriâ juramentum fidelitatis præstare debet?

Resp. Neg. Sed & per procuratorem, 2. f. 3. §. Sed utrum. qui in principalis animam jurabit, & hinc speciali mandato opus habet. *Ludov. in Tr. F. p. 340. Limit. vid. in qu. 22. cap. præced.*

* *

Quaest. 8. Procuratorem.) Si Dominus Procuratorem vel Commissarium speciali mandato instructum admittit, res invado est; At si recuset, & conspectum Vasalli desideret, in propria personâ præstare debet, quod propter anceps perjurii periculum argum. *L. 39. §. 1. ff. De procur. & L. 2. §. 2. ff. Rer. amov. urgent;* Si verò nulla reculationis causa subsit, legitimum Procuratorem Dominus admittere debet, moribus pro Vasallo sic facientibus.

9. An verò Vasallus se offerre debet ad juramentum fidelitatis?

Resp. Neg. Sed expectare potest, donec à Domino citetur; quòd si tamen viderit, Dominum studio hoc differre, ipse, ut ad juramentum admittatur, urgere potest. *Ant. Disp. 4. th. 8. lit. a.*

* *

Quaest. 9. Urgere potest.) Hujus enim interest, ut totum negotium absolvatur.

10. In quonam forma juramenti fidelitatis consistit?

Resp. Habetur illa *2. f. 6. & 7.* Ubi Vasallus promittit, quòd Dominum semper velit præstare *incolumem*, quoad personam; *tutam*, quoad bona; *honestum*, quoad famam; atque omne facturum, quod ipsi sit utile, Vasallo verò facile & possibile. Sed hîc cujusvis loci consuetudo quàm maximè attendenda. Formulæ hodiernæ videantur in Appendice.

Quaest.

* * *
Quest. 10. Honestum.) Quàmvis se non subiectum ; ratio est, quia Vasallus non fit per feudum subditus, & ejus Juramentum fidelitatis à Juramento homagiali seu subjectionis est diversum, ceu supra *Qu. 1.* adductum.

Et possibile.) *l. e.* possibili modo, quòd ad instar boni Patrismam. re uti velit, ne interitui tradatur, verùm potiùs melioretur.

II. An Ecclesia feudum accipiens, hoc quoque juramentum præstat?

Resp. Affirm. de jure Canonico, ubi Prælatus nomine Ecclesiæ jurat. *Struv. c. 8. th. 6. n. 2.* Negatur de jure feudali. *2. f. 104.*

* * *
Quest. 11. 2. f. 104.) Caput est extraordinarium, ita, ut Ecclesia ipso jure sit soluta jurejurando fidelitatis, *Vid. 2. f. 3. 24. & 47.* ubi Vasallo quidem juramentum remittitur, nihilominus tamen ad omnia ea, quæ aliàs Juramento à Vasallis præstando continentur, ipse est obligatus: Usù tamen constat, Prælatos etiam hoc juramentum ratione feudorum præstare.

12. Quid in feudo franco?

Resp. Et hîc hoc juramentum præstandum esse, verius est, cum sola servitia tantùm remissa; juramenti tamen formula paulò aliter formanda crit. *Struv. d. l. n. 4.*

* * *
Quest. 12. In fin.) In hujus feudi franci investiturâ quidem non fit mentio servitiorum præstandorum, fidelitas

Kk 3 tamen

tamen juratò promittenda & exhibenda est, Vid. *Rosenth. Part. 11. Concl. 56.*

13. Num Dominus Vasallo iterum fidelis esse debet?

Resp. Affirm. nam fides debet esse reciproca, z. *F. 6. in fin.* Unde Germanorum *getreuer Herr/ getreuer Recht. Ant. Disp. 7. th. 1. lit. b.* supponendi tamen hîc sunt termini habiles.

* * *

Quaest. 13. Reciproca.) Arg. pr. 7. De Obl. & L. 99. ff. De V. O. ratio, quia inest ultrò citroque obligatio.

14. An E. etiam juramentum fidelitatis Vasallo Dominus præstabit?

Resp. Negando, quia hoc nullibi jure feudali expressum; insuper Vasallus accipit beneficium Dominus verò confert; absurdum autem foret, beneficii collatorem ad juramentum adstringere velle. *Ant. d. l. Finckelth. Disp. 7. Contr. 23.* Imperator tamen post electionem de confirmandis Statuum privilegiis jurat. *Cap. Leop. §. 3.*

* * *

Quaest. 14. Adstringere velle.) Ratio in promptu hæc est, quia quamvis Dominus dicatur Vasallum habere conjugem z. *f. 58. pr.* nusquam tamen æqualem prorsus obligationem à Domino jus feudale exigit, majorem quippe fiduciam hoc jus habet de Domino, quòd in fide sit mansurus, quàm de Vasallo, (2) Quia non eadem ratio correlativorum hoc casu est.

est. (3) Quia hæc prærogativa aliquomodo colligi potest ex 2. f. 6. in f. Ubi Vasallus transgressor perfidus & perjurus (quorum illud ad simplicem, hoc ad Juramento vallatam promissionem optinè referri potest) Dominus verò saltem malefidus censetur.

15. An juramentum fidelitatis & subjectionis unum idemque est?

Resp. Negando, quia illud ratione rei præstat, hoc ratione personæ; hinc Vasallus non statim subditus est. *Struv. cap. 8. th. 6. in fin.* In multis tamen locis subjectionem simul continet, ut in *Marchia. vid. infr. in Append.*

* * *

Quæst. 15.) Non statim subditus est.) Vasallus quatenus talis Domini subditus non est 2. f. 5. consequenter hic Jurisdictionem in Personam Vasalli non habet, unde & Dominus feudi Vasalli sui non ordinarius, sed ratione feudi duntaxat extraordinarius judex existit, nisi Vasallus quoad bona allodialia etiam Domino subjectus sit.

16. Sed quomodo Superioritas territorialis Principum Imp. consistere potest cum juramento fidelitatis?

Resp. Vis juramenti illius non ex solis verbis, sed LL. Imp. fundamentalibus & consuetudine recepta, est petenda, quorsum verba finalia illius juramenti collimant: wie ihm das zu thun gebühret von Rechts und Gewohnheits wegen. Cum ergò LL. Imperii,

perii, præsertim per *Instr. Pac. art. 8. §. Gaudeant*, superioritas territorialis confirmata, utique juramentum, hæc *superioritate salvâ*, est intelligendum. Sedan rectè subditi dicantur Status Imperii, vid. *l. iter. c. 9. §. 43. & seq. Rhet. de jur. publ. l. 1. t. 3. §. 2.*

* * *

Quæst. 16. Imperii Princeps, non obstante, quòd feuda ab Imperatore & Imperio recognoscat, horumque ratione Vasallus sit, tamen ob Regalia illa Majora, quæ jure feudi habet, Majestate quâdam analogâ gaudet, & Regionum Domini Subditi, *secundum quid*, quatenus Imperatori & Imperio obligati, *non simpliciter*, sunt, dantur enim multi subjectionis gradus. Ceu in Commentat. ad Capitul. Caroli VI. Proëm, alibivè notatum est; Et Illustr. L. B. de Lyncker in Commun. Sua Doctr. de Capitul. Cæsar. p. 68. ait: Sed Cæsar in Monarchia fundatam intencionem habeat; utut Majestas illa, cum ingenti libertate, adde & potentatu, præter Superioritatem Ordinum s. Statuum conjuncta sit: nec non cum qualitate illâ Statuum, quâ Status sunt. Vid tamen Schvveder. *In Jur. Publ. P. Spec. Sect. 11. Cap. X. n. 3. & seqq. & Lauterb. ad π. Tit. ad L. Jul. Majestat.* Præterea observandumque, Clausulam illam in juramento fidelitatis inferi & necti solitam, *getrey/ gewärtig/ hold und gehorsam zu seyn;* Vasallum ut Vasallum non reddere subditum; Haud officiente, quòd istiusmodi juramentum *Vasallagii* finibus non consistat, sed *subjectionis* potius & *homagii* vim importet; sed re accuratius perpensâ, & ad Practicam Imperii applicitâ; Existimamus, Verbum istud, *Gehorsamb/* generale nomen esse, proque materiâ substratâ accipi & exponi debere; verba etiam illa adjici solita, *von Der Lehen wegen/* rem satis expedit, ita, ut, non ad quantamcunque fidelitatem, sed tantum *ad fidem vasalliticam* restringantur; Nisi status Personæ Vasalli, causæque subjectæ ratio aliud velit & inferat, *verbi causa:*

causa : Ubi Princeps Imperii se ad obligationem Vasallitiam & subditorum munia officiaque obstringit : Mediante sequenti clausulâ : Und sonst alles dasjenige zu thun / was sich einem gehorsamen Fürsten und getreuen Lehn-Mann zu thun / gebühret von Rechts- und Gewohnheit wegen / Confer. Huldéric. ab Eyben Tr. de Feud. Elector. IX. 9. pag. 194. junct. pag. 252.

CAPUT XIV.

DE

DISPOSITIONE TESTAMENTARIA CIRCA FEUDUM.

GENERALIA CAPITIS.

1. Cum Lege XII. Tabl. cautum sit : Sicut *quisque de re sua legasset, ita jus esto* ; inde sequitur , si res testatoris propria non sit, testamentum de eâ condi non posse. Ergò nec de feudo ; cujus dominium directum Vasallo ademptum.
 2. Cum itaque Vasallo testamenti factio sit interdicta , non propter inhabilitatem personæ , sed rei , feudali nexu affectæ ; inde sequitur de omni illo, quod in feudo qualitatem allodiamalem habet , testamentum subsistere.
- I. Num Vasallus in testamento de feudo disponere potest ?

L I

Resp.

Resp. Negando. 1. F. 3. in fin princ. Feudum enim ad res alienas spectat, de quibus testari non possumus; & insuper hoc Domino præjudicaret, cui alius Vasallus obtrudetur. *Servus, c. 9. th. 1. in fin.*

* * *

Quest. 1. Non possumus.) Quia testatio est species alienationis, quæ sanè requirit rem propriam, imprimis, si extraneo res testamento relinqui velit.

2. Sed quid si Dominus in testamentum Vasalli consentiat, vel illud ratihabeat?

Resp. Ita quidem validum est testamentum quoad feudum novum; in feudo vero antiquo tantum valet quoad præjudicium Domini, non agnatorum, ob jus ex investiturâ quæsitum. *Rosenthal, c. 7. concl. 4. num. 6.*

* * *

Quest. 2. Non Agnatorum, ob jus ex investiturâ quæsitum.) Quin & pactis, ut Juris Primogenituræ, Majoratûs, Fideicommissi, Confraternitatis, ubi quilibet Agnatorum jure proprio succedit, & quod quis proximior, eò jus proximius & potius habet, quare nulla testamenti factio, utur hæc aliàs valdè favorabilis, *Zaf. & Brunn. in L. 61. π. De V. O. Wesenb. Consil. 271. 12. 216. p. 6.* procedit, cum in bonis fideicommissis alioque pacto affectis, quilibet confrater s. particeps fideicommissi gaudeat jure quæsito, ex Providentiâ Majorum, secundum ordinem & gradum Prærogativam successorio, quo nemo finè causâ privari debet, *l. 22. π. De Adopt & emancip. l. un. C. De impon. lucrat. descript. adeo, ut ne*

singularem Investituræ tenorem, ab aliis etiam quoad ipsam essentiam differt seu deflectit, etenim *pro Vasallo & Hæredibus Quibuscunque concessum*, quare in quemcunque hæredem extraneum masculinum sc. etiam transferri, & talis hæres in testamento institui potest, unde effectus iste, ut *ex l. fin. C. De Edict. Div. Hadrian. Tollend.* immissio impetrari queat.

5. Poteritne extra hunc casum Vasallus inter filios suos de feudo disponere?

Resp. Affirm. & sic inæqualiter dividere potest, cum filii, uti necessario simul hæredes esse debent, 2. F. 45. ita facti patris contravenire non possunt. *Srruv. d. th. 12. n. 2. & 7.* Quod in feudo hæreditario mixto procedit; si verò ex pacto & providentiâ, liberis præjudicari non posse, statuit *Vult. c. 19. n. 73. p. 488.* Undè sequitur, quòd pater sive Princeps inditionibus seu feudis Imperii antiquis, primògenituram introducere non possit, invitis filiis ultra genitis. *Conf. Iter. c. 12. §. 9.*

6. An verò Vasallus filius exhæredare potest?

Resp. Affirm. Si feudum sit merè hæreditarium, aliàs non; sed exhæredatio tantum subsistet in allodialibus. *Srruv. d. th. 12. n. 8. Vult. c. 9. n. 69. Ludov. pag. 213.*

* * *

Quæst. 6. Si feudum sit merè hæreditarium.) Quantum ad hoc, res est expedita; secus in novo vel antiquo feudo ex pacto & majorum providentiâ, & ab hoc filius ne quidem

dem consensu Domini excludi potest, argum. *r. f. 8.* addatur
Siruv. Tr. de Feud. c. 9. §. 12.

7. Quid si verò ita ingratus fuerit
filius, ut sit exhæredatione
dignus ?

Resp. Consensu Domini adhibito subsistet ex:
hæredatio. *Rosenth. c. 6. concl. 10. n. 10. seq.*

8. An valet testamentum Vasalli, si
eum instituat, qui alioquin erat
successurus ?

Resp. Aff. quanquam hoc casu hæres seu agnatus
non succedat jure testamentario; sed jure proprio sibi
antea competente. Commodum tamen in eo agna-
ti hæredes scripti habere potuerunt, ut citius *ex L.*
fin. C. de Edict. D. Adr. toll. bonorum possessionem con-
sequantur. Sobrad. part. 7. c. 2. n. 18.

* * *

Quest. 7. Consensu Domini.) In feudo nempe novo, non
etiam antiquo.

9. Quando aliàs testamentum Vasalli
subsistit ?

Resp. Si vel statuto vel consuetudine testari per-
missum sit; vel si feudum hoc expresso pacto da-
tum, ut Vasallus illud pro lubitu alienare possit.
Ludov. pag. 181. Exemplum in Archi. Ducatu Au-
striæ, iter. c. 16. §. 6.

Quaest. 9. Alienare possit.) Quia tum feudum incidet in speciem allodii, quod alienare licet; de quo feudo alienabili *Cap. IV. Qu. 53.* supra jam actum. Exemplum citat Cl. Author de Archiducibus Austriae, quibus à Friderico II, id privilegii sive de novo indultum, sive repetitâ concessione confirmatum fuit; ut si forte sine liberis heredibus decesserint, potestatem habeant donandi, & alienandi terras tum inter vivos, tum mortis gratiâ in quemcunque, extraneum etiam, non Membrum vel Imperii Statum.

10. Potestne Vasallus de fructibus feudi testari?

Resp. Affirm. de perceptis, quia hos pleno jure suos fecit; idem de fructibus ultimi anni dicendum, si Vasallus post Kal. Mart. decesserit usque ad Kal. Augusti, juxta 2. F. 28. §. *His consequenter.* *Schrad. d. d. c. n. 25.* Quinam verò terminus moribus observetur, vid. *infra c. 15. qu. 14.*

* * *

Quaest. 10. Postkal. Mart.) Quia tum temporis agriculturæ opera & cura major ferè est peracta.

11. Quid in melioramentis feudi?

Resp. De his valet testamentum, *Schrad. d. l. n. 24.* quia censentur jure allodialium, & hinc si nullum de illis conditum sit testamentum, non heredi feudali, sed allodiali cedunt, qui eâ propter jure retentionis gaudet.

* * *

Quaest. 11. Jungi hîc meretur Schilter. Dissertat. De Meliorationibus feudi.

12. Valetne testamentum de pretio
feudi legitimè venditi?

Resp. Affirm. cum enim pretium hoc non succedat in locum rei, jure allodialium pariter censetur. *Schrad. d. c. 2. n. 34.*

13. Valetne testamentum de feudo
franco?

Resp. Neg. Remissio enim servitiorum non infert liberam disponendi facultatem. *Schrad. d. cap. 2. num. 41.*

14. Quid si quis feudum pignoris jure
detineat?

Resp. De hoc jure pignoris testari licebit, etiam sine consensu Domini; quia obligatio pignoris allodialis est, & Dominus in oppignorationem consentiendo etiam in alienationem consensisse videtur. *Rosenth. c. 7. Concl. 9. num. 2.* ubi tamen statuto receptum, quòd debitum feudale Domini consensu cedi non possit, ibi etiam ad testamentum consensu opus erit. *Carpz. lib. 5. Resp. 36.* Alia ratio est, si feudum propriè pignoratitium sit, de quo quis in specie investitus, hoc enim feudi indolem retinet, excepto eo, quòd redimi possit. *Vid. q. 15. c. 4.*

Quaest. 14. Confer ad hanc quaestionem *Cap. praed. VI. Qu. 15.* ibique *Notata*, quibus feudi pignoratitii Natura satis superque patescit; Addat. *Coccej. Hypomn. Feud. Tit. 4. §. 2.*

15. An

15. An de feudo sub jure retrovenditionis concessio testari licet?

Resp. Negat hoc *Schrad. d. l. n. 8.* cum nec de feudis impropriis testari liceat; quod admitto, si quis sub jure retrovenditionis investitus; Non si ab alio Vasallo feudum consensu Domini jure retrovenditionis acceperit: Hoc enim jus liberè in alterum transferri potest.

* * *

Quaest. 15. Quia talis retrovenditio fit nullo interveniente contractu feudali.

16. An legato feudo aestimatio debetur?

Resp. Affirm. quia feudum non simpliciter extra commercium est, sed ita demum, si Dominus disenserit. *Ludov. p. 180.* modò tamen constat de voluntate testatoris, quòd voluerit illi aestimationem praestari, cui feudum legavit.

* * *

Quaest. 16. Distinguendum est: An Dominus sciverit, rem esse feudalem, an ignoraverit; Priori casu: haeres legatum praestare tenetur, secus v. posteriore casu; hocque est, quod Cl. Autor per limitationem subjectam:

Modò tamen constat de voluntate testatoris, indigitare voluit. Vid. Lauterb. ad n. Tit. De legat. lit. G.

17. Quis verò præstabit æstimationem
feudi legati ?

Resp. Non successor feudalis, sed hæres allo-
dialis; hunc enim, non illum gravare potuit testa-
tor. *Vult. l. 1. c. 9. n. 72.*

* * *

Quest. 17. Sed hæres allodialis argum. *l. 39. §. 7. π. De
Leg. 1. Rimer. Dec. 7. qu. 1.* neque obstat allegat. *l. 39. §. fin.
d. t. De leg. 1.* Agit enim de patrimonio Principis, quod sine
ejus jussu speciali vendi non potest, *l. 1. π. De Offic. Procur.
Cesar.* à quo ad legatum feudi nulla sequela firma duci potest.
Vid. Gothofred. ad d. l. 39. §. fin.

18. An feudum sub generali fideicom-
misso continetur ?

Resp. Neg. quia non habetur jure hæreditario,
sed magis beneficio Domini. *Rosenthal. c. 7. Concl. 11. n.
2.* aliud ergo, si feudum hæreditarium esset, tunc e-
nim etiam in petitionem hæreditatis venit, *Rosenthal.
d. l. concl. 12. n. 1.*

18. (b) An Princeps Imperii in casu,
quo Testamenti factio ipsi permessa,
sine solennitate juris Civilis te-
stari potest ?

Resp. Multi hoc affirmant. vid. *Myler. ab Ehren-
bach. de Princ. & stat. Imp. c. 26.* Contrarium defen-
dit *liter. c. 16. §. 8.* Distinguendum puto, an Princeps
Mm disponat

17. Quis

disponat inter suos subditos, & liberos, & hoc respectu cessabunt solemnia, quia eorum intuitu LL. Civilibus liberatus est, aut alios Principes heredem instituit, & ad solemnia juris adstrictus est, quia Principes Imperii inter se utuntur jure privatorum.

* * *

Quaest. 18. Quia feudum hereditarium instar allodii est, unde & actiones pro hereditate consequenda competentes hic dantur. Ceterum, sententiam Cl. Authoris circa testamenta Principum accuratè distinguentis, ex assè approbamus; Princeps enim aliisque Imperii status non publica tantum persona, sed & certo respectu, pro privato habetur, ideoque privatorum jure gaudere debet; uti Imperii Practica quotidiana id testatur; Confer. *Mev. ad jus Lubec. Part. II. Tit. I. Artic. 2. n. 64. & seqq. Besf. de Pact. famil. Illustr. Cap. VIII. pag. 369. & sequ. Knipschild. de Fideicomm. Famil. Illustr. Cap. VI. & seqq.* infertque hinc n. 21. Vir Celebrerrimus: Undè & tutius & cautius facturos Principes inferiores, si in testamentis suis juris solemnitates observent. & novissimè Dn. *Iterus de Feudis Imperii Cap. XVI. §. 7. & 8.*

19. An Dominus de dominio directo testari potest?

Resp. Affir. quia Dominus proprietatem à nullo alio recognoscit, sed illam liberè possidet; ne tamen Vasallo invito novus obtrudatur Dominus, limitant hoc Dd. ut Dominus tantum inter suos agnatos de proprietate disponere possit. *Vult. de Feud. c. 9. n. 84.* Sed cum Dominus nullo beneficio affectus sit à Vasallo, non video, quare ob utile dominium Vasallo concessum ipsi jus de proprietate disponendi sit denegandum.

Quaest.

* * *

Quaest. 19. Limitant hoc DD.) Nisi Domini heredumque ejus in contractu feudali mentio facta fuerit, quo casu pro lubitu in istorum praedictum proprietatem alienare Dominus non potest, quod etiam verum, quando Dominium directum pactis affectum v. gr. Juris Primogenituræ, Majoratus, Confraternitatum vel Fideicommissi. Dominus feudi, aliis non magis, ac Dominus emphyteuseos jus retractus sibi competens, Alii cedere, regulariter prohibetur. Caterum circa testamentum Principis observandum; Principem quidem non esse obligatum respectu subditorum, adedque cessare solennia; Ast quatenus non ut Author legis, sed ut Civis Reipublicæ consideratur, utique obligatur, *Grot. De J. B. & P. Libr. II. Cap. IV. §. 12. addant. ea, qua ad qu. 18.* Notata sunt.

20. An feudum in legitimam à filio imputandum?


Resp. Neg. quia ex pacto ad filios pervenit, & de genere bonorum adventitiorum aestimatur, quæ legitimæ imputari non solent. *Rosenth. c. 7. concl. 13. n. 10.* in feudo novo autem communiter contrarium placuit. *Rosenth. d. l. n. 4. & seqq.* nisi hoc ex gratiâ Principis concessum,

* * *

Quaest. 20. Ex pacto.) Sc Majorum & Legis Feudalis providentiâ.

Non solet.) Ex jure proprio à primo acquirente sc. ad filios feudum devolutum, ergo parens istud in legitimæ locum referre nequit, quare etiam ad peculium adventitium, docent. *Dn. Lauterb. ad Tit. De Pecul. pertinet.*

In Feudo Novo.) Ratio differentiæ in aprico est, quia feudum novum non nisi per patrem habent, & sic ex qf. substantia Patris descendere videtur.



CAPUT XV.

DE

SUCCESSIONE DESCENDENTIUM IN FEUDO.

GENERALIA CAPITIS:

- 1. In successione feudali pro fundamento observandum, quòd feuda dantur familiae ad servitia praestanda; Qui ergò vel ex familiâ primi acquirentis non est, vel ad servitia praestanda inhabilis existit, ille à successione feudali excluditur.
 - 2. Quòd si ergò habitas ad servitia adfit, descendentes eadem ratione succedunt in feudum, quâ in allodium.
- I. Quorum prima in successione feudali ratio habetur?

Resp. Qui à primo acquirente trahunt sanguinem, seu descendentiam. *Struv. cap. 9. th. 2.*

* *

Quest. 1. Non enim Dominus de aliis successoribus cogitasse, neque primò acquirens alios respexisse videtur, quàm qui ex corpore ejus descendunt; & hinc in Investituras

Formula

Formula
 Inter-
 deces
 2.
 Re
 natural
 Qu
 non succo
 is cum con
 nullis.
 3.
 Re
 bus. 2. F.
 confilio
 quamvis
 tamen cal
 non pzo
 Qu
 cessio irr
 per pzo
 4.
 Resp.

Formula ita solet exprimi verbis : für sich und seine Weibes
Lebens Erben / quibus hæredes ex corpore Investiti descen-
dentes haud dubiè significantur.

2. Quinam inter descendentes sunt
potiores?

Resp. Liberi ex justo matrimonio suscepti, seu
naturales & legitimi simul.

* * *
Quest. 2. Legitimi enim per Rescriptum Principis
non succedunt, nisi alijs ex legitimo thoro deficientibus, vel
iis cum consensu Domini & Agnatorum in feudo antiquo ad-
missis.

3. Num verò liberi indistinctè ad-
mittuntur?

Resp. Neg. sed masculi tantum, exclusis filia-
bus. 2. F. 36. quia nec bellis gerendis idoneæ, nec
consilio, nisi fragili, Dominum juvare possunt. Et
quàmvis interdum bellis sint assuefactæ: rariorem
tamen casum Dominus feudum concedens respexisse
non præsumitur. *Struv. c. 9. th. 8. n. 1.*

* * *
Quest. 3. Filiabus.) Quia feminarum in feudis suc-
cessio irregularis est, quæ non, nisi adjecto pacto procedit,
per prædeducta, addat *Qu. subseq. 5.*

4. Quid verò de masculino ex fœ-
minâ nato?

Resp. Nec hic succedit. 2. F. 11. *vers. Ad filias*
M m 3 *vero.*

vero. Quàmvis enim prohibendi rationes cessent, non tamen plus juris filia in nepotem transmittere potuit, quàm ipsa habuit. *Ludvv. p. 186.* Insuper filia nubendo familiam mutat; Familiæ verò causa feuda sunt concessa. *Forster. de success. lib. 4. c. 23. n. 48.*

* * *

Quest. 4. Non tamen plus juris quàm habuit filia, in nepotem transmittere potuit; quoad cætera hæc *Qu.* prorsus plana est.

5. An filia in feudo foemineo succedit?

Resp. Affirm. tam si propriè tale, seu à foemina primò quæsitum, ubi etiam sine speciali pacto succedit. *2. F. 30.* quàm si impropriè, si scil. per pactum foeminae prospectum, *4. F. 1. §. 7.*

* * *

Quest. 5. Sententia Cl. Autoris omnium certissima, prout è textu *2. f. 11.* oculatiùs constat.

6. Sed num hoc casu simul cum filio admittitur?

Resp. Neg. sed masculis demum deficientibus: *2. F. 30. Struv. c. 9. th. 8. n. 5.* nisi in specie conventum; ut filia simul cum filiis succedant. *Ludvv. pag. 149.*

* * *

Quest. 6. Accuratè notandum: Quà formulâ Investitura facta fuerit & quidem ita: ut Foeminae *Sicut* Masculi, vel *Cum* Masculis succedant: An Masculi & Foeminae ad successio-

cessionem simul admittantur; Casu illo, dictio *Cum* importat successionem simultaneam ac æqualem; Non isto, cum eadem vis particulae *Et* non insit; Nec Obst. (1.) *L. 36. §. 2. ff. De Leg. 1.* Verb. *Nihil distat*, utrum ita legeretur *Titio & Mævio*; an; ita, *Titio cum Mævio*, utrobique enim conjunctum legatum videtur. Nec Obst. (2.) *L. 40. ff. De Usufr. legat.* Verb. *illi Cum illo* habitationem lego, perinde est, ac si ita illi *Et illi* legasset; &c. enim aliam rationem civilis, aliam feudalis juris esse, cum Jus ipsum Feudale regulariter foeminas à successionem removeat, quod de Jure Civili secus, Vid. A. *Qu.* 12. subseq.

7. Si feudum pro masculis & foeminis concessum, an foemina in primâ lineâ tantum superstes, excludit masculum in secundâ lineâ?

Resp. Affirm. Quamdiu enim in primâ lineâ aliquis superest, qui feudi capax; tamdiu successio ad alteram lineam non devolvitur, 2. *F. 50. Peregr. de Fideic. Art. 27. n. 14. Conf. Tiraqu. de primogen. Qu. 11. & 14. Vid. quest. 17. cap. 16.* Graviter obstat 2. *F. 17.* Sed ibi casus specialis, si feudum ad diversas lineas ex æquo pervenerit, quod tunc, quamdiu masculus superest, non admittatur foemina; Si verò quæstio moveatur de duabus lineis, quarum unâ exclusâ altera sola ad successionem admittitur, e. g. si quis filium & filiam relinquat, & in hac foemina, in illa masculus sit, tunc foemina potior erit, quia est in lineâ admittitur. Vid. *Disp. nostr. de success. in feud. masc. & foem. concessa. cap. 3.*

* * *

Quæst. 7. Proximitas Lineæ inter personas ejusdem sexus

xus aliàs observari solet, nisi Fœminæ & Masculi *simultaneè* investiti sint, ubi ex pacto quoque simul admittuntur; In feudis enim obtinet successio linealis, quæ tamdiu durat, donec una linea non est exhausta, vel Masculis, si est Agnatica; vel Fœminis, si est cognatica; & ad aliam non devenitur, quod in quibusdam Regnis ita etiam est receptum, Grot. de I. B. & P. Libr. II. Cap. VII. §. 22.

8. Quid si fœmina ad feudum admissa, & postea masculus nascatur?

Resp. Fœmina tamen ad dies vitæ feudum retinet, quia semel per successione legitime ad eam devolutum: *Ludov. p. 195. Struv. c. 9. §. 8. n. 8.* quod intelligo, nisi & hæc filium reliquerit, 2. f. 30.

Quest. 8. Tamen ad dies vita. Hæc positio etiam vera in casu, ubi feudum alicui ejusque filiis & filiabus *Ehnen und Echteren* concessum, ita ut in personâ filiæ finiatur adque ejus descendentes non porrigatur; vid. omnino *Struv. Synt. 7. F. Cap. IX. §. 8. n. 15.*

9. Sed quid si fœmina per existentiam masculi semel exclusa, num perpetuò exclusa manet?

Resp. Negando, sed deficientibus masculis iterum admittenda. Existente enim masculo fœmina non tam excluditur, quàm non admittitur; seu impeditur; *Vult. cap. 9. n. 53.* Sublato verò masculo, hoc impe-

impedimentum expirat. Nec obstat 1. F. 6. §. *Quin etiam*. Nam fœminæ ulterius non admittuntur, scilicet, quàm diu masculus aut ex eo descendentes existant. *Struv. c. 9. th. 8. n. 6. Ludvv. pag. 196 Birsch. ad 1. F. 6.* Hodie plerumque filiarum renunciaciones fiunt bis auff einen ledigen Anfall.

* * *

Quest. 9. Ratio exclusionis est, quia fœminis successio, quàm diu masculi extant, regulariter non defertur, & masculi existentia solum in causa fuit, cur fœminæ successio dilata vel suspensa sit: quâ ut causâ impeditivâ deficiente, deficit impedimentum, quare insistendum regulæ Jure Feudali simpliciter atque indistinctè traditæ: *Quòd deficientibus masculus fœmina demùm succedat*; Quod in nepotibus & pronepotibus ex filiâ quoque verum, non per saltus enim fit Successio, sed gradus ante sit successibilis, oportet, *Baldus 1. f. 1. §. 3.* Ratio secunda est, quòd renunciatio fœminæ in unius vel alterius agnati favorem facta non perpetuò exclusiva sit, hinc deficiente eo, in cujus favorem renunciatio facta, cessat quoque exclusio, cum limitata causa limitatum producat effectum, addat, omninò *Cl. Gailius 2. Obs. 148. ibique Not. nostr.*

10. Quid in feudo merè hæreditario?

Resp. Et hîc fœmina succedit; dum enim ad quosvis hæredes transitorium est, & jure allodialium in eo succeditur, fœminæ non erunt excludendæ. *Schrad. de feud. P. 7. c. 3. n. 1. Dissentit Carpz. P. 3. cap. 28. D. 11.*

* * *

Quest. 10. Sententiæ *Cl. Autoris* calculum addo, in feudo

Nn

feudo absolutè & merè hæreditario, vel ut Cl. *Gail. II. Obf. 154. n. ult.* apertius loquitur: quando expressè dictum, quòd feudum habere debeat NB. naturam bonorum allodialium, quòd alienari in quemcunque & de eo prò arbitrio disponi possit, reservatà Domino Directo fidelitate; Aliter tamen judicandum, existimarem, si concedatur alicui & hæredibus feudum, ubi non omnis generis hæredes, ut fœminæ, (quæ ad generandum, non ad imperandum creatæ sunt) ad successionem vocantur, optimè ita notante *Struv. Synt. Jur. Feud. Cap. IV. §. 13. & C. IX. §. 8. n. 5.* Nisi vox *Erb* & *Lehen* ex Consuetudine loci denotet feudum, in quo etiam fœminæ succedunt, argum. 2. f. 11. vel expressum adjectum sit de fœminarum successione pactum; hocce casu tamen quadruplex fœminis successuris conditio inest: (1.) Si Pater. (2.) Si Fratres. (3.) Si liberi horum Agnatique masculi decesserint, (4.) Natæve ex masculis demortuæ fuerint, ubi, inter ipsas quoque fœminas Jus Primogenituræ obtinere, tenet *Besius De Pact. Famil. Illustr. Cap. VIII. §. 58.*

II. Quid in feudo franco?

Resp. Hic succedit fœmina, quia ratio prohibendi, seu inhabilitas ad servitia cessat. Et hic simul cum masculo admittenda. 2. f. 104. *Struv. §. 9. th. 8. n. 2.* ubi hoc ad feudum conditionatum extendit, si servitium tale sit, quod commodè fœmina præstare possit. Dissent. *Luduv. p. 190.* fœminas à feudo franco penitus excludens. Nos id non admittimus, fœminam cum masculo hic concurrere; Regulariter enim saltem in subsidium succedunt fœminæ; & textus 2. F. 104. expressè de eo casu agit, si in literis investituræ expressum; ut simul succedant cum filiis.

* * *
Quest. 11. Admittenda.) Ratio in promptu hæc est, quia

quia in feudo franco nulla præstantur servitia, ideoque foemina omnino admissibilis; nisi & alia mens Domini fuerit, si v. gr. Feudum tale in feudum masculinum expressè concedat, ita bene limitante *Srruv. Synt. Jur. Feud. Cap. IX. §. 8. num. 2. & 3.*

12. Quando aliàs foeminæ admittendæ?

Resp. Si statuto vel consuetudine id ita receptum. *Ant. Disp. 6. ob. 4. Ludov. pag. 193.* qualis consuetudo est in Ducatibus Cliviæ & Juliæ, ut non extantibus filiis succedant filiæ. *Joh. à Sande de Feud. Geldria T. 1. Tit. 3. cap. 1. §. 5. Linn. de J. Publ. l. 5. c. 10. n. 7.* idem de Ducatu Megapolitano asserit *Mylor. de Princ. Imp. c. 24.* Sed malè, quia in literis investituræ Mecklenburg. foeminarum nulla mentio, sed tantum *der Lehen Erb. sit.* De Austria, Carinthia, Tyrolensi, Catimelibocensi & Saynensi Comitatibus res certa est. Vid. *liter. c. 14. §. 13. & seqq.*

* * *

Quest. 12. Ita receptum. In Landgraviatu Hassiæ Abbatiatu Fuldensi, Principatu Hirschfeldensi &c. *Wehner. Obs. Pract. Voc. Fuldisch Lehen.* Aliisque Imperii Statibus, addantur præterea *Notata ad qu. 27. Cap. III.*

13. Sed an extra illos casus filia nihil ex feudo capit?

Resp. Neg. nisi quod alimenta & dotem congruam ex feudo petere possit; & hæc si bona nulla hæreditaria adsint, tam Agnati, quàm Dominus ob

N n z

æqui-

æquitatis rationem ex feudo præstare debent. *Anton. Disp. 6. th. 8. lit. h. Vult. c. 9. n. 57.*

* * *

Quest. 13. Præstare debent.) Et si enim feudum per se in dorem dari non possit 2. f. 9. bonis tamen hæreditariis nullis extantibus, filia tam ab Agnatis quàm Domino ex feudo dorem petere potest, quod etiam ex æquitate receptum, idem & de feudi fructibus esse dicendum, monet *Rosenthal. Cap. IX. Concl. 9. n. 1.* tutius securiusve tamen est, ut hujusmodi dos cum consensu successorum feudalium constituatur, & quidem pro facultatibus feudi, dignitate non solum dotantis, sed & qualitate & conditione mulieris ejusque mariti consideratâ, tamen ita, ut imprimis Consuetudinis habeatur ratio, & notant hinc DD. Filias Regias, Aliasque Illustres, ex Domano Regis terram immobilem non in hæreditatis partem accipere, sed dote, in pecuniâ numeratâ consistente, contentas esse debere; Utur etiam Legem Salicam intelligant; Et vel illam ut Dispositionem de Bonis Coronæ & Principis, vel tanquam Terram Salicam & Bona Coronæ Regi & Principi ad tuendum splendorem familiæ, conservandumque Statum publicum addicta, accipiant.

14. Annon verò ex fructibus illius anni, quo decessit Vasallus, quid capiunt filix?

Resp. Eos capiunt, si post Kal. Mart. decesserit. 2. F. 28. §. *His consequenter.* quod idem in Pomerania. Vid. *Conclus. Pom. Tit. 25. Concl. 1.* In Marchia regulariter, si post diem Margarethæ. *Kohl. de succ. Conjug. 9. n. 9.* In Saxonia, si fructus rastro subacti. *Carpzov. P. 3. C. 32. d. f. 1.*

Quest.

* * *

Quest. 14. Rastro subacti.) Nempe si agricultura ut & major operarum pars est confecta & peracta; Mos & Consuetudo Regionis hanc rem tamen definit.

15. Num verò masculi omnes ad successionem admittuntur?

Resp. Affirm. modò ad servitia habiles sint.

16. Quinam sunt inhabiles?

Resp. Hi vel sunt naturâ tales, vel lege, vel conventione.

17. Qui naturâ inhabiles sunt?

Resp. Qui ob defectum animi vel corporis ad servitia præstanda apti non sunt. Quales sunt furiosi, dementes, muti, surdi, cæci. 2. F. 36. Struv. c. 9. ih. 10. etiamsi hæc vitia non sint connata, sed contracta tantum, ob identitatem rationis. Ludvv. in Tract. Feud. pag. 171.

* * *

Quest. 17. Naturâ inhabiles, vel lege, Lauterb. in π. Tit. De Curat. & Cur. in lit. B. vel conventione. Vid. Idem ad Tit. π. De Jur. Dot. in SS. & ad Tit. de Pact. Dotal. Ant. Cap. VII. qu. 3. & 4. ibique jungantur Notata nostra.

18. Sed quid si post feudum acquisitum talis defectus superveniat?

Resp. Non est privandus feudo ob casum supervenien-

N n 3

venien-

venientem, cum semel id justè quæsiverit. *Siruv. d. l. n. 5. Anton. D. 6. th. 10. lit. e. Carpz. P. 3. C. 28. d. 8.*

* * *
Quæst. 18. Quia si semel feudum lineam est ingressum, nemo ex lineâ aliâ admittitur nisi ultimi possessoris linea deficiat 2. f. 50 propter Jus quæsitum, quo nemo absque suo facto privandus, cum ea, quæ fato fiunt, nemini imputanda sint, *Gail. l. Obs. 143. n. 1. & seqq. Mav. P. III. Dec. 250.* & potest talis inhabilis interim per substitutum fervire quod non tam in antiquo quam novo feudo obtinet, cum ineptus vi medicamentorum pristinae valetudini restitui queat.

19. Quid si feudum francum?

Resp. Hic imperfecti admittuntur, cum ratio prohibendi cesset. *Siruv. d. l. num. 8.*

* * *
Quæst. 19. Quia nulla hic servitia præstanda sunt, consistit hujus enim ratio tantum in feudi recognitione, & debito respectu erga Dominum, salvâ Juris Feudalis successione.

20. Patre imperfecto excluso, an hoc nocet filio perfecto?

Resp. Neg nisi feudum, antequam filius susceptus, ad agnatos devolutum. *Siruv. d. l. num. 7.*

* * *
Quæst. 20. Devolutum.) Cujus ratio & illa ad *Qu. 18.* adducta esse potest; quemadmodum enim, feudo lineam semel ingresso, donec aliquis ex linea illa superest, nemo admittitur, ita & postea imperfecto v. gr. surdo & muto liberi Mares nati feudum prætere non possunt; consequenter
 Masculus

Masculus superveniens fœminam propter jus quæsitum possessione feudi non expellit *C. 25. X. De Jurejur.*

21. An Hermaphroditus in feudum succedit?

Resp. Si masculinus sexus prævaleat, non repellendus, *arg. l. 10. ff. de Stat. hom. cum nusquam jure feudali contrarium statutum. Ludov. Tract. feud. p. 159. Diss. Bocov. de Success. feud. c. 2. Quest. 43.*

* * *

Quest. 21. Quia pro Masculo habetur, & quidem præcautione illâ adhibitâ, ut sexu nullo in eo prævalente, sexum masculinum quem elegit, juramento confirmet.

22. Quinam lege sunt inhabiles?

Resp. Qui ob conditionis suæ impedimentum à lege repelluntur, ut Clerici, Monachi; qui, etsi acquisito jam feudo tales fiant, feudo tamen privandi. *2. F. 30. §. Ex hoc.* Non enim ita casu inhabiles fiunt, sed seipfos tales reddunt. *Struv. c. 9. th. 10. n. 5.*

* * *

Quest. 22. Tales reddunt. Ratio alia in Clericis, quia se ipsos feudo indignos reddunt, & sicuti Monachus nihil in bonis habere debet per *Auth. Ingressi. Cod. De Episc. & Cleric.* ita nec servire, nec fructus feudi habere potest, per *supra adducta.*

23. Quid hodiè juris in Clericis?

Resp. Ex consuetudine à feudi antiqui successione excludi non solent. Sicut hoc in Electoratu Saxoniæ

xoniæ cautum. *Carpz. P. 3. C. 28. D. 2. Struv. c. 9. th. 9. Ni-*
si ubi servitia in persona præstanda. Carpz. d. l. def. 4.
modò non sint monachi. Carpz. d. C. 28. d. 3. n. 2. D.
Horn. c. 15. §. 15.

* * *

Quæst. 23. Quantum ad Monachos, hi se indignos
 feudo feudalibusque servitiis reddiderunt, hinc utique inha-
 biles sunt. Vid. *Nota Diderici ad A. B. Tit. VII. vers. Pri-*
mogenitum.

24. Quinam Conventione?

Resp. Si tempore ineundi matrimonii invicem
 conveniant conjuges, ut liberi inde nati, certâ quan-
 titate pecuniæ acceptâ, hæreditate abstineant. 2. F.
 29. *Ludov. in Tract. feud. p. 187.* Quod vocatur matrimo-
 nium ad Morganaticam contractum; *Struv. c. 9. th. 5.*
n. 9. ubi respondet ad text. 2. F. 26. §. *Filii.* Vid. *supr.*
cap. 7. qu. 2. seqq. Accuratè verò hîc verba pacti in-
 spicienda, quousque à successione excludendi sint.

* * *

Quæst. 24. Excludendi sunt.) Accuratè distinguendum:
 Utrum pactum inter parentes ita sit conceptum, ut inde con-
 stet patrem filios non solum ab Allodiali, sed & Feudali suc-
 cessione voluisse exclusos; An, non ita formatum sit: Priore
 Casu filius non; bene casu posteriori succedit, 2. f. 29. quip-
 pe æquum, filios legitimos à successione non excludi, strictè
 tamen illud pactum intelligendum, adque feudalem succes-
 sionem, quæ non tam à Patre, quàm Primo acquirente de-
 fertur, non extendendum esse, Feudalis Juris ratio suadet.

25. Si plures unius gradûs filii sint, an
 æqualiter succedunt?

Resp. Affirm. si feudum sit dividuum; Individua
 verò

verò, qualia sunt feuda Regalia, ad conservandam potentiam & dignitatem familiæ primogenito cedunt. 2. F. 55. §. *Præterea, Ludov. in Tract. F. p. 189.* Quamquam hodiè in imperio multa Regalia feuda divisionem admittant, licèt in aliquibus primogenitura iterum recepta; de quo vid. *liter. cap. 12. §. 15.* quæ receptio consensu Imp. fieri debet, solutâ certâ pecuniâ, cujus quantitatem pro diversitate Principatus vel Comitatus vid. infra in *Taxa Dignit. subjecta in Append. Num. 5. pag. 471.*

* * *

Quest. 25. Primogenito cedunt.) Ubi sc. Jus Primogenituræ ceu in Electoratibus aliisque Imperii Principatibus viget; In quibusdam Imperii Provinciis ut Clivenfi Juliacensi Montensi Ducatibus adjacentibusque Regionibus aliis Statutis etiam inductum, ut Primogenitus Nobilis præcipua quædam habeat, *das Adelige Schloß und Bau. Vær. In Hist. Juliac. & Mont. n. 42. 143. & 144.* idque sive Clericus, sive Laicus sit, quamvis ille ad dies vitæ tantum gaudeat.

26. Sed an ita ultrageniti planè à successione arcentur?

Resp. Quòd non, sed certa ipsis portio pro dignitate familiæ assignatur, quæ portio vel in numeratâ pecuniâ consistit, vel in redditibus certorum prædiorum & communiter Appanagium dici solet; vid. *Springensfeld. singul. Tr. de Appanag. Limn. ad A. B. tit. 25. §. 2. obs. 4.* filiabus tamen appanagiatorum dos à Principe regente præstari debet.

* * *

Quest. 26. Recepta.) Appanagiati s. Deputati Principes

O o

pes

pes quamvis Regimen non habeant, tamen Jus legale .e.
reale in bonis Juri Primogenituræ subjectis habent.

27. Quid verò juris in prædiis as-
gnatis habent Principes ap-
panagiati?

Resp. Tantum usumfructum pro se & descen-
dentibus; non verò jurisdictionem, nisi hæc simul
expressè concessa. Territorialis verò Superioritas pri-
mogenito semper manet. *Myler. de Princ. Imper. c. 22.
n. 3. & 4.* Titulum tamen plenum & omnia insignia
Principes appanagiati in spem futuræ successionis re-
tinent, *Reinking. de R. S. & E. lib. 1. Cl. 4. c. 16. n. 20.*

* * *

Quest. 27. Expressè concessa.) Quare quando de istius
jure quaeritur, rectius tutiusve ad Reccus inter Regentem &
Appanagiatum Principes erectos respiciendum est.

Manet.) Cui annexum Jus Episcopale aliaque juri ter-
ritoriali coherentia, ut sunt Collectæ, Indictio, Conventus
Provinciales &c. *Springfeld. De Appanag. Cap. XI. Diederic.
ad A. B. Cap. 24.* adeo ut si Secundo-vel Ultragenitus Mini-
strum Ecclesiæ Aulicum habeat, Minister ille omninò Episco-
po, Domino nempe Regenti subjectus; Et admonitus vel ci-
tatus coram Consistorio se sistere, quæcunque Decreta & Re-
scripta etiam recognoscere, & honorare debet; nisi iterum
aliter hæc in parte conventum fuerit.

Retinent in f.) Quia Jus in Terris habent, & in qui-
buscunque causis Statum activè vel passivè concernentibus
concurrunt.

28. Quis verò pro primogenito habendus, si filius unus ante adeptum feudum, alter postea natus?

Resp. Qui antea natus, nam hic naturalis respectus potior est, & qualitas in persona patris superveniens, etiam in filium antea natum redundat. *arg. L. 5. ff. de Senator. & qui alicui & filiis ejus feudum concedit, sine dubio liberos jam natos non exclusisse videtur. Ludvv. in Tr. F. pag. 191.*

* *

Quæst. 28. Redundat.) * Ratio Cl. Autoris adducta validissima, & quare temporis differentia, intuitu nativitatis, nihil discriminis injicere potest; Cùm & proximus hic intelligatur temporis mortis, docent. *A. B. Cap. VII. §. 2. prioritas, quippe, nascendi, nullâ superveniente qualitate Civili, immutatur.*

29. Si primogenitus decesserit, an secundogenitus nepoti ex illo præferendus?

Resp. Neg. ob jus representationis, & ob transmissionem juris in nepotem; insuper magis primogenitura à nativitate dependet, quàm à morte; ex illa enim jus est, ex hac effectus, illud verò transmittitur. *Zoes. ad ff. tit. de suis & legit. hered. n. 15. Ludvv. in Tract. F. p. 193. Conf. Text. in A. B. tit. 7. §. 2. ubi ob similem rationem extensio admittenda. Add. Hermenegid de Roxas de incompatibil. Regnor. & majorat. P. 1. c. 6. §. 13. num. 160.*

Quaest. 29. In nepotem.) Quia respicitur Linea Primogeniti, in qua nepos patrem suum primogenitum representat, ergo & effectum primogeniturae juris gaudet.

30. Quid si primogenitus vitio aliquo laboret?

Resp. Sic secundogenitus praefertur. *Limn. ad A. B. c. 7. §. 2. obs. 11. Roxas d. Tract. p. 2. c. 6.*

Quaest. 30. Praefertur.) Sc. si Primogenitus plane inhabilis, nullosque filios habeat; Filiis vero existentibus vel illis etiam post natis, secundo - vel ultragenitum aut plane non admitti, aut, illum actu possidentem post liberorum supervenientiam jure expelli, constituto alio tanquam legitimo administratore, haud dubitandum; Etenim filiis proprio jure succedentibus patris infelicitas nocere non potest;

31. Potestne vero primogenitus suo juri renunciare?

Resp. Affirm. *arg. L. pen. C. de pact. Molina de Primogenit. Hispan. lib. 3. c. 2. n. 21.* Hinc volente primogenito, secundogenito Electoratum reliquit Fridericus Elector. Brand. *Limn. ad A. B. d. §. 2. O. 8.* Alia quaestio est, an jus suum cedere possit, h. e. in quemcunque alium transferre; & hoc negatur. An vero renunciare possit? Et hoc affirmatur, quia nemo invitus etiam inter Principes compellitur, esse haeres; quo casu jus hoc non ceditur secundo, sed ipso jure ad eum devolvitur, *Exempla alia habet Iter. c. 11. §. 24.*

Quaest.

Quaest. 31. In fin.) Modò hoc fiat, antequam Primogenitus filios habeat, qui si in rerum naturâ sint, parens istis præjudicare nequit, quippe semper habent Jus contra secundogenitum potius, istoque sunt potiores & proximiores, imò filios post patris primogeniti renuntiationem natos, illo, in cujus favorem pater renunciavit, potiores esse, ita, ut post fata patris pacto tali stare haud teneantur, ex superioribus abundè constat; filius quippe sanguinis jure succedens actis ejus, cui succedit, non tenetur, vid. omninò *Gail. 2. Obs. 147. ibique Nota & Vindic. Nostr. Knipschild. Tr. De Fideicom. Famil. Nobil. Cap. XI. n. 398. 399. & 400.* atque hinc, ait. renuntiationem à patre factam fideicommissi (idem in bonis Juris primogenitura) filio, post patrem ordine successivo vocato, non nocere, confer. Autores copiosè ibi allegati; & addat. *Rumel. ad Aur. Bull. Cap. VII. Quaest. 7.*

32. Quomodo differt primogenitura à Majoratu?

Resp. Jure primogenituræ quamdiu ex primâ lineâ aliquis superest, ex aliis nemo admittitur; in Majoratu verò non habetur respectus ad certam lineam, sed ad totam familiam, ita, ut ex agnatis semper succedat, qui ætate major. *Dn. Rhet. Comm. 7. F. p. 310. n. 11.* Nisi tamen Majoratus primogenituræ junctus, ubi succedit, non qui in totâ familiâ senior; sed qui in lineâ primogeniti.

32. (b) Quid si non constet, quis ex filiis sit primogenitus?

Resp. Rarus quidem hic casus est, potest tamen
 O o 3 inter

inter gemellos per incuriam fieri aliqua confusio. Varias sententias de hac materiâ adduxit Tiraquell. in tr. de jur. primogenit. Sed optima sententia est, ut res forti committatur. vid. Iter. c. 12. §. 18.

* *

Quest. 32. *Etate major.*) Qui Regimen & Directorium totius Domus gerit, Lauterb. in π. Tit. 11. Libr. XIX. Lit. G. vers. Non etiam singularis successor. n. 7. Sententia Cl. Autoris Dn. Iterum loco allegato sequentis etiam nobis arridet; fors, quippe, optimum in obscuris & dubiis dissolvendis medium, quod & in eriscundæ familiæ judicio adhiberi, consuetum, de quo Jctus in l. 5. π. famil. eriscund. & Imperat. Justinianus in l. ult. C. Commun. de Legat. agunt. Vid. Gothofred. in Not. ad h. l. fin. lit. h. nec non in ipsis dividendis liberis, conveniens judicatum. Novell. 162. cap. 3. jungantur iidem ibi Notæ Gothofred. lit. m.

33. Quid si filii & nepotes in successione feudi concurrant?

Resp. Nepotes perindè ut de jure civili locum parentis occupant, & ita cum filiis admittuntur. Struv. c. 9. th. 5. n. 2. quæ repræsentatio, etiamsi nepotes inter se soli concurrant, obtinet. Struv. d. l. n. 3.

34. Quousque verò jus repræsentationis jure feudali extenditur?

Resp. In infinitum; i. E. i. §. Hoc quoque in fin. etiamsi feudum pro se & filiis concessum, ob præsumptam feudum acquirentium intentionem. Ludov. in Tr. F. p. 197. Schrad. p. 7. c. 5. n. 2.

Quest.

* *

Quaest. 33. 34. In feudis enim obtinet Juris Longobardici 2. f. 37. pr. Imò & Juris Canonici ratio *Can. 5. Caus. XXXV. Qu. 5.* Quo omnes descendentes cujuscunque & ulterioris gradus, jure representationis in stirpes succedunt, ut nepotes, pronepotes & deinceps; ubi nepotes id accipiunt, quod ipsorum pater accepisset, si vixisset, etiam si diversi gradus sint 1. f. 8. & 2. f. 30. addat. *Lauterb. ad Tit. 15. Libr. 38. in lit. f. g. inter.*

35. An liberi emancipati in feudo succedunt?

Resp. Affirm. quamvis enim emancipatione tollatur agnatio, §. *fin. Inst. de Legit. Agnat. Tut.* jus feudale tamen agnationem latius capit, & omnibus masculis à primo acquirente sanguinem trahentibus tribuit. *Ludov. in Tract. feud. p. 80.* & hinc ad patriam potestatem non respicit.

* *

Quaest. 35. Quia Civilis ratio civilia quidem jura non naturalia corrumpere potest; accedit, quòd jure Novellarum Emancipationis differentia in tantum sublata sit, *Nov. 118. Cap. 2. Lauterb. ad Tit. 8. Libr. 37. in fin. & Tit. 15. Libr. 38. lit. f.*

36. Succeduntne liberi naturales?

Resp. Neg. 2. F. 26. §. Naturales. etiam si feudum sit foemininum, cum jus feudale in genere legitimam nativitatem requirat. *Siruv c. 9 th. 3. n. 7.* Nec succedunt, etiam liberi legitimi deficiant, *Schr ad. part. 7. c. 5. n. 20.*

Quaest.

* * *

Quaest. 36. Naturales.) Sive naturales in specie sic dicti, sive spurii, sive incestuosi, aut adulterini fuerint, in feudis planè non succedunt. Nec obstat, quòd Jure Civili naturales ad successionem matris imò & aliquando ad patris hæreditatem admittantur l. 2. & 8. ff. *Und. cognat.* 12. enim, Jus Feudale Legitimam Nativitatem in quocunque feudo, sive feudo paterno sive materno, & tam in successione testamentaria, quàm ab intestato respicere.

37. Quid verò si quis natus ex sponsa ante benedictionem sacerdotalem?

Resp. Hic succedit, si modò plenè consensum fit in matrimonium; Nam benedictio est ceremonia ecclesiastica, jure civili & feudali incognita. *Struv. c. 9. th. 3. n. 13.*

* * *

37. Ecclesiastica.) Quia hæ Cæremoniæ ad essentiam Matrimonii olim non requirebantur, etenim benedictio sacerdotalis meri juris positivi, à Christo & Apostolis nunquam præcepta, quare in Belgio copulationes interdum coram Magistratu fiunt, secus ac in nostro Imperio. Nec obstat, quòd Parentes contra Ordinationes Ecclesiasticas, quod scilicet, antequam nuptiæ solenniter fuerint celebratæ, concubuerint, peccaverint. & enim, hujusmodi parentum peccatum, & quòd casu forsan impediantur addere solennitates ecclesiasticas, liberos innocentes ab istorum hæreditate non excludere, quam sententiam Cl. *Struv.* loco apud *Dn. Authorem* allegato egregiis firmisque fulcit rationibus.

38. An

38. An succedunt legitimati per subsequens matrimonium?

Resp. Affirm. quia in omnibus legitimè natis comparantur. *Carpz. P. 3. C. 28. Def. 17. Struv. d. th. 3. n. 12.* Non obstat *cap. Naturales. 2. F. 26.* vid. *Tr. nostr. de Success. ab intest. Disp. 1. c. 3. §. 28.* Et procedit hæc sententia etiamsi feudum sit concessum pro se & liberis legitimè natis. *Schrad. p. 7. cap. 5. n. 21.*

38. (b) Sed an in feudis Imperii majoribus succedunt?

Resp. Affirm. prolixè rationibus & exemplis defendit *Aylerus in Gamolog. Princip. Imp. c. 24. n. 2.* quod & probat *lter. de feud. Imp. cap. 14. §. 2.* ubi §. 3. hoc extendit ad casum, si alii liberi legitimi adsint, licet jus primògenituræ excipiat; de quo dubito, si specialia illius domûs statuta aut pacta doceri nequeant. In Marchia Brandenb. speciali Edicto cautum, ne tales legitimati in feudis succedant.

* * *

Quest. 38. Comparantur.) Si Pacto vel Statuto ita cautum, ut Primògenitus filius in feudo succedat: contingatque aliquem generâsse filium ex concubinâ, quam postea, legitimâ suâ uxore mortuâ, in uxorem ducit, infimulque filium illum naturalem legitimet, ubi tamen notandum: quòd hæc legitimatio in præjudium secundo-quidem sed ex legitimo thoro nati, retrahi nequeat, quoniam ante hanc legitimationem ille naturaliter atque legitimè editus, consequenter ante illum, jus primògenituræ legitimo modo consecutus est; Addat omnino *lter. de Feud. Imp. Cap. XIV. n. 3.*

Pp

39. An

39. An succedunt legitimati per Rescriptum Principis?

Resp. Neg. d. §. *Naturales*. nisi in specie ad feudi successionem sint legitimati. *Gail. 2. obs. 140. n. 6.* Etis, qui legitimat, simul sit Dominus feudi, vel Dominus aliàs in legitimationem consenserit, *Schrad. d. c. §. num. 27.*

* * *

Quest. 39. Consenserit.) Vel legitimatio ex iustâ & probabili causâ aliàs facta fuerit, ubi in Domini feudi præjudicium illa indistinctè valet, quamvis in feudo antiquo non tantummodò Domini, verùm & agnatorum approbatio regulariter supervenire debeat, confer. omninò *Struv. Synt. §. F. Cap. IX. §. 2. n. 9.*

40. Sed num hæc legitimatio valebit in præjudicium Agnatorum?

Resp. Neg. Sed tantùm in præjudicium Domini legitimantis, si alii successores non adfuerint; aliàs agnatorum consensu in feudo antiquo opus erit, ne his jus ex primâ investiturâ quæsitum auferatur. *Struv. d. th. 3. n. 9.*

* * *

Quest. 40. Ratio est, quia legitimati hi in Investiturâ non sunt comprehensi, sicque nullum præjudicium Jus jam habentibus inferri potest, secus ac in legitimatis per matrimonium subsequens sive id verum, sive erroneum, vel putativum sit. Dicitur, secus esse in his legitimatis: Atqui hæc ratio videtur evincere, ac si matrimonii postea contracti vis potior, quàm Imperatoriæ ipsius Majestatis potestas

in legitimationis modo fit. Sed cum Cl. *Itero de Feud. Imper. Cap. XIV. n. 5.* respondendum, putamus: Utriusque Legitimationis effectum five per Sacrum Principis Oraculum, five per matrimonium, parem esse, & à Summi Principis arbitrio unice & ultimato dependere; uti Dn. *Mylerus ab Ehrenbach. in Gamolog Cap. XXV. §. 11. & 12.* ipse confitetur, sc. Si Princeps ex iustâ aliquâ magnâ & prægravi causâ naturalem filium ad feuda Imperii Regalia suo Rescripto legitimaverit, hoc casu legitimatum excludere etiam Agnatos proximio res, idque Interpretes adhuc omnes, quorum aliquos allegavit, uno ore communiter contendere, tenet; huiusque rationis pondere quoque inductus motus laudatus Dn. *Iterus d. Cap. XIV. n. 7.* ait: *Et Casar horum feudorum Dominus est, & quidem talis, cujus potestas non ex solius feudarii communibus regulis estimari debet, siquidem non dominum modo, ut alias, sed & Imperium & jurisdictionem eidem in his beneficiis competere, certum est; quare eo minus dubitare licet, ita statuendi licentiam eidem hac in parte competere.*

41. Sed cur in allodialibus valet legitimationo, facta cum clausula, non obstante?

Resp. Quia ibi successio agnatis debetur ex solâ dispositione juris civilis, cui derogare Princeps potest: Hic verò debetur successio ex pacto primi acquirentis; Juri verò ex contractu quæsito non derogari potest ab altero; cum quo pactum in initum, qui hic Dominus feudi.

* * *

Quaest. 41. *Hic v. debetur successio.*) Quia in Jure Civili nullis Agnatis est Jus quæsitum, secus ac in Jure Feudali resp. Feudi veteris, Agnati enim in tali feudo, contemplatione primi acquirentis, ejus sunt descendentes.

42. Quid in legitimatis per oblationem Curia?

Resp. Regulariter non succedunt, nisi in feudo post oblationem quaesito, modò constet de Domini feudum concedentis voluntate. *Ludov. in Tr. pag. 163.*

* *

Quaest. 42. Post oblationem quaest.) Plurimi quidem dissentiunt, ut nequidem post oblationem in feudo quaesito succedere possint *arg. 2. f. 11. §. 1.* rationem allegant, quia aliorum Vasallorum jam subinde versatur praedictum, ergò absque istorum consensu dato non possint succedere, etsi hoc modo ad feuda legitimati sint; aut sententia Cl. Autoris per argumenta praemissa iustà ratione horsum trahenda, deferenda non est.


43. An Adoptivi succedunt?

Resp. Neg. 2. *F. 26. §. Adoptivi.* quia feuda sanguini dantur; adoptio verò jus sanguinis non tribuit, *l. 23. ff. de Adopt.* Insuper adoptio in praedictum Domini & Agnatorum tenderet, cum nunquam feudum ad ipsos reverteretur. *Struv. d. th. 3. n. 5.* quod idem quoque in feudis Imperii obtinet. *Iter. c. 14. §. 8.* si tamen Dominus & agnati in adoptionem consentiant, dubium non est, quin succedant. *Ant. D. 5. th. 6. lib. C.* Sicut & exceptio est in feudo hereditario. *Iter. d. §. 8.*

* *

Quaest. 43. Reverteretur.) Quia adoptati ab aliquo Ascendenti, quamvis jus familiae i. e. suavitatis & agnationis nec non dignitatem i. e. forum paternum accipiant, non tamen jus cognationis ac sanguinis indispiscuntur; hinc in feudis, vel emphyteusi antiqua non succedunt *l. 23. π. De adoptione & emancip.* Vid. *Lanierb. ad Tit. 7. Libr. π. 1. §. l. Arroгато.*

CAP.



CAPUT XVI.

DE

SUCCESSIONE ASC-
CENDENTIUM ET COL-
LATERALIUM.

GENERALIA CAPITIS.

- 1. Quoad ascendentium & collateralium successionem generalis regula est: *Quicumque à primo acquirente sanguinem non trahit, aut simultaneè investitus non est, ille in feudum non succedit.*
- 2. Ubi ergò illius generis collaterales concurrunt, qui à primò acquirente descendunt, illi succedunt aequaliter, sicuti de jure communi, exclusis tantùm, qui per foeminas conjuncti, nisi feudum sit foemininum.

I. Succeduntne ascendentes in feudo?

R Esp. Neg. 2. F. 50. Liberis enim Vasallus prospicere voluit, non aliis. *Vult. cap. 9. num. 101.*

* * *

Quast. I. *Non aliis*) Sive Feudum Ecclesiasticum five Seculare, five Antiquum five Novum fit.

Pp 3

2. Quid

2. Quid in feudo antiquo?

Resp. Hic regulariter casus dari non potest quia hoc feudum per mortem demum patris ad filium devolvitur. *Struv. c. 9. th. 3. n. 2.* Si tamen casus detur, e. gr. si pater in gratiam filii feudo antiquo renunciaverit. *Ludov. in Synops. p. 205.* vel si avus non contradicente filio feudum in nepotem transfulerit; hic verò sine liberis decesserit, ad patrem revertitur feudum. *Rosenthal. c. 7. Concl. 14. n. 9.* Quamvis sic propriè non adsit successio, sed feudum revertatur, ob cessantem causam.

* *

Quest. 2. *Ad Patrem revertitur.*) Quia uti parens ex sanguine primi acquirentis prognatus & ultimo defuncto in gradu proximus, maximè verò feudo se prorsus non abdicans revertendi jus, cessante illâ causâ, sibi reservasse censetur.

3. Quid si feudum novum jure antiqui concedatur?

Resp. Hic pater succedit, cum & fratres admittantur, quibus tamen pater postponendus non est. *Struv. c. 9. th. 3. n. 4.*

* *

Quest. 3. *Succedit.*) Pater enim contractâ fiduciâ filium de feudo investire faciens, filio succedet 2. f. 84. ibique Gothofred.

Postponendus non est.) Quod non tantum juxta Cl. Auctor. in feudo novo, verum etiam in feudo hæreditario in quo parens cum defuncti fratribus succedit, *arg. Nov. us. C. 2.* procedit. Vid. *seq. Qu. 4.*

4. Quan-

+ Quan

Resp. Si
2. F. 84. vel
concessum, ubi
centum Dominus
Vel si feudum sit
pag. 205. Vel si
ceptum. Auct. Digi
loci, ubi feudum
2. n. 2.

Quest. 4. Ubi fe
tus, in quibus pater
dine vel summo in d
tiam filii vel nepos
nepos, vivo pater
Cameri Imp. recept
III. Off. 91. hocque
dium, (1.) Si conve
nientia, (4.) Si feud
aliquam.

5. Quid si feudo
&

Resp. Nec
appellatione in
Cicero. l. 1. c. 1

Quest. 5. Inredig
pater, pater filio

4. Quando verò admittitur pater?

Resp. Si ei per pactum in investiturâ prospectum. 2. F. 84. vel feudum ob bene merita patris filio sit concessum, ubi patrem à successione exclusisse non censetur Dominus. *Beier. ad Schnobel. Disp. Feud. 7. th. 5.* Vel si feudum sit merè hæreditarium. *Ludov. in Synops. pag. 206.* Vel si consuetudine aut statuto id alicubi receptum. *Anton. Disp. 5. th. 6. lit. b.* ubi tamen consuetudo loci, ubi feudum situm, attendenda. *Serad. P. 7. cap. 6. num. 4.*

* *

Quest. 4. Ubi feudum situm.) Notandi quattuor casus sunt, in quibus pater succedit; ut (1.) si pacto, consuetudine vel statuto ita dispositum. (2.) Si pater vel avus in gratiam filii vel nepotis antiquum feudum refuset, filius verò vel nepos, vivo patre, sinè hærede masculo decedat, idque in Camerâ Imp. receptum esse & observari, testatur *Myns. Cent. III. Obs. 95.* hocque feudum paternum manere, nullum est dubium. (3.) Si contemplatione Patris filius fuerit de feudo investitus. (4.) Si feudum merè hæreditarium sit, *in præallegatum.*

5. Quid si feudum concessum pro se & hæredibus?

Resp. Nec sic admittitur pater, cum hæredum appellatione in iure feudali filii tantum intelligantur. e. Si Clientulus. 1. F. 13. *Ludov. in tract. Feud. p. 178.*

* *

Quest. 5. Intelligantur.) *In Cit. Cap. un. 1. f. 13.* dicitur quidem, patrem filio in feudo succedere non posse, quia virtute

nam licet primi acquirentis descendentes sint hi, qui succedunt, tamen Vasalli ultimo defuncti collaterales sunt; hinc & ex latere venientes dicuntur, 2. f. 50. nec succedunt, prout primo acquirenti proximi sunt, sed prout Vasallo ultimo defuncto. *Vid. qu. 17. Ludov. in Tr. F. p. 201.*

* * *
Quaest. 7. Hæc per *Qu. subseqq. 17.* satis superque illustratur.

8. An verò primi acquirentis collaterales succedunt?

Resp. Neg. adeo ut & frater excludatur, *t. F. 2. vers. Sin autem.* nisi vel speciali pacto, seu per simultaneam investituram ipsis prospectum, 2. *F. 12.* vel feudum novum jure antiqui feudi concessum, *Struv. c. 5. th. 4. m. 1. Ludov. Tr. F. p. 204. Dn. Rheijus Comm. 7. F. p. 99.*

* * *
Quaest. 8. Nisi vel speciali pacto.) Hoc ex postfacto ita inductum, primitus enim descendentes tantum succedebant.

Concessum.) Quia feudum antiquum ad totam familiam datum censetur, ergo & fratres, & omnes istorum descendentes admittuntur.

9. Quid si verò Princeps duobus fratribus feudum donaverit, an altero decedente, succedit alter?

Resp. Affirm. Ob largiorem interpretationem liberalitatis Principis, juxta dispositionem *L. un. C. Si*

Liber. Imp. soc. sin. hered. decess. quam etiam in feudo obtinere communiter asserunt. *B. Brunnem. Comm. C. ad d. L. un. Schrad. de feud. P. 7. c. 1. n. 1 E.*

* *

Quest. 9. Plurimi hujus *Qu.* rationem decisivam in jure accrescendi collocant, uti *D. Carpz. Jurisp. For. Part. III. Const. II. Def. 16.* alii tamen & quidem rectius, hoc non juri accrescendi sed liberali Principis Interpretationi tribuunt, unde & ad meras Donationes feudum non restringi, verior est sententia, praesertim si feudum proprio motu concessum fuerit, *Klok. Vol. 2. Conf. 24. n. 22.*

10. An in Collateralibus cognationis & agnationis differentia obtinet?

Resp. Affirm. quamvis jure civili illa sublata per *Nov. 118. c. 4.* nam jure feudali familiarum ratio habetur, & hinc cognati, utpote per foeminas juncti excluduntur. *2. F. 11. princ. Struv. c. 9. th. 3. n. 7.* quo casu tamen foeminae in feudo succedunt, nec cognati erunt excludendi, si à primo acquirente descendant.

* *

Quest. 10. Jus Feudale parentela quidem potiore rationem habet, foeminis v. non minus pactis aequè ac illarum descendentibus prospici solet; Prout in praecedentibus quibusdam locis annotatum specialius.

11. An frater germanus excludit consanguinetum?

Resp. Hoc quidem fit jure civili, sed non feudali.

de com aequè
Ludov. Tr. F. 1.
hac enim r
et imperinens
171. n. 1. S
dinum esse, tunc
des

Quest. 11.
nos Frates merito
Vargine prim acquire
co quop dicitur con
de f. hinc, n. 7.

12. Qu

Resp. Hi
dantur, nam m
tar en feudum fi
quarsum, ubi et
à prim acquirente
cont. 17. n. 4. Hinc
plane excludit. S
11. 100. 12.

Quest. 12. S
um Sempronius su
aliqui, que ex
Cqm & Sejum.
Verum & Lucium
tu ins, moritur
potest matrimon
catur in filis, v
mari, Sept miran

dali, cum æquè sanguinem à primo acquirente trahat. *Ludov. Tr. F. p. 209.* Nec obstat duplicitas vinculi; hæc enim nihil operatur, quoties vinculum unum est impertinens, ut hoc casu maternum. *Gail 2. obs. 151. n. 1. Struv. cap. 9. th. 6. n. 6.* Quòd si feudum foemininum esset, tunc vinculum paternum foret impertinens.

* *

Quest. 11. Differentia^{*} inter Germanos & Consanguineos Fratres meritò non attenditur, quia aliquem ex stipite & sanguine primi acquirentis descendisse 2. f. 11. sufficit, agnatio quippe sola hic consideratur, Vid. *Gail. II. Obs. 151. ibique Not. & Vindic. nostr.*

12. Quid verò de uterinis?

Resp. Hi à germanis & consanguineis excluduntur, nam matris respectus non attenditur. Nisi tamen feudum fuerit foemininum à communi matre quæsitum, ubi uterinus pariter succedit, cum æquè à primâ acquirente sanguinem trahat. *Rosenthal. cap 7. concl. 57. n. 4.* Hinc & consanguineus frater hoc casu planè excluditur. *Struv. 6. 9. th. 6. n. 2. Zaf. de feud. cap. 10. num. 52.*

* *

Quest. 12. Sume: Titius, qui ex primo thoro filium Sempronium suscepit post fata primæ conjugis, viduam aliquam, quæ ex priori matrimonio duos jam filios habet Cajum & Sejum, secundi thori sociam sibi facit, ex quâ duos Mevium & Lucium filios progignit, tandem humana patitur Titius, moriturque ejus uxor; Huic, tum prioris, tum posterioris matrimonii filii succedunt; sed & postea unus ex quatuor his filiis, v. g. Cajus deedit, huic, tum soli frater uterini, Sejus nimirum Mevius & Lucius, excluso fratre con-

Q 9 2

sanguini-

fanguineo Sempronio, in feudo materno succedunt, cum hic ex Lineâ Maternâ unde feudum venit, non descendat.

13. Quid si fratres & fratrum filii in Successione concurrant?

Resp. Aut succedunt patruo aut remotiori agnato; Illo casu fratres in capita, fratrum filii in stirpes & jure repræsentationis concurrunt. 2. F. 11. §. *His vero.* perinde ut jure civili. *Nov. 118. c. 3.* quod & in feudo antiquo, sive ex pacto & providentiâ obtinet. *Ludov. in Synops. p. 226. & in Tr. p. 210.* Hoc casu fratrum filii planè excluduntur, cum ultra patris successione repræsentatio nulla in collateralibus obtineat. *Carpz. P. 3. C. 29. D. 7. n. 6. Ludov. Tr. p. 220.*

Quæst. 13. Data à Cl. Aut. ad illam responsio ex Jure Communi omninò perspicua & clara est, Vid. tamen *Lauterb. in Tit. 15. Libr. 38. lit. b. interior.*

14. An verò consanguineorum fratrum filii cum germanis fratribus concurrunt?

Resp. Affirm. quia æquale jus habent, dum patris respectus hîc tantum attenditur. Vid. *qu. 11. Carpz. d. Const. 29. def. 5. Zæf. de feud. cap. 12. §. 44.*

Quæst. 14. Et hæc sententia cum Cl. Autore rectissimè adoptanda, quam Dn. Camerales etiam approbâsse, testatur *Gail. II. Obs. 151. n. 1.* Cui consona Ordinatio Archi-Episcopatus

Colonienfis
ut veronem tu
an geiben ro
Bogstörben
kon, sondern all
mit hirten / al
Edwiler und der
tram si nur a fip
Eben mit su salar

15. Quid si

Resp. In cap
iter non sit decal
et ego defunctu
do succedant, ju

Quæst. 15.
Item alit hifher
in quod ompe Fra
qua succedant ex jure
proximiores adimant
dispositum et, si acco

16. Quid si fr
defun

Resp. Jure
c. 1. Quod idem
quod sint, patru
cum à fratris ne
§. 1. in feuda
delibus, ubi post
inducte.

scopart's Colonienfis de Anno 1663. §. fin. in Verbis. Hier-
neben verordnen wir auch / daß in Lehen- Succession nicht
soll angesehen werden / ob derjenige so Erben will / dem
Abgestorbenen von ein- oder beyden Seiten angewandt
seyn / sondern alleinig / ob er von dem Lehen- Stammen
nicht herrühret / also / daß der halbbürdiger Bruder oder
Schwester und derer Kinder so wohl / als Vollbürdigen
wann sie nur à stipite acquirente zu gleich entsprossen / zu dem
Lehen mit zu zulassen seynd.

15. Quid si fratrum filii soli sint?

Resp. In capita succedunt, cum jure feudali hoc
aliter non sit decisum. Et facit ratio, quod omnes
ex æquo defunctum attingant. E. ut ex æquo in feu-
do succedant, justum est. *Servv. c. 9. th. 6. in fin.*

Quæst. 15. Hæc quæstio valdè agitata sed An. 1529. §.
Item als bißher: in Comitibus Spirensibus à Carolo V. deci-
sa, quod nempe Fratrum Filii absque representatione in Ca-
pita succedant ex jure istis proprio competente, & tanquam
proximiores admittantur, cui & Jus Feudale, cum nil aliud
dispositum sit, se accommodat, uti Praxis quoque servat.

16. Quid si fratrum filii cum patruo defuncti concurrant?

Resp. Jure civili patruus excluditur, *Nov. 118.*
c. 3. Quod idem jure feudali: Quamvis enim æquali
gradu sint, patruus tamen ex diversâ lineâ est, & hinc
etiam à fratris nepote excluditur. *Zaf. de feud. cap. 10.*
§. 48. scil. in feudis: aliud enim hoc casu in allo-
dialibus, ubi post fratrum filios proximus succedit
indistinctè.

* * *

Quest. 16. Rationem quam Cl. Autor hic allegat ab omni parte beata, etenim expeditum est, fratris filium in lineâ proximiorē esse respectivè descendentium, quare & proximius jus habet, conferant. *ad Cap. XX. qu. 10. Notata.*

17. Quomodo itaque proximitas æstimatur ?

R. Non ratione primi acquirentis, sed ratione Vassalli ultimò defuncti, cui succeditur. Itaque idem; ut primum qui in eadem lineâ sunt, seu in eodem stipite proximo cum defuncto concurrunt, admittantur; quâ lineâ deficiente, iterum ad stipitem proximè sequentem recurrendum, & ita consequenter; ut sit primum de lineâ, postea de gradu laborandum. *arg. 2. F. 50. Zaf. de feud. c. 10. §. 40. Struv. cap. 9. th. 7. n. 4. Conf. Ludov. in Tract. pag. 216. Eyben. Elect. feud. cap. 7. §. 14.*

Quest. 17. Ordo hic est, quem 2. f. 37. pr. exhibet, sc. fratris nepos cæterique descendentes patruo præferuntur, cum patruus non ab eodem stipite proximo à quo nepos reliquique descendentes, descendat, hi enim in lineâ defuncti paternâ, ille in avitâ est, vid. Textor. *Disput. Academ. De Lineal. Success.* Sententiaque hæc à Dn. Textore rectè ad seunda in dividua restringitur. Præterea Cl. Autor rectissimè tenet, proximitatem, non ratione primi acquirentis, sed ultimò defuncti æstimari; illum Ag-vel Cognatum proximum verò reputamus, qui tempore evenientis conditionis talis est aequè ac in Fideicommiss. probante Fusar. *de Fideicommiss. substituent.* *Quest. 318. n. 99. ajens:* „ Placet mihi, ut dicamus, quòd „ si extant aliqui Nati tempore evenientis conditionis, illi admittantur, exclusis postea natis &c. & non recedendum à „ Regulis Juris, cum dispositio testatoris intelligi debeat, „ secun-

secundum commune
tenet, quo cessat
addat. Idem
missi idem
pore, quo ipse
tendenda venit
Cui tenetur acci
Cap. III. n. 47. d
mus quoque, qui
Fideicom. Artic. 2
Ea etiam, que De
va dicit, permissum
rationis alio omni
hæc in quibus casib
dicitur, ubi successi
eum eundemque
bent. Gradus non c

D. Que

Reip. Non
obstant, sed civi
fructus de tutela
in Te. pag. 217

Quest. 18. C
re Canonici gradus
genit. post Fideicom
dicit per 1. f. 1. §. 4
1. Conf. 31. qu. 1. n.
14. ubi elegar
fideicom. Generat
tenent ut notum
regulæ est. Quest. 318

secundum communes Regulas, ut prius admittantur nati, »
 tempore, quo cessit dies Fideicommissi, exclusis postea »
 natis; addat. *Idem n. 105.* Verbis: Proximitas in fidei- »
 commissi idem in feudi successione considerata eo tem- »
 pore, quo ipsius fideicommissi successio defertur, nec at- »
 tendenda venit præteriti vel sequentis temporis proximitas; »
 Cui sententiæ accedit *Knipschild. de Fideicommiss. Famil. »*
Cap. XLII. n. 47. diciturque Ag-vel Cognatus illè proxi- »
 mus quoque, qui solus est, *l. 155. π. de V. S. Peregrin. de »*
Fideicom. Artic. 2. n. 66. Knipschild. d. Tr. Cap. IX. n. 16. »
 Ea etiam, quæ Dn. *Struvius loco penes, Cl. Auth. citato,* »
 tra dit, potissimum considerata, & difficultatibus pluribus »
 refecandis aliis omnino adhibenda sunt. Ubi nimirum o- »
 stendit in quibus casibus, & *linea & gradus* proximitas atten- »
 ditur sc. ubi successarij, cum *linea*, ex quâ Nemo superest, »
 unum eundemque stipitem habent. sin v. diversos stipites ha- »
 bent Gradus non considerantur,

18. Quæ graduum computatio jure feudali servatur?

Resp. Non canonica, quæ tantum in nuptiis
 obtinet, sed civilis, quam aliàs quoque in succes-
 sionibus & tutelis sequimur, *Struv. d. th. 7. n. 9. Ludov.*
in Tr. pag. 217.

Quæst. 18. Contra Cl. Autorem justius existimo, Ju-
 ris Canonici gradus in feudis observari, ceu Excell. Dn. Pa-
 genst. post Fachinam id more suo i. e. accuratissimè osten-
 dit per *l. f. 1. §. 4. & 2. f. 52.* juncto textu Juris Canonici *C.*
5. Caus. 35. qu. 5. Confer. Idem in Admonit. ad π. P. 6. §. 61.
63. 64. ubi elegantissima adducit, concinnè apprimèque o-
 stendens: *Generations non ex personis generatis sed ex trans-*
fusionibus ad novum gradum estimari; Dehinc Jure Canonico
 regula est: *Quot sunt generationis transfusiones, tot sunt gradus.*

19. QUO-

19. Quousque agnati in feudis succedunt ?

Resp. Antiquitus quidem ad quartum & septimum gradum successio fuit restricta, 1. F. 8. §. Hoc quoque. Postea verò in infinitum extensa. 1. F. 1. §. 4. 2. F. 31. ut sic textus diversimodè loquentes, ex diversitate temporum conciliandi. Struv. cap. 9. th. 7. n. 1. Ludov. Tr. p. 221.

20. Quid Camera Imperialis hac in parte observat ?

Resp. Ibi distinctio recepta; An feudum semel ad descendentes, & ab his ad collaterales pervenerit; An à primo acquirente statim ex pacto ad collaterales transierit. Illo casu in infinitum, hoc casu ad septimum gradum succeditur: e. g. Titio & Agnatis ejus concedo feudum, Titius sine filiis decedit, & agnatum octavo demum gradu relinquit, qui excluditur. Gail, 2. Obs. 150. Ant. D. 5. th. 7. lit. k.

* * *

Quest. 19. & 20. Cl. Autoris sententia à Dn. Gail, loco allegato II. O. 150. add. ibi Nota & Vindicia nostra. nec non Dn. Mynfingero Cent. 11. Obs. 95. rationibus ponderosissimis stabilitur; Addens: Si tota Domus Regia moreretur, & unus de sanguine antiquo superesset, etiam si millesimo distaret gradu, tamen jure sanguinis & perpetuæ consuetudinis succederet in Regno, addat 2. f. 50. & Dn. ab Esbach. ad Carpz. P. III. Const. XXIX. Def. 15

21. An

2. An succedunt repudiati

Resp. Distinctio
ille utrumque au
iam feudum su
Struv. l. 9. th. 11.
solo succedere p
tio, quia filius de
vero à primo acqu
l. 4. Q. 49. F
Ludov. in Tr.

Quest. 21.
ad istum non nisi
quam visum, fili
premissis grave & p
an repudiare, & de
velit. legatus vero de
ut hereditatem alio
vid. cam. Am. C. 11
Regem: Verb. mere
si hereditatem pater
ita aboliret, ita &
militar. alioquin se hab

22. Num

Resp. Neg. 1
tut ad eum; vel

21. An successori feudali liberum est,
repudiato allodio succedere in
feudo?

Resp. Distinguendo inter filium & agnatum; ille utrumque aut acceptare aut repudiare debet; etiamsi feudum sit ex pacto & providentiâ, ut putant *Struv. c. 9. th. 11. n. 1. Vult. c. 9. n. 114.* hic verò in feudo solo succedere potest. *2. F. 45. 2. F. 51. §. Filius.* Ratio, quia filius feudum directè à patre habet, agnatus verò à primo acquirente. *Struv. c. 9. th. 11. n. 4. Vid. supr. c. 4. Q. 49.* Exceptio est in feudo merè hæreditario. *Ludov. in Tr. p. 136. Zoes cap. 10. n. 49. seq.*

Quæst. 21.) Ratio in filio hæc est, quia bona feudalia ad istum non nisi mediante patre deveniunt, unde valdè iniquum visum, filium allodialia bona ob æs alienum forsitan premens grave à patre contractum, in ipsius patris ignominiam repudiare, & feudalia bona absque isto onere acceptare, velle; Agnatis verò desertur feudum à primo acquirente, adeò ut hæreditatem allodiam simul adire necesse non habeant; vid. tamen Autor. *C. IV. quæst. 48.* circa filios accuratiùs distinguens: *Verb. merè hæreditaria.* Ratio est, quia sicuti filius hæreditati paternæ se immiscere necesse non habet, sed illa abstinere, ita & feudum hæreditarium merè tale, quod instar allodii se habet, repudiare potest.

22. Numne conjuges sibi in feudo
succedunt?

Resp. Neg. *1. F. 15.* nisi pactum tale in investitura adjectum; vel feudum sit merè hæreditarium, ubi

R r

maritus

maritus in feudo uxoris tantam habebit partem, quam aliam in hæreditate. *Ludov. in Tr. p. 316. c. 9. n. 122.*

* * *
Quæst. 22. Nisi pactum tale.) Quia hujusmodi pacta naturam feudorum mutant, uti *ex 2. f. 50. supra limitatum.*

Mere hereditarium.) Quia in hoc nec Masculorum nec Fœminarum differentia attenditur.

23. Quid si ambo conjuges de feudo ab initio investiti?

Resp. Nec sic sibi succedunt, sed mariti pars ad Dominum feudi revertitur. *2. F. 104. in fin. nisi expressè hoc actum, quòd sibi succedere debeant. G. delin. de feud. p. 3. c. 5. n. 11. Vid. supr. c. 4. q. 11.*

* * *
Quæst. 23. Revertitur.) Duplex hic supponitur casus. (1) Si Mas & fœmina absque ullo pacto feudum acquisiverint, nullo v. existente hærede masculo, parenteque præcedente, pars ejus non ad uxorem sed Dominum revertitur, nisi, Cl. Autore rectè addente, hoc quoque actum, quòd sibi succedere debeant; (2) Si Mas & Fœmina sint simul investiti relinquentes masculum & filiam hæredes, tum feudum soli masculo, filiâ non admisâ, defertur, nisi pactum, ut & illud succederet, adjectum sit.

24. Quinam porro in feudo succedunt?

Resp. Simultaneè investiti, seu quibus per investituram in casum certæ lineæ deficientis prospectum,

Etum, die Mitbelehnten / oder so die gesammte Hand haben. vid. *Servu. c. 9. th. 14. 15. & 16. vid. supr. c. 12. q. 11. antepen. seq.*

* * *

Quaest. 24.) Idem de Jure Civili, si pactum adjectum, *Ut & alii succedant*, cujus virtute, inibi contenti succedunt.

25. Quid singulare in successione collateralium jure Saxonico?

Resp. *Et jure nec in novo, nec in antiquo feudo collateraliales ad successione admittuntur, nisi sint simultaneè investiti, Berlich. part. 2. Concl. 53. n. 6. modo hi simultaneam investituram omni casu renovaverint, wann sie der gesammten Hand auff alle Fälle gebührende Folge geleistet.*

* * *

Quaest. 25. Simultaneè investiti.) Ratio hujus in apico, quia feudum ad solos descendentes legitimam successione tantum devolvitur; alii verò agnati non vi agnationis, sed virtute simultaneæ Investituræ, tam in feudo novo quam antiquo, nec non hereditario succedunt; unde ab iis, qui jure communi pro investitis habentur, notabiliter differunt; addantur omninò ea, quæ ad *Quaest. 43. & 44. Cap. XII.* sunt notata.

26. Quomodo verò ibi succedunt plures simultaneè investiti?

Resp. Omnes admittuntur, licet sint gradu remotiores, nisi adjecta sit clausula: *secundum gradus*

R r 2

præro

cam; vel non reciproca, quorsum referunt successio-
nem Suevicam in Pomeraniam Electoralem, extin-
ctâ Domo Brandenburgicâ. *Instrum. Pac. art. 10. §. 4.*
Inter. de feud. Imp. c. 17. §. 7. Quamvis quoad Sueciam
hæc specialis ratio concurrat, quod Regnum non
moriatur.

28. Anne verò liberè familiis illustri-
bus ita pacisci licebit?

Resp. Non, sed consensu ac confirmatione Imp.
tanquam feudi Domini opus est. *Limn. de f. P. lib. 4.*
c. 8. n. 154. quamvis hodiè in feudis majoribus nec
soli Imp. consensus sufficiat, sed accedat necessum
est consensus Electorum, sine quo neminem vel in-
vestire, vel expectantiam de Ducatu vel Principatu
vacaturo concedere potest. *Capit. Leop. Art. 30. Carpzov.*
d. Diss. th. 47. Exceptio est in Electoratu, quem va-
cantem solus Imp. alteri concedere potest. *Limn. ad*
L. 3. c. 7. num. 69.

28. (b) Sed quid dicendum de confra-
ternitate Saxonico-Brandenbur-
gico-Hasfiacâ?

Resp. Renovata illa Anno 1614. quam inte-
gram refert *Limn. de jur. publ. l. 4. cap. 8. n. 172.* & Ele-
ctoratum quoque continet, ita ut hic, sive Saxoni-
ca, sive Brandenburgica Dornus deficiat, Hasfiæ ce-
dat, ubi deficit quidem confirmatio Imperatoris, ge-
neraliter tamen accessisse censetur per *Capitul. Leopoldi*
art. 6. in fin.

* * *

Quest. 27. 28. Est quasi Expectativa seu successio conditionalis in casum, ubi una familia prorsus & omnino extincta, ut altera superstes in Bona & Status defunctæ succedat, Imperatoris & Electorum consensu roborata & confirmata confer. instar omnium *Schueder. In Jur. Publ. P. Spec. Sect. 2. Cap. 10. n. 10.* ubi multa singularia tradit. Aliter verò sese res habet, ubi Principatus immunis & liber est ab istiusmodi pactis, Vide sis, *Vitriar. De Jure Natur. & Gent. Libr. 2. Cap. 6. num. 5.*

29. Valebitne verò pactum confraternitatis sine consensu subditorum ?

Resp. Neg. Hoc *Best. pact. fan. illustr. c. 5. p. 125.* Verùm cum ad alienationem feudi nil nisi consensus Domini requiratur; idem quoque obtinebit in confraternitate. *Güttich. de Confratern. th. 7.* In alienatione tamen Regnorum, Statuum consensum desiderat. *Grot. l. 2. c. 6. §. 7. seq.* Sicut & in illis provinciis ubi Princeps per literas reversionales ad consensum Statuum adstrictus est. *Ister. c. 17. §. 11.*

* * *

Quest. 29. In fin.) Si Princeps cum Statibus suis Provincialibus certa pacta de non alienando iniverit, tunc alienatio citra eorum consensum validè fieri non poterit.

CAP.

RENO
INVEST
SORE
ET
GE

1. Quia Dominus
beat, hinc
cessor nomi
tur, & inven
renovari, se
petat.
2. Quotiescumque
suis renovari,
succedat.

1. Quid est
R Esp. I
vel
confir
primæ
Esp. l. 1. l. 1. l. 1.



CAPUT XVII.

DE

RENOVATIONE INVESTITURÆ A SUCCE- SORE FEUDI PETENDA, ET LAUDEMIO.

GENERALIA CAPITIS.

- 1. Quia Domino feudi constare debet, quem Vasallum ha-
beat, hinc necessarium, ut defuncto Vasallo novus suc-
cessor nomen apud Principem vel Dominum profitea-
tur, & investituram defuncto collatam, in suâ personâ
renovari, se verò ad fidelitatis præstationem admitti
petat.
- 2. Quotiescunque itaque mutatio in personâ Domini vel Va-
salli contingit, toties petenda est renovatio ab illo, qui
succedit.

I. Quid est renovatio investituræ?

Resp. Est feudi legitimè quæsiti ob Dominum
vel Vasallum mutatum solemniter facta
confirmatio. *Ludov. in Tr. pag. 318.* Unde &
primæ investituræ recognitio dicitur. *Ant.*
Disp. 8. th. 1. lit. b.

Quest.

CAP.

* * *

Quest. 1. Inter præcipuas Feudorum obligationes & illa potissimum numeranda, quæ contrahentes eorumque hæredes ad feudi recognitionem, & renovationem Investituræ obligati sunt; unde satis liquet, hanc renovationem causam feudi non procreantem, sed conservantem esse; Quid igitur, si appareat nullam præcessisse investituram? &c. Tandem tamen illam præsumi, donec contrarium fuerit probatum.

2. Quis petere debet renovationem Investituræ?

Resp. Omnis in feudo successurus, cujuscunque conditionis sit, etiam si primus pro se & successoribus suis investituram acceperit, cum fides jurantis ad hæredes non transeat, *Ludov. in Tr. p. 328.* scilicet quoad vinculum perjurii, licet bene quoad vinculum obligationis.

* * *

Quest. 2. *Non transeat.*) Juramentum morte expirat, personalissimum enim quid est.

3. An ergo & Expectativam habens?

Resp. Neg. ne quidem in foro Saxonico, nisi postquam casus vacantis feudi extitit; Non enim antea jus reale in feudo habet expectivatus. *Carpz. P. 2. c. 45. d. 10.*

* * *

Quest. 3. *Neg.*) Ratio est, quia totum negotium Expectativæ, *pendente conditione*, pendet, hinc illa, *conditione*,

tione, nondum existente, vires suas nondum exserit, & Expectivatus hactenus, nihil Juris in feudo habet, quare ad petitionem Investituræ qualificatus etiam hactenus non est.

4. Quid si plures unius Vasalli hæredes?

Resp. Omnes renovationem petere & fidelitatem præstare debent. 2. F. 26. §. Omnes Filii. Struv. c. 10. th. 3. n. 1. Ludov. d. 1. Vel etiam unus nomine omnium; nam in effectu una tantum fidelitas: vid. *supr.* Cap. XIII. qu. 7. Et hic vocatur der Lehn-Träger.

Quæst. 4. Hæc ad Cap. 13. Qu. 7. trahenda, ubi Vid. Notata nostra.

5. Quando petenda renovatio investituræ?

Resp. Mutato Domino vel Vasallo, sive morte id contingat, sive alienatione feudi, sive feloniam. Struv. d. c. 10. th. 2. §. 3.

6. Quid si unus ex Dominis moriatur?

Resp. Distingu. aut liberos reliquit, aut non; Illo casu renovatione opus, non hoc casu; quia sic defuncti pars ad reliquos condominos transit. Struv. d. th. 2. num. 2.

Quæst. 5. 6. Mutato Domino. Mutatur Dominus vel ejus morte, vel feudi alienatione, ad quam etiam referenda ejusdem

dem divisio, unde si unus ex pluribus Dominis in communi-
 one viventibus moriatur, Vasallus renovationem Investi-
 turae petere tenetur, & quidem sub hac à Cl. Autor. facta di-
 stinctione: Utrumne ille Dominus post se liberos reliquerit,
 Aut, nullis relictis liberis, mortuus fuerit: Priori casu & pe-
 tenda Investitura & Juramentum fidelitatis præstandum, quia
 vis Juramenti, quod defuncto & reliquis Condominis simul
 est præstitum, morte exspiravit, quare necesse, Juramen-
 tum liberis relictis ratione feudi, quod cum suis parvis com-
 mune habent, præstari; Non v. Casu posteriori, quia quan-
 tum ad hos Juramenti vinculum *tunc* pro *nunc*, & *nunc* pro
tunc stabile est, & manet; Consequenter Juramentum, ul-
 tra necessitatem, non repetendum; Cuius entia præter ne-
 cessitatem non multiplicanda sint.

7. Quid si unus ex Vasallis mo- riatur?

Resp. Itidem distinguendum, an liberos reli-
 querit, an non; illo casu renovatio petenda; Hoc
 casu feudum aut fuit divisum, aut non; si divisum,
 renovatione opus est, cum novam feudi partem ac-
 quirant reliqui, E. hoc nomine fidelitatem præsta-
 bunt; Secus si indivisum. *Struv. d. th. 3. n. 2.*

* * *
Quaest. 7. Secus si indivisum.) Probant. text. 2. f. 77.
 & Ratio horum est, quia Juramentum per mortem est ex-
 stinctum, sicque ab hæredibus feudum divisum accipientibus
 præstari debet; Ubi verò indivisum feudum, renovatione
 Investiturae & Juramento non est opus, quoniam Juramen-
 tum semel intuitu hujus indivisi feudi præstitum durat. Quò
 etiam tendit Ordinatio Novissima Judiciæ Imperialis Aulicæ,
 Imperatorem Ferdinandum III. habet *Tit. III. de Feudis No-*
rimber-

Tim... Verbi
 quoniam...
 unvertel
 wden / so nich
 der Fall / d
 dann in den
 Sangen...
 tio: / ...
 Def...
 ex...
 vestit...
 ut appella...
 norationem...
 videri est...
 P...
 mere; allegata...
 docet: Verbi...
 und inges...
 mung erfolgt /
 get / und man...
 Briefen...
 g...
 c...
 ca...
 ande...
 die...
 and...
 8. Sed am...
 renov...
 Res. No...
 7. 9. Juli. 166.

rimbergensibus, Verbis: In der Nürnbergischer Einwohner
 geringer Rächen-Lehen/ wofern viel in einem Lehen-Brieff/
 so NB. unvertheilt / begriffen / und davon einer Tods ver-
 schieden / so nicht der Lehen-Träger oder Possessor, soll sol-
 cher Fall / durch gnugsame Documenta erwiesen / und als-
 dann in dem Reichs-Hoff-Raths Protocoll, und vom
 Cansley-Taxatorn auffgezeichnet / sonst aber die Renova-
 tio der Belehnung gesucht / und der Lehen-Eyd im Reichs-
 Hoff-Rath erstattet werden; Et quanquam alias, ubi unus
 ex Vasallis omnium vicem sustinet, & communi nomine in-
 vestitur à Domino, quem Feudi Portatorem sive Lehen-Trä-
 ger appellant, plerumque non nisi hoc solo mortuo feudi re-
 novationem necessariam, credant, Doctorum quidam, uti
 videre est apud Struv. Syntagm. I. Feud. Cap. X. §. 3. n. 2. &
 H. Pistoris Obs. 186. Aliud tamen in Imperialibus Feudis ob-
 tinere, allegata Ordin. Ferdinandina Imperatoria Tit. d. III.
 docet: Verbis: So oft auch ein Lehen in viel vertheilt /
 und ingesamt gesucht / und darauff dergestalt die Beleh-
 nung erfolgt / soll jederzeit der Gewalt von allen verferti-
 get / und wann einer von den Belehnten / so in den Lehn-
 Brieffen vermeldet / verstirbet / soll die Belehnung wieder
 gesucht und erneuert werden. Ubi tamen Status atque Prin-
 cipes imperii in Monitis suis, quæ super Ordinatione Judi-
 cii Aulici in presentibus Imperii Comitibus proposuere, illud
 cautela gratia expressè adjiciendum existimant: Jedoch /
 daß die vorhin Co-Investirte mit keinen neuen Lehen-Tax /
 und andern Anfalls-Geldern beschweret werden.

8. Sed annon agnati remotiores etiam
 renovationem investituræ pe-
 tere debent?

Resp. Non, nisi successio ad eos devoluta. Ludov.

Tr. p. 332. Vult. lib. 1. c. 7. n. 81.

S s 2

9. Quid

9. Quid verò jure Saxonico in simultaneè investitis?

Resp. Ibi quocunque casu, sive Dominus sive Vasallus moriatur, petenda renovatio à simultaneè investito, etiamsi ad hunc successio non devoluta. *Carpz. p. 2. C. 45. d. 17. Berl. p. 2. Concl. 53. n. 29. vid. supr. c. 12. in fin.*

* * *

Quest. 8. 9. Non devoluta.) Quia simultaneè investiti sunt in qf. possessione, & de Jure Saxon. istud in specie exigitur; Secus de Jure Feudali communi, *per supra tradita ad Cap. XII. Qu. 43. & 44.* Extra omnem controversiam quoque positum, quòd, quando plures in Regalibus Imperii Feudis ex æquo succedant, Senior de Familiâ vel Regens omnium nomine Investituram ab Imperatore petere solet, uti hoc pluribus Exemplis confirmat Dn. *Iternus de Feudis Imperii Cap. XI. §. 2.* Quotidianaque Imperii Practica id æstatum reddit.

10. Quid si verò alibi domicilium habens, in Saxoniam simultaneam investituram habeat?

Resp. Hic feudum non amittit, sed ob absentiam à non petita renovatione excusatur, modò tempore delati feudi semet offerat. *Berl. d. Concl. 53. num. 38. Carpz. d. 20. in fin.*

* * *

Quest. 10. Offerat.) Et intra annum & diem renovationem Investituræ petat.

11. An

II. An in Marchia quoque simultaneè investitus renovare feudum debet?

Resp. Renovanda saltem investitura, si Dominus feudi, non si Vasallus moriatur, per *Const. Elect. de Ann. 1602. d. 1. Decemb.* quam refert *Scheplitz. in Prompt. tit. 6. §. 3. n. 47.* Verùm hodiè omni casu renovationem petendam esse, cautum Edicto Electorali de Anno 1683. d. 31. Dec.

12. Intra quantum tempus petenda renovatio?

Resp. Intra annum & diem à factâ mutatione. 2. f. 24. princ. Nec obstat 1. f. 22. ubi annus & mensis statuitur. R. enim dies in priori textu non naturaliter, sed civiliter capitur, pro spatio temporis brevioris annum excedentis. *Struv. d. c. 10. th. 7. num. 2.* Quanquam alii hîc inter paganum & militem distinguant, & de hoc textum 1. f. 22. intelligant. *Anton. Disp. 8. th. 3. lit. 4. Ludov. in Tract. p. 372.*

* * *

Quest. 12. Intra annum & diem.) Dies hîc anno adjectus non unum diem præcisè significat, sed secundùm Mores Longobardorum 1. f. 22. aliquando annus & mensis intelligitur; Confirmaturque hæc explicatio Moribus Seculi, ubi annus & dies annum, sex septimanas, cum tribus diebus denotat.

Intelligent.) Verùm, cum aliis textibus ut 2. f. 52. § 3. Verb. *Per annum & diem steterit.* Nec non 2. f. 55. §. 1. Verb. *Præterea si quis insensatus major 14. annis sua incuria vel negligentia per annum & diem stauerit.* Cuilibet Vasallo annus

§§ 3.

& dies

& dies ad petendam renovationem præfixus indistinctè ; Videtur dispositio *l. f. 22.* mutata & correctâ ; At re penitus inspectâ distinctio Gothofredi ad *d. l. f. 22.* spernenda non est ; haud officiente, quòd quilibet Vasallus Miles vocetur ; Notum enim, Vasallum aliquem vel *actu* militare ; Vel *non* militare ; priori casu : Annus & Mensis ; hoc v. Annus & Dies requiritur ; Argum. *2. f. 3.*

13. Numne statim currit hoc tempus ?

Resp. Neg. sed à die scientiæ scil. mortis Vasalli, vel Domini ; ignorantia enim succurritur, modò probabilis fuerit ignorantia, *Ludov. in tr. pag. 383. Carpz. d. e. 45. d. 20.* & eam juramento probare possit Vasallus.

Quæst. 13. Probabilis.) V. g. Ob absentiam, & ubi Vasallus post illud tempus anni & diei adhuc exaudietur, vel etiam ordinario modo illam probare per testes poterit.

14. Potestne Dominus hoc tempus coarctare vel prorogare ?

Resp. Neg. quia illud tenderet in præjudicium Vasalli. Prorogatio verò perinde invito Vasallo non valebit, cum hujus interesse possit, investituram non differri. E. hic terminus Vasallo ad petendam, Domino ad concedendam renovationem præfixus. *Ludov. pag. 380. Struv. th. 7. n. 3.* Desiderante ergò Vasallo prorogatio conceditur etiam in aulâ Cæsareâ, ubi quovis mense pro indulto Princeps solvit 15. fl.

Quæst.

* * *

Quaest. 14. Tempus à Lege definitum Dominus invito Vasallo neque coarctare neque dilatare potest; Sed quidsi Dominus e. g. semestri spatio elapsò, Vasallum ciret, ut investituram accipiat; Qu. Anne oblatam Investituram illo tempore non suscipiens feudum amittat? R. Negando, Quoniam istiusmodi tempus Anni ac Diei, vel Mensis Vasalli gratià à lege præstitutum, æquè, ac Fatale interponendæ appellationis, quod non prorogabile nec restrictibile est. Notandum tamen, taxam hancce 15. florenorum pro quovis Mense ratione indulti, non esse universalem; sed distinctionem inter eminentiores & inferiores Imperii Vasallos admittere, uti Dn. ab Uffenbach *Tr. de jud. Imp. Aulic. Rubr. Erneuerte Chur-Maynische Reichs-Hoff-Canzley-Tax-Ordnung* fol. 44. ad oculum ostendit, ajens: Indult zur Lehen-Empfangnuß für einen Fürsten jedes Monaths 15. fl. für einen Grafen oder Freyherrn jedes Monaths 10. fl. additque pro notâ: hieby zu wissen / daß die Deutsche Fürstliche Belehungen keinen Tax, sondern nur allein die Hof-Plempster bezahlen / da aber der Fall kommt / daß ein solches Regal, nach Absterben einer Lini / auf eine andere fallen thut / ist zumerstnahl nach Beschaffenheit des Lehens davon eine gewisse Tax und jura zu bezahlen / und sollen in solchen Fällen der Taxator und Gegenschreiber jedesmahls eine proportionirte Lehen-Tax auffsetzen; jedoch auch vorhero / ehe solche den Partheyen angeleket wird / mit dem Herrn Reichs-Vice-Canzlar hieraus communiciren / und sich eines gewissen vergleichen. So oft von obbesagten und folgenden Sachen Renovationes und Confirmationes gesucht werden / jedesmahls der halbe Tax und Jura zu bezahlen.

15. Quid

15. Quid si tempus hoc non observaverit Vasallus?

Resp. Feudo privatur. 2. F. 24. princ. non tantum ipse, sed & liberi; 2. F. 31. Post mortem tamen Vasalli & liberorum feudum ad agnatos revertitur. *Siruv. c. 10. th. 8. n. 5.*

* * *

Quest. 15. Feudo privatur.) Ex. est, quia negligentia inexcusabilis Vasallum ingratum reddit; & ut peccantem in legem, legis pœnæ scilicet Feudi privationi subjicit, *arg. l. 34. De Jure fise.*

Sed & liberi) Modò Dominus vivente patre ad privationem agere cœperit, quo casu feudum ita amissum Domino appetiri, *ex l. f. 55.* satis evincitur, peccatum quippe in Dominum est, denegando scilicet ipsi honorem & reverentiam debitam.

16. Sed ex quibus causis Vasallus excusari potest?

Resp. Excusatio oritur vel ex personâ Domini, ut si hic absens, vel inimicus Vasalli capitalis, vel infans & tutore destitutus sit, vel si cum alio de feudi dominio litiget; vel ex personâ Vasalli, si hic absens, vel pupillus sit, *Carpz. p. 2. C. 45. d. 18. & 19.* vel intra tempus moriatur, ubi novo successor de novo tempus currit, vel si justa ignorantia sit vel alio justo impedimento detineatur. *Siruv. c. 10. th. 9. Anton. Disp. 8. th. 4. & 5. Ludov. in tr. pag. 369.*

16. (b)

16.(b) Quid si duo Imperatores electi dissentientibus Electorum suffragiis?

Resp. Neutri se ad investituram offerre tenetur, vid. *Inter. c. 9. §. 6.* Quando tamen de successione in Principatum plures controvertunt, ille, qui possessionem adeptus est, potior erit, quia illi debentur comoda possessionis, quorsum etiam pertinet recognitio feudorum, Vid. *supr. c. 13. q. 6. (b)*

* * *

Quest. 16. Causæ Excusationum variæ sunt & petuntur tum à parte Personæ Domini, tum Vasalli, tum ab extra: Ex personâ Domini justam Vasallo excusandi causam præbet (1.) Absentia Domini longinquior, quando scilicet Dominus procuratorem domi non reliquit. (2.) Inimicitia Capitalis inter Dominum & Vasallum. (3.) Domini infamia. (4.) Ejusque infantia; Quid v. si procuratorem habeat? Tunc ab hoc investitura renovationem esse petendam, DD. volunt; (5.) Furor vel amentia. (6.) Traditio rei feudalis alicui tertio facta. (7.) Mors Domini intra tempus decurrens præfinitum contingens. (8.) Litigiosa contentio duorum pluriumque de hereditate Domini. (9.) Si hæres Domini extraneus; (10.) Si Dominus temporis observationem Vasallo in ejus gratiam remiserit, vel legitimè requisitus Investituram conferre noluerit &c. Tum desumuntur è domicilio Vasalli scilicet. (1.) Ejus incarcerationatio. (2.) Morbus Sonticus. (3.) Hereditas nondum adita, in iis scilicet feudis, quæ omisâ hereditate, acquiri nequeunt: Nisi tamen dolosè hereditatis aditionem distulerit. (4.) Justa ignorantia. (5.) Infantia. (6.) Inimicitia Capitalis Vasalli cum aliquo tertio, quatenus scilicet Vasallo securus ad Dominum aditus præcluditur. (7.) Absentia necessaria. Vid. tamen Lauterbach. *Ad Tit. π. Ex quib. Caus.*

T t

Major.

Major. Vers. n. 2. Propter absentiam. (8.) Si possessione rei Feudalis citra Domini factum & suam culpam fuerit destitutus, ubi Vasallus adhuc possidere supponitur. (9.) Mors Vasalli intra tempus, ubi novo Vasallo integrum tempus anni & diei sc. ad Investituræ renovationem impetrandam conceditur. *Extra personas* Vasalli & Domini, Impedimentum Impetrationis Investituræ Renovationis præbet omnis metus iustus non vanus, & generaliter, quoties Vasallus non dolosè omisit investituram petere, excusatur; Modò suam in impedimento averruncando probare possit industriam.

17. Quid si foeminae successio feudalis delata?

Resp. Et hæc ad renovationem investituræ est obligata, nisi feudo privari velit, nec ignorantia juris Foeminam hoc casu excusabit. *Ludovell. in Tract. p. 324. seq.*

* * *

Quaest. 17. Excusabit.) Eadem est ratio Vasallæ quæ Vasalli, quare & nulla Ignorantia, nisi iusta, illam excusat, *arg. L. II. Cod. de Jur. & Fact. Ignor. Verb. Quamvis in lucro, uti hîc, nec foeminis jus ignorantibus subveniri soleat.*

18. An in feudo rustico etiam renovatio petenda?

Resp. Jure communi & hîc renovatio petenda, cum nuspam rusticis remissa. *Ludov. tr. p. 36.* Moribus tamen id non ita stricte exigi solet, *Rosentb. o. 7. Concl. 32. num. 3.* quod in Saxonia certum *Carpz. d. 2. 45. d. 21.*

Quaest.

*Quaest. 18. Exigi
tam Investituræ
propter negligentiam
tenent; Verum Pra
Esbach in Corp. P.*

19. Tenet
renovatio

*Resp. Nisi, qui
sit agnatus renovat
met feudum an
renovatio
recessum non habet
Domini, quæ
In Marchia tam
in Edit. de ann.*

*Quaest. 19. Sic si fe
fuit, præteritio Do
est, utrumque de fe
necus Jura Curia reg*

20. An Vas
lituræ

*Resp. Neg. V
non renovatend
investituræ, idem
ratione.*

*
*
*

Quaest. 18. Exigi solet.) Vasallum rusticum quidem ob non petitam Investituræ Renovationem non feudo privari, sed propter negligentiam inexcusabilem arbitrariè puniri, quidam tenent; Verùm Praxin reclamare longè certius Confer, Dn. Ab Esbach in Carpz. P. 11. *Constit. 45. Defin. 11.*

19. Teneturne singularis successor renovationem petere?

*Resp. si is, qui feudum consensu Domini emit, sit agnatus renovatio ipsi petenda: 2. F. 24. sic enim manet feudum antiquum, 2. F. 14. Si verò sit extraneus, renovationem intra tempus ordinarium petere necessum non habet, sed potest expectare citationem Domini, quia sic fit feudum novum, Ludov. Tr. p. 327. In Marchia tamen & hoc casu annus observandus per cit. *Edict. de ann. 1683.**

*
*
*

Quaest. 19. Sic fit feudum novum.) Quemadmodum necesse fuit, præcedere hic Domini Voluntatem, ita à parte Domini est, ut extraneum de feudo novo accipiendo citet, qui hic extraneus Jura Curia ignorare intelligitur.

20. An Vasallus renovationem investituræ in propriâ personâ petere debet?

Resp. Neg. Vid. supra C. 12. qu. 22. unde & aliæ quæstiones repetendæ. Quicquid enim juris est in primâ investiturâ, idem etiam regulariter juris in ejus renovatione.

21. Quomodo petenda investitura?

Resp. Humiliter & devotè. 2. F. 23. *vers. quomodo enim.* Hinc hodie Principes Imperii trinâ genuum flexione ab Imperatore investituræ renovationem petunt. *Vid. Solemnia in Append. N. 1. seqq.* Ad fidelitatem verò ut simul se offerat Vasallus, necessarium non est, cum id tacitè subintelligatur. *Ludov. in Tr. p. 354.*

* * *

Quaest. 21. Subintelligatur.) Quia totum negotium fide geritur, hinc non necessum est, ut fides exprimatur in petitione, secus v. in ipsâ Investiturâ.

22. Quid si dominus extra territorium sit constitutus?

Resp. Non tenetur eum sequi Vasallus, nisi sit in viciniâ; si tamen procuratorem Dominus reliquerit, ab hoc renovatio petenda. *Ludov. in Tr. p. 363.* Apud ordinariè in Cancellariâ feudali petitur.

22. (b) Sed in quo loco renovatio investituræ feudorum Imperii petenda?

Resp. Regulariter respondent in aulâ Imperatoriâ, quæ cum olim ambulatoria fuerit, certus locus ad id præfixus non fuit. Hodie cum ordinaria sedes Viennæ sit, ibi petenda investitura. *Vid. Iter. c. 9. §. 3. & c. 11. §. 3.* Investituræ extra Imperium petite exemplum

placita in Dom
investituram de

Quaest. 22. In
feudorum partici
ces Cancellarius aut

2. Qualib

Res. An pro
nominè à Domin
German. Ein Dw
illi, ut Antiquar
benda ipsa invest
ipsum investitu
c. 10. §. 6.

Quaest. 24. Ein
terram, quo Domin
relinquit; Hoc opp
Antiquar. Ceteri
fuerunt, in imbrilque
non suspicatur.

Renovatio. Su
fici solet, unde pro
novari ad amultu
antematur, qua
tunc huius voluntate
velintur; Ut
Investituræ forlan p
veneri præsumatur,
de derogatur.

plum est in Domo Brandenb. quæ Budæ in Hungariâ investituram de Electoratu à Sigismundo recepit.

* * *

Quest. 22. In Cancellaria.) Hodie id communiter fit à feudorum Præfecto vom Lehen-Probst / cujus officium & vices Cancellarius aut Vice-Cancellarius nonnunquam obit.

23. Qualibus instrumentis renovatio probari solet ?

Resp. Aut probanda est petitio investituræ, & hoc nomine à Domino breve testatum Vasallo dari solet, German. Ein Muth-Zettel / cui opponitur petitio Vasalli, der Ansinnungs-Zettel. *Struv. c. 10. th. 4.* A ut probanda ipsa investituræ renovatio, quod fieri solet per ipsum investituræ instrumentum renovatum. *Struv. d. c. 10. th. 6.*

* * *

Quest. 23. Ein Muth-Zettel.) Est breve aliquod attestatum, quo Dominus petitam esse Investituram à Vasallo testatur; Hocce opponitur Petitioni und dem eingegebenen Ansinnungs-Zettel: quo brevi libello Vasallus petit investituram, in simulque pro termino Investituræ præfigendo Domino supplicat.

Renovatum.) Super Investiturâ hodie Instrumentum confici solet, unde probatio feudi plana & plena; Investitura renovata ad amissim & obrussam primæ investituræ regulariter informatur, quamvis expressâ Domini Investientis & Vasalli investiti voluntate aliquid pacto nonnunquam vel addatur, vel detrahatur; Unde consequitur, quod si omnes Intermediæ Investituræ forsan perierint, ultima tamen extans primæ convenire præsumatur, secundum quam sententiæ ferendæ calculus dirigendus.

24. Quales testes sunt necessarii ?

Resp. Pares Curia: vid. *supr. Cap. 12. qu. 9. & seqq.* quamvis in renovatione investiturae hoc non ita strictè requiratur, quàm in nova investitura, c. *Investitura pr. 2. F. 2. Ludov. Tr. p. 390.* imo hodie planè negliguntur.

* *

Quest. 24. Ad Cap. XII, Qu. 9. jam explicita, quorsum B. L. remitto.

[25. Quid præstari solet à petente renovationem ?

Resp. Laudemium, quod est certa pecunia Domino feudi pro receptione novi Vasalli solvi solita. vid. *Franzky, de Laudem. c. 2. n. 1.*

* *

Quest. 25. Solvi solita. Pro receptione & laudatione, ut Dominus Vasallum laudare, i. e. approbare dignetur; De definitione nominis laudemii plenè tractat *Franzky, Tr. De Laudem. Cap. I.*

26. Unde dicitur laudemium ?

Resp. Dicitur à laudare, quæ vox ratione Domini explicari potest, ut idem sit, quod approbare; pro eo enim solvitur, quod Dominus approbet novum Vasallum; vel ratione Vasalli, quod is laudemium

ampliationes
Fest. d. Tr. c.
Arman. & h. 2

Quest. 26.
rior evadit argum.

27. Quo

Resp. fore seu
infieri debet grati
ego adscribendum
gravandus est Val
instrumento inv
rit, Ludov. Tr.
p. 496. n. 13/14.
gans probare de

27. (b) Sed
laudemium

Resp. Neg. F.
A. B. c. 27. 51. So
Principes Imper
riis, Ornen. Hoff
Nov. 17. (b) Uff
Pohlni Episcop
altius amidiem

am in laudationem & recognitionem domini solvat;
Frantz. d. Tr. c. 1. n. 7. & 10. Dicitur aliàs *Relevium*.
 German. *Ehn-Wahr / Ehn-Geld.*

* * *

Quaest. 26. Ut laudatio & acceptatio eo certior & securior evadat. *argument. l. 35. pr. π. De Contr. Empt.*

27. Quo jure verò laudemium exigitur ?

Resp. Jure feudali hoc non debetur, sed renovatio fieri debet gratis, *Frantz. c. 4. n. 9.* Consuetudini ergo adscribendum, quæ si probata non fuerit, non gravandus est Vasallus laudemio, sed sufficit, si pro instrumento investituræ Cancellariæ sportulas solverit, *Ludov. Tract. feud. p. 356. Dn. Rhet. Comm. 7. F. p. 456. n. 13 seq.* Consuetudinem verò Dominus allegans probare debet. *Servv. c. 10. sb. 16.*

27. (b) Sed an & Principes Imperii laudemium Imperatori præstant ?

Resp. Neg. Et quidem Electores exempti sunt per *A. B. c. 29. §. 1.* Solvunt tamen aliquid ministris aulicis: Principes Imperii insuper etiam officialibus hæreditariis, denen *Hoff-Nemptern* / aliquid solvunt vid. *Append. Num. V. (b) Uffenbach de Judic. Aulic. cap. 11. pag. 124.* Postulati Episcopi Evangelicorum ultra hanc taxam adhuc dimidiam solvunt. *Instrum. Pac. Art. 5. §. 21.*

Quaest.

* * *

Quest. 27. Sportulas solverit: Schreib-Geld.

Probare debet:) Ista Consuetudo ut exorbitans probanda vel ex qf. possessione Juris percipiendorum laudemiorum, vel libris Dominorum, quos vocant Lehen- oder Erb-Bücher / qui tamen ita conscripti sint, oportet, ut fides istis adhiberi queat, v. g. si à Notario legitime sint confecti probabilesque circumstantiæ aliaque adminicula concurrant. *Sed an Principes Imperii Laudemium Imperatori prestant?* Negat Atque hoc vigore *A. B. Cap. 29. §. 1.* nec non *Krafft gemeinen Reichs-Hoff-Raths-Bescheids vom 18. Martii 1659. & de 13. Aug. 1659.* doch seynd die Herrn Chur-Fürsten des Lehen-Tax befreyet / sie pflegen aber jedoch die Hof-Bediente dergestalt zu verehren / wie Cl. Author in Appendice Num. V. (b) in Taxa anführet / nach diesem allem erfolgt die würckliche Investitur, davon dem Reichs-Hof-Raths-Erhörhüter / wanns Gräfl. oder Freyherrl. Lehen / so viel Lehen-Brieffe seynd / so viel ein Gold-Gulden in specie, an dessen statt Er doch 2. gemeine Gulden zu nehmen pfleget / gebührt. Wie solches nachfolgender Extractus nach sich führet: *jovis 25. Septembr. 1654.* Ziegler Martin Reichs-Hoff-Raths-Erhörhüter de presentato hodierno beklagt sich / daß etliche Agenten Ihme dem Herkommen zuwider / den gebräuchlichen Gold-Gulden von jeden Lehen nicht reichen wolten / und daß in specie der Agent Graf Ihme / wegen empfangener neun Lehen / an statt 9. Gold-Gulden nur 8. Gold-Gulden geben wolten / bittet Ihme ein Kayserlich Decretum zu ertheilen / daß mit Ihme die alt herkommene Gebühr von jedem Lehen-Brieff ein Gold-Gulden unverweigerlich bezahlt werde. Apponit attestatum von dem Registratore Pippio nicht allein des angezogenen Herkommens halber / sondern auch / daß der Graf die 9. Lehen empfangen und die Tax derentwegen erlegt habe.

Injungatur dem Graf / daß Er dem Supplicanten wegen

der

empfangener
jedem unger

Et hoc Co
mune in punct
Schlichters de
Loci in Tratt. f
Anle Cap. XI.

B. Q.

Resp. Jure
quinquaginta
Emply. Corp.
Observatur. O
mores inspicie
fendi, Corp.
rum locorum e
c. 23. n. 12. In M
reus servitorum at
delictorum 21 t

Quest. 21. C
tum solvi solent.
& circumjacentib
arando quinq
schem ad feni
bon. Erf. §. 11
§. 1. mit Conlu
re wozu, in casu
zuna translativo,

der empfangenen 9. Lehen den gebräuchigen Gold = Gulden
von jedem unverweigerlich bezahle.

Frantz Martin Mensihengen.

Et hoc Conclufum confirmatum esse, per Decretum Com-
mune in puncto Accidentium des Reichs = Hoff = Raths
Schürhüters de dato 12. Jan. 1683, probat Dn. Ab Uffen-
bach. in *Tract. suo nervosissimo saepe laudato de Judic. Imper.*
Aulic. Cap. XI. De Jurisdictione Aulica circa Causas Gratis,

28. Quantum debet esse lau- demium?

Resp. Jure civili in emphyteuseos alienatione
quingagesima pars pretii solvi solet. *L. fin. C. de Jur.*
Emphyt. Carpz. P. 2. c. 39. d. 11. quod & in hoc Ducatu
observatur. *Ord. Polie. c. 48. §. 3.* In feudis cujusvis loci
mores inspiciendi: In Saxonia est vigesima pars pretii
feudi, *Carpz. l. 1. Resp. 90. n. 2. Coler. dec. 33. n. 3.* Alio-
rum locorum consuetudines recenset *Franzk. d. Tr.*
c. 23. n. 13. In Marchia non pretium feudi, sed quan-
titas servitiorum attendi solet, & pro quovis equo feu-
dali solvuntur 25. thaleri.

* * *

Quaest. 28. Consuetudines. Duo de jure Civili per cen-
tum solvi solent, argum. *l. f. C. De Jure Emphyt.* In Hassia
& circumjacentibus Regionibus verò aliquando decem, ali-
quando quinque per 100. in Archi-Episcopatu Colonienfi,
si feudum ad feminam devolvitur, est decima pars pretii pro-
bant. *Erh = Stiff = Cöllnische Rechts = Ordnung. Tit. VII.*
§. 5. proit Consuetudo Regionis variat, penduntur, maxi-
mè tamen, in casu, ubi feudum in alium, titulo quodam Do-
minii translativo, alienatum. Præterea, Laudemium (1.
Uu ration

ratione quantitatis in *majus & minus*, in die große und kleine
 Lehenwähre; (2.) in *simplex & duplex*, (3.) ratione origi-
 nis in *Civile & consuetudinarium* dividitur. De jure feudali
 Communi Investituram gratis esse faciendam & laudemium
 nullum deberi, argum. 1. *feud. 1. cap. 1. in fin. 1. feud. 15.*
 2. *feud. 23.* dubitare haud finit. Investituram autem esse cau-
 sam proximam laudemiorum & consequenter ante eam factam
 nil laudemii deberi, adversus plures latè, & more solito, ac-
 curatè defendit Franz. *Tr. absolutissimo de Laudemils C. V. n. 14.*
 & *seqq.* Sed quam actionem Dominus pro consequendo hoc
 laudemio habet? Cl. Struvius *Syntagm. Jur. Feudal. Cap. X.*
 §. 17. n. 1. actionem hypothecariam competere, putat; At,
 cum Dominus cum novo Emphyteutà non contraxerit, nulli-
 bique hypotheca in jure reperitur inducta, sine lege autem
 eam non esse inducendam nec statuendam, ex l. 1. *ibi: hypo-*
thecariam ab ipsa lege. C. Commun. de legat. luculenter constat,
 addat. CL. Lauterb. *Libr. XX. Tit. II. in pr. Verbis: ultra Casus*
legis, ajens, non est extendendum. Præferimus sententiam eam,
 quæ Domino vel Conditionem ob causam, factæ putà inve-
 stituræ, Franz. *d. Tr. Cap. XXIV. n. 27.* vel conditionem ex
 Lege tribuit assentiente nobis ex asse Hahnio ad Wesenbec.
Tit. de Condict. ex L.

29. Quo casu præstandum est laudemium?

Resp. Regulariter, quotiescunque Vasallus mu-
 tatur, seu feudum in extraneum alienatur vel trans-
 fertur. *Struv. c. 10. th. 13. n. 1.* Non si mutetur Domi-
 nus, sic enim Vasallo de novo nihil conceditur, pro
 quo laudemium præster. *Carpz. P. 2. C. 39. d. 28.* nisi hæc
 consuetudo inducta, *Struv. d. l. th. 14.*

Quasi.

Quasi. 29.
 feudum vel
 acquisiverit,
 usum aliud fuerit
 vel (+) Testame-

inducta.) Quæ
 terque à Domini
 probatione hujus
 ne literarum
 allegantur

3. Quid si
 rumrece
 res

Resp. Nihil
 scil. venditio per
 vis enim feudum
 nec, aramen hoc
 novam laudemii p
 17. d. 13. n. 7.

Quasi. 30.
 quam alius nume
 vult; Franzk.
 Lambach, ad Tr.

* * *

Quest. 29. Transfertur.) Si v. gr. (1.) Quis emerit feudum vel (2.) Permutatione alioque contractu innominato acquisiverit, nisi in permutatione secundum specialem loci usum aliud fuerit receptum; Aut (3.) alicui feudum donatum, vel (4.) Testamento extraneo relictum.

Inducta.) Quæ Consuetudo tamen strictè intelligi specialiterque à Domino probari debet; Nisi in Cancellariis absque probatione hujus Consuetudinis, Honorarium pro confectio-
ne literarum investituræ solvi solear, uti ad qu. 27. supra allegatum.

30. Quid si ab emptione perfecta iterum recedant, & feudum ad priorem Vasallum revertatur?

Resp. Nihilominus solvendum laudemium, si scil. venditio per traditionem consummata. Quamvis enim feudum in pristinum statum iterum perveniat, attamen hoc fit per novam venditionem, quæ novam laudemii præstationem exigit. *Carpz. P. 2. C. 39. d. 13. n. 9.*

* * *

Quest. 30. Quia contractus prior non tam dissolvitur, quàm alius numero novus inicitur; Aliud verò, si tantùm dissolvatur; *Frantz. Fr. De Laudem. Cap. 14. n. 180.* addat *Lauterbach, ad Tit. π. De R. V. in fine.*

U u 2

31. An

31. Annon ergo omnes in feudum succedentes id præstant?

Resp. Regulariter non, si in primâ investiturâ comprehensi; Et si fortè hic contrarium consuetudine inductum, tamen hæc strictè intelligenda de collateralibus saltem, non descendentes, *Serv. cap. 10. ib. 16.* quamvis & in his specialis consuetudo valeat. *Carpz. P. 2. C. 39. d. 22.*

* *

Quest. 31. Regulariter non.) Etenim qui semel à Domino laudati & approbati, necesse non habent, ut iterum laudentur & acceptentur.

Non descendentes.) Quia hi in istorum Parentibus iam sunt approbati, quare Dominus quoad liberos istam Consuetudinem receptam esse, probare debet.


32. Quid si verò liberi conjunctim laudemium solverint, & postea diuiserint feudum?

Resp. Non tenentur denuo vel pro singulis partibus solvere: quamvis enim divisio sit species alienationis: hîc tamen nihil novi acquirunt liberi, nec possessorum persona reverâ mutatur. *Carpz. d. l. d. 23. Franzk. de laud. c. 8. n. 117.*

* *

Quest. 32. Mutatur.) Etiam si semel laudemium ab hæredibus defuncti tantum fuerit solutum, divisione feudi factâ, non iterum tamen est solvendum, argum. *l. 57. π. De R. 7. bis enim idem exigi est culpa, & l. 51. π. De re Judic. Verb. Et puto improbum esse, eum, qui velit iterum consequi, quod accepit.*

CAPUT



CAPUT XVIII.

DE

OBLIGATIONE FEUDALI INTER DO- MINUM ET VA- SALLUM.

GENERALIA CAPITIS.

1. Cum per investituram dominium utile transferatur in va-
fallum, omne illud, quicquid ad feudi utilitatem pro-
movendam pertinet, liberè facere potest Vasallus, modò
nihil præjudicii inde contingat Domino directo,
2. Vice versâ cum Dominus intuitu feudi ob concessam utilir-
tatem Vasallum ad servitia obligatum habeat, Dominus
quoque facere tenetur, ut Vasallus feudo liberè uti frui
possit, hinc non tantùm possessionem feudi in illum
transferre, sed etiam securum in possessione reddere
debet.
3. Servitia verò hæc respectum habent ad utilitatem feudi, &
pro ejus quantitate determinanda. Præstanda autem sunt,
quoties vel Dominus exegerit, vel Vasallus ipsum in ne-
cessitate constitutum viderit.

Uu 3

I. Qua-

dum
 confim
 genda
 s, s
 sferudo
 nel à Do
 rum lau
 us janz
 Coniue
 m lau
 di
 ulis par
 aliena
 i, nec
 d. 23
 m ab ha
 feudi fact
 De n. 7. in
 e. Verb. Et
 qui, quod
 CAPUT

1. Quale jus Dominus in feudo
habet ?

Resp. Habet dominium directum seu proprietatem, unde Vasallo libera disponendi facultas adempta. *Struv. c. 11. th. 1. num. 1.* scilicet quatenus illa tendit in præjudicium Domini directi.

* *

Quest. 1. Domini directi.) Vasallus enim non est plenus sed minus plenus Dominus, habens utile & restrictum Dominium, quare nihil in Domini præjudicium agere potest.

2. Numne Dominus Vasallo ad fidem
obligatus est ?

Resp. Aff. quamvis juramentum fidelitatis non præstet. *Vid. cap. 13. q. 12. & seq.*

* * *

Quæst. 2. 3. & 4. Supra locis à CL. Autore allegatis enucleatæ sunt.

3. Num. Dominus obligatus ad vacuam feudi possessionem tradendam ?

Resp. Aff. 2. *F. 7. in fin. 2. F. 36. §. Si facta.* Oritur enim ex investiturâ tam arcta ad rei traditionem obligatio, ut Dominus nec præstando interesse liberetur. *Bischo. Comm. F. pag. 249. Vid. c. 12. quæst. 18.*

4. Quid

4. Quid ver

Resp. Ad
omnem utilitate
Et statim post præst
sionem nullus fuit
Anon. Disp. 7. th. 1.5. Quid si L
feuResp. Adevid
ignoraverit. 2.Quæst. 1. Ad
evitum per L. 3. C
modo Vasallo, equ
licet; licet; Vid.Vasallo duntaxat de re
num. cuius denuncie
licet defendat, addet L.Reponitur pignus. Ca
in feudationem rei alie
tas propter bonam fi
l. 1. §. fin. 7. De ADef. 22 Dominus
cum eisdem actum
prestandum, vel pr
25. necur, hoc que
dis, Vel omnino Se
judicandi racionem et
nisi, oblatio, obtinere

4. Quid verò, si moram in tradendo admiserit?

Resp. Ad interesse Vasallo est obligatus, seu omnem utilitatem, quam habiturus esset Vasallus, si statim post præstitam fidelitatem in vacuam possessionem missus fuisset. 2. F. 7. in fin. Bursch. ad d. text. Anton. Disp. 7. th. 10. l. b.

5. Quid si Dominus rem alienam in feudum dederit?

Resp. Ad evictionem obligatus est, siue sciverit, siue ignoraverit. 2. F. 8. pr. vid. supr. c. 8. q. 7.

* * *

Quæst. 5. Ad evictionem.) Modò feudum ipso actu fit evictum per L. 3. Cod. De Evict. Quia Dominus satisfacit, si modò Vasallo, æquè uti in emptione, venditori, rem habere licere, faciat; Vid. Notata ad Cap. VIII. Qu. 8. Si autem Vasallo duntaxat de re feudi lis sit mota, tum contra Dominum, cui id denunciare decet, agere potest, ut veniat, & se in lite defendat, addat. Lauterbach: Ad π. Tit. De Evict. Vers. Requiritur igitur. Caterùm discrimen inter venditionem & in feudationem rei alienæ notandum venit; Venditor ignorans propter bonam fidem pretium tantum restituere tenetur. l. 11. §. fin. π. De Act. empr. Carpzov. Part. II. Constit. 34. Def. 22. Dominus Feudi v. ignorans etiam, vel ad aliud feudum ejusdem æstimationis, cujus rei judicatæ tempore fuerat, præstandum, vel pretium feudi evicti solvendum, 2. f. 8. & 25, tenetur, hocque ut singulare, quid annotant DD. in Feudis, Vid. omninò Struv. Sym. Jur. Feud. Cap. VI. §. 9. Quam judicandi rationem etiam in feudo, interveniente titulo oneroso, oblato, obtinere, nullum subest dubium.

6. An.

6. An verò Vasallus hoc casu litem Domino denunciare debet?

Resp. Aff. quamvis enim hoc 2. F. 8. non adjiciatur, colligi tamen poterit ex 2. F. 25. & insuper ex jure civili supplendum *Bischo. Comm. F. p. 252. num. 7.*

* * *

Quest. 6. Aliud obtinet, si tantum sententia condemnatoria sit lata, vel laudum Arbitri datum, vel feudum casu evictum, vel causa adfit, quæ non antecessit Vasalli possessionem, à quo Vasallo feudum est evictum, neque præstatur evictio, si per injuriam, aut etiam culpam Vasalli feudum sit evictum.

7. Ad quid Vasallus Domino est obligatus?

Resp. Ad fidem & servitia præstanda.

* * *

Quest. 7.) 2. f. 33. Infeudatio enim est contractus ultrò citroque obligatorius; unde tenetur Vasallus Domino servitium præstare, ad quod præcisè compelli potest.

8. In quonam fidei præstandæ effectus consistit?

Resp. Ut Domino reverentiam exhibeat, ejus commoda quærat, & damna avertat. *Vid. cap. 13. qu. 10.*

9. Quo-

9. Quotuplicia sunt servitia à Va-
llo præstanda?

Resp. Vel militaria, vel pagana sive aulica; utraque vel determinata, vel indeterminata, de quo ex literis investitura constabit.

* * *

Quæst. 9. Imò servitia sunt vel honoraria, vel judiciaria, vel militaria; Honoraria sunt, ubi Vasalli Domino acquirenti honoris causâ adesse debent; Judiciaria, ut ad Curiam Domini acciti vel vocati, cum cæteris compareant; Militaria, ut ad expeditionem Domini vocantis adfint, vel aliquam militaris servitii redemptionem præstent, in stipendiis militum conscriptorum, secundum quantitatem annui redditus, concurrant.

10. Quænam servitia regulariter
præstanda?

Resp. Militaria, vel equis vel armis, quotiescunque periculum aliquod Domino imminet. 2. F. 7. Struv. c. 11. th. 5. n. 1.

* * *

Quæst. 10. Illa opera regulariter est militaris unde vocari consuevit: Ritter & Dienst. 1. f. 5. ejusmodi verò ope indiget Dominus, quando in periculo est constitutus, 2. f. 7. adedque non solùm, quando bellum geritur, sed & pacis tempore, Vasallus ad servitia tenetur; Dominumque comitari debet.

X X

II. Quo-

II. Quomodo autem servitia militaria determinanda ?

Resp. Primò litera investituræ inspiciendæ, post consuetudo Regionis. *Ant. disp. 7. th. 2. lit. e. & f.* deinde etiam quantitas feudi: hinc duo feuda conjunctim sapius unum præstant equum, sedes ein halb Lehen-Pferd. *Struv. d. l. n. 6.*

II. (b) Quid in feudis Imperii?

Resp. Hic illa determinatio servitorum militarium jam facta est in matriculâ Imperii, ubi cuius Statuum assignatur, quantum numerum equitum & peditem præstare teneatur, imo etiam collectæ pecuniariæ ibi determinatæ; quamvis quoad collectas sapius multiplicentur die Römer-Monate. *Conf. Iter. c. 20. §. 3. & seqq.*

* * *

Quest. II. Ein halb Lehen-Pferd.) Si nempe feuda sint exigua, tunc pro modo proventuum servitia sunt regulanda, & si certus modus positus in Investiturâ, tunc ultra istum præfinitum Vasallus servitia præstare non cogitur, nisi summa Domini necessitas illa exigat, ubi pluribus equis vel hominibus, quàm aliàs obligatus est, Dominum adjuvare necesse.

12. Num aucto feudo augentur servitia?

Resp. Aff. si servitia debeantur indeterminata, sic enim quantitatis & utilitatis feudi ratio habetur. Secus

inter D
Sicut determinat
non obligatur
unctio etiam
Domini vel V
7. & 8. nisi tamen
dale, sic enim re
hanciam.

Quest. 12. In
quodammodo
ad hunc li. R
apparet servitia, si in
illa Dominum re
sone cupis, rei me
verò si facta Domini
tunc omnino debe
verò addatur illa r
nata, illa non auge
illa augeri, ex aq
13. An in q
ic
R. Aff. sine sit
paratum esse, ut
ea; quamvis em
near. l. 9. §. 4. ff
Ius habet. Kohl.
incrementum no
in p.

Quest. 9. Non

Secus si determinata, ubi ultra expressa servitia Vasallus non obligatur. *Rosenth. c. 10. concl. 44. num. 55.* quæ distinctio etiam obtinet, si non naturaliter, sed factò Domini vel Vasalli auctum sit feudum. *Siruv. d. l. num. 7. & 8.* nisi tamen illud, quod accedit, ante fuerit feudale, sic enim tenetur ad servitia, quæ antea rei cohaerebant.

* * *

Quaest. 12. Indeterminata.) Quia servitia moderantur quodammodo ad commoditates feudi annuas.

Auctum sit.) Ratione naturalis accessionis; Non tamen augentur servitia, si ista sint determinata, quia Dominus concessit Dominium rei utile sub obligatione ad certa servitia, ratione cuius, rei incrementa ad Vasallum pertinent; Aliud verò si factò Domini & Vasalli res feudo accedat, ut feudalis, tunc omninò debentur servitia, intuitu istius augmenti; Sin verò addatur ista res ut allodialis, & servitia fuerint determinata, illa non augentur, secus verò, si indeterminata, & tunc illa augeri, ex aequitate admitti potest.

13. An in quovis augmento feudi id procedit?

R. Aff. sive sit latens, sive patens, imo etiamsi separatum esset, ut insula prope feudum in flumine nata; quamvis enim hæc ad usufructuarium non pertineat, *L. 9. §. 4. ff. de Usufruct.* pinguius tamen jus Vasallus habet. *Kobl. de Servit. feud. P. 5. n. 180.* Modicum verò incrementum non attenditur. *Kobl. d. l. n. 191. l. f. 4. in fin.*

* * *

Quaest. 13. Non attenditur.) Nisi appareat incrementum

Xx 2

tum

tum aliquod insigne, & tunc utique servitia, juxta præfata, augentur.

14. Quid si feudum sit diminutum?

Resp. Pari modo distingu. scil. indeterminata servitia minui: non determinata, nisi ipsa necessitas Vassallum excuset. *Serv. num. 9.* vel Dominus ipse feudum diminuerit. *Serv. n. 11. Dn. Rhet. Comm. 7. F. p. 222. n. 6.*

* *
*

Quest. 14. E contrario, questio occurrit de insigni feudi decremento, an propter id servitia minuantur? Et distinguendum iterum inter servitia determinata & indeterminata; Illa non decrescunt, nisi tantum feudo decedat, ut inde Vassallus servitia illa præstare nequeat.

Diminuerit.) Merito & tum determinata servitia minuentur, quia Dominus ipse contractum feudalem violat, in quo Vassallus se ad fidem & servitia obligavit; Ergo & ipsi Vassallo contractum hunc vicissim non servare, licet; argumen. *l. 7. C. De Rescind. Vendit.* Sin verò Vassalli culpam damnum evenerit, tum Vassallus servitorum remissionem exigere non poterit, quia damnum tunc patitur suam culpam, quod sentire non videtur. *l. 203, 7. De R. I.*

15. Teneturne Vassallus in personam propriam servire?

Resp. Aff. vel Domino personam acceptabilem mittere debet. *2. F. 55. §. Firmiter.* quod ipsum boni viri arbitrio dijudicandum. *Ant. D. 7. th. 5. lit. b. Kobl. d. l. P. I. n. 149.* licet ipse *n. 159.* dissentiat & Vassallum in personam servire debere velit.

Quest.

Quest. 15. D.
institutum servitium
Regulares Ecclesie
terricium. Item
pervenire, nec
malis, modo
etiam. Alii autem
aliquos inter Cap.

16. Sed ante
peratore v
pa

Resp. Reg
alio Vassallis di
tinuerit. Vid.

Quest. 16. Se
riperioque ad
Domini directi comp
no notam facimus;
sup. de Anno 1521. §.
1507. de Anno 1576. §.
de Anno 1530. §.
und dicit 7. §.
II. feud. 59. §. fir
illud Domini arb
Vassallos Constitut
sub Carolo Crassi n
m: Cuiusque an
sequitur, si ad Ca.

* * *

Quaest. 15. Dijudicandum.) Regulariter non nisi per substitutum serviunt 14. annis minores, foeminae, Personae Regulares Ecclesiasticae, utpote quibus militaribus servitiis interdicitum. Item si Vasallus ad parem vel majorem dignitatem pervenerit, nec non Universitas. Et si etiam minus idoneus missus sit, modò Dominus eum admiserit, legi tunc satisfactum erit. Ast arbitriuni Domini praefendum existimat saepe allegatus inter *Cap. XX. n. 7.*

16. Sed annon Vasalli Imperii ab Imperatore vocati, personaliter comparere tenebuntur?

Resp. Regulariter idem obtinere puto, quod de aliis Vasallis dictum, licet olim in Imperio aliud obtinuerit. Vid. *litter. c. 20. §. 8. & 9.*

* * *

Quaest. 16. Sententiam Cl. Autoris, sc. Vasallum Imperii personaliter ad requisitionem Imperatoris ceu ad arbitrium Domini directi comparere servitiaque prestare debere, omnino nostram facimus; prout ita quoque decretum fuit in *Recess. Imp. de Anno 1521. §. item haben wir uns weiter. 34. & Recess. Imp. de Anno 1576. §. Im selben quibus jungi possunt Rec. Imp. de Anno 1530. §. Damit aber 103. & Recess. de Anno 1532. und Damit 7. & seq.* quod jam ante à Friderico I. Imperat. in *ll. feud. 55. §. firmiter.* ita cautum reperitur, comprobaturque illud Domini arbitrium, cum quoad Seculares, tum Clericos Vasallos Constitutio ista famosa de Expeditione Romanâ quae sub Caroli Crassi nomine passim circumfertur, ubi ita dispositum: *Cuiusque autem secundum hanc legem eadem expeditione imperetur, si ad Curiam Gallorum, hoc est, in campum, qui vulgo*

Xx 3.

vulgo

vulgo Rungalle dicitur, Dominum suum non comitetur, & ibi cum militari apparatur non representetur, feuda (præter hos qui cum Gratia Dominorum suorum remanserunt) in conspectu nostro, absque spe recuperationis privetur.

17. Quid si plures Vasalli sint?

Resp. Aut feudum inter ipsos divisum, aut non; Illo casu quisque pro suâ parte præstabit servitia; hoc casu omnes in solidum tenentur, uno tamen servitia præstante, cæteri liberantur, 2. F. 77. Struv. d. c. 11. th. 6. n. 5.

* * *

Quæst. 17. Cæteri Liberantur.) Quia sicuti omnes in solidum tenentur; Ita & distingui debet, utrum servitium sit dividuum, ad quod tamen quis pro suâ parte, quam in feudo habet, tenetur; an individuum, quale est regulariter servitium, quod in faciendo consistit, quæ sunt individua & tunc debet, quilibet, prout in solidum obligatus, servitia præstare. Nec est, ut Exceptio divisionis opponatur, cum huic in individua obligatione locus non sit.

Præstabit servitia.) Quia tot sunt feuda, quot divisiones.

18. Quid si bellum injustum susceperit Dominus?

Resp. Vasallus auxilium ferre non tenetur, modò bellum notoriè sit injustum; secus si causa dubia sit. 2. F. 28. princ. Bilsch. ad d. text. p. 923. determinatio verò hujus dubii ad Vasallum non spectat, sed ad Dominum; & in dubio obediendum Superiori præcipienti. Ludov. in Synops. p. 292. Struv. c. 11. th. 7. n. 2.

Quæst.

Quæst. 18. Per
habere Vasallus,
si ipse alteri
nec ne; Cum in
vorem præsumend
Nunq. Secus

19. Quid

Resp. Sicuti
servitium definitio
8. p. 202. D. 7. th. 7

Quæst. 19. Quæ
Vasallus vi obliga
retur,

20. Quid si

Resp. Ita Vasall
tu, sic enim noll
di, cum ipse declin
Solv. ad. P. 6. c. 1
Dominum feudo
quamvis stipend

Quæst. 20. Sim
liberans oscillitate L

* * *

Quest. 18. Percipienti.) Quare tenetur servitia Domino exhibere Vasallus, non solum si Domino inferatur bellum, sed & si ipse alteri inferat, etsi dubium sit, an justam causam foveat, nec ne; Cum in dubio, superiori sit parendum, quia in ejus favorem presumendum est.

Notorie.) Secus, si causa dubia sit.

19. Quid si bellum defensivum?

Resp. Sic indistinctè Vasallus servire tenetur, ob favorem defensionis, *And. Kohl. de Serv. Feud. part. 2. n. 54. Ant. D. 7. th. 7. lit. c.*

* * *

Quest. 19. Quia defensio prima pars juris naturæ, & hinc Vasallus vi obligationis Dominum adjuvare & defendere tenetur.

20. Quid si Dominus feudi ab alio certo stipendio conductus militet?

Resp. Ita Vasallus ad servitia militaria non tenetur, sic enim nulla necessitas premit Dominum feudi, cum ipse declinare militiam possit. *Kohl. P. 2. num. 49. Schrader. P. 6. c. 6. n. 66.* Aliud verò est, si belli causa Dominum feudi simul concernat, sic enim non obest, quamvis stipendium ab alio acceperit.

* * *

Quest. 20. Simul concernat.) Ob fœdera ista & inita; Ibi juris necessitate Dominus fidem suam servare tenetur, & sic

sic Vasallus ab exhibendis servitiis excusandus non erit, eam favor quietis publicæ anteferendus sit.

21. Sed an contra quemvis auxilium præstandum?

Resp. Aff. excepto Imperatore. 2. F. 7. & antiquiore Domino. 2. F. 28. §. fin. Ant. disp. 7. th. 3. lit. e. Vid. c. 3. quest. 44.

* * *

Quæst. 21. Ex superioribus, sigillatim Cap. III. Q. 44. ibique Notatis satis patescit.

22. Anne autem contra Imp. penitus opem ferre non teneatur?

Resp. Non, per d. text. 2. F. 7. nisi tamen Imperator Dominum immerentem injustè oppugnaverit. Kohl. P. 3. n. 35.

* * *

Quæst. 22. Oppugnaverit.) Imò casus sunt, quibus & contra Superiorem subditis, præsertim illis, qui non sunt simpliciter subiecti, sed aliquam potestatis partem obtinent, bellare licet; Vid. omnino Vitriar. De Jur. Nat. & Gent. Libr. I. Cap. IV. addat, tamen Carpz. De L. Regia Cap. XVIII. Sect. 2. Nec non Simon. ad Hug. Grot. Libr. I. Cap. 4. §. 1. n. 3.

23. Po-

23. Poteritne Domino posteriori contra priorem per substitutum servire?

Resp. Negat *Schrad. P. 6. c. 6. n. 20. seq.* sed affirmat. *Kobl. d. l. p. 3. n. 42. seqq.* cum ita priori Domino non præjudicetur, quem perinde iuvare potest.

* * *

Quest. 23. Cum ita priori Domino non præjudicetur.)
Adeoque ne quidem per substitutum regulariter Vasallus adjuvare potest posteriorem Dominum, contra antiquiorem, si damnum inde sit securum, quia tunc idem esset, ac si Vasallus ipse servitia præstitisset, & Domino nocuisset.

24. Potestne ergò priori contra posteriorem Dominum in personâ auxilium præstare?

Resp. Affirm. quia ab hoc nexu, quo priori Domino obligatus, posterius feudum acceptando se liberare non potuit. *Kobl. P. 3. n. 48. seq.*

25. An Vasallus contra patrem suum Domino auxilium ferre debet?

Resp. Affirm. *d. §. fin. 2. F. 28.* præsupposito tamen calu, si pater injustè Dominum feudi offendat, ita enim pater delinquens legis beneficio indignus est. *arg. L. 35. ff. de Religios. Ludov. p. 293. Struv. c. 11. th. 8.*

Y y

Quan-

Quamquam hoc casu excusetur filius, si per substitutum servitia præstiterit. *Kohl. de Servit. feud. p. 3. n. 11.*

* * *

Quest. 25. Præstiterit.) Ratio decisionis in causæ iustitiâ est posita, aded, ut contra agnatos, amicos & conjuges suos Domino Vasallus opem ferre & assistere debeat, cum non lugere constituerint Majores eum, qui ad Patriam delendam venit; ita tamen se regat Vasallus, ut in hac ipsâ defensione, quantum fieri potest, amorem & pietatem non lædat, argum. *l. 11. c. 12. π. de dolo* addat. locus apud Dn. Lauterb. ad Tit. 16. *Libr. XLIII. in subj. P.*

26. Cujus sumptibus præstanda servitia?

Resp. Communis sententia est distinguendum, an Vasallus servitia præstare debeat in territorio, an extra-territorium; illo casu propriis sumptibus; posteriori casu sumptibus Domini, 2. *F. 107.* Quod capitulum quidem extraordinarium est, unde etiam dissentit. *Ludov. pag. 296.* quia tamen casum jure feudali non decisum continet, merito eidem standum. *Kohl. de Servit. Feud. P. 6. n. 6. & seq.* Consuetudine autem receptum videtur, ut Domini sumptibus serviatur. *Anton. Disp. 7. th. 6. lit. f. Carpz. P. 3. C. 28. d. 18. n. 11.*

* * *

Quest. 26. Consuetudine tamen receptum videtur, ut Domini sumptibus serviatur.) Si sc. feudum sit exiguum & Dominus extra territorium bellum gerat; Accedit, quod Dominus quicquid acquirit, sibi teneat; Hæcque sententia mediam ingreditur viam, ideoque præferenda, ut tutior; Quamvis tenor Investituræ & Mores loci, in primis attendendi sint.

27. Num.

27. Numne Dominus pro servitiis equestribus pecuniam exigere potest?

Resp. Regulariter non, cum aliud pro alio peti non possit; nisi tamen necessitas Reip. aliud exigat, utpote si Domino feudi melius pecuniâ, quàm servitiis succurri possit. *Rosenh. c. 8. Concl. 23. n. 13. lit. q. Tiracquell. de Jur. primogen. qu. 74. num. 2.* Et hæc præstatio pecuniæ loco servitii dicitur *Adoba*, sive *Adaratio*. *Matt. de Affict. dec. 252. n. 3.*

* * *

Quest. 27. A parte Domini omninò stat exigere servitia, quare & pro lubitu poterit, si modò publicum interesse aliud non efflagitet & exigat, servitorum loco pecuniam prætere-
dere.

28. Quid si feudum sit exiguum?

Resp. Si fructus pro sumptibus servitorum non sufficiant, Dominus sumptus suppeditare tenetur, etiam si Vasallus aliunde bona habeat. *Kohl. d. p. 6. n. 12.*

* * *

Quest. 28. Quia servitia ad modum & quantitatem reddituum feudi præstantur; Hinc si fructus nimis exigui sint, Dominus servitia exigere nequit; Confer. omninò *Finkelth. Disp. IX. Consrov. 9.* Extra omnem dubietatis aleam quidem positum est, Feudum Vasallo concedi, *ut pro eo serviat*, probant, 2. f. 23. *ibi: Ad hoc, ut fideliter serviat.* Sed in simul decisum non est, *cujus sumptibus servire debeat*: Unde textui 2. *feud. 107.* manum non injicientes nec vim inferentes illum ju-
ris

ris feudalis rationi bene convenire existimamus ; jam supra enim ostensum ; Capitula extraordinaria etiam admitti in casu, si ordinariis non repugnent , aut juris feudalis rationem non evertant ; prout textus ejusmodi generis est ; Neque ullo modo Argumenta Dd. a libertis deprompta quicquam derogant ; Etenim per notum , quod libertum inter & Vasallum longa intercedat differentia ratio ; libertus , quippe , operas artificiales & officiales praestat , quae propriis sumptibus expediri possunt & debent , & quidem propter libertatis acceptae beneficium inestimabile ; Vasallus vero servitia militaria ideo non praestat , hinc propriis impendiis & sumptibus servire quoque non cogitur , praesertim , si feudum tenue sit & exiguum , probant. 2. f. 54. ibi : Aut pro quantitate , & 2. f. 77. ibi pro quantitate beneficii. Dictum supra , servitia ad modum & quantitatem reddituum feudi praestari ; Ut tamen de quantitate illa eò liquidius certiusque constet , majoris cautionis & securitatis gratia bene factum judicamus : ut bona feudalia vel in feudum concessa investiturae nominatim inferantur ; prout aliquoties de jure respondimus : addatur Cl. Gail. 2. Obs. 69. ibique Nota & Vindicia nostra n. 7.

29. Quibus casibus Vasallus à servitiis praestandis liberatur ?

Resp. Si feudum sit francum , vel servitia aliàs à Domino remissa : Item si Vasallus adhuc impubes sit , vel etiam senex annorum septuaginta : item si morbo fontico vel extrema paupertate impediatur. Ant. disp. 7. th. 7. Verum ob aetatem & morbum tantum à servitiis in personam praestandis excusatur.

Quaest. 29. Excusatur.) Extra omnem pugnam est , Vasallum , ad servitia in propria personam praestanda , quia ejus indu-

intra dicta vide
 non illum excus
 etas 2. f. 20
 porro praestare
 do sic per 30. an
 feudalem jure al
 Feud servitium non
 lavis quo casu Va
 non potest , Gail.

30. Sed cog

Resp. Non va
 fedin d. rest. sal
 nec ipse , nec
 ipse saltem lib
 Nocetur enim
 non per dilatio
 expedit , donec
 p. 1. n. 139. Buse
 2. quod praest
 Sineat. p. 5. n. 108
 d. 1. n. 3.

Quaest. 30. C
 cuius concedit
 personae vel ob
 inabili feudum
 du Cap. IX. Con
 rum DD. opinio
 pra personam , vel

industria electa videtur, obligari; A quâ præstatione personali tamen illum excusat dignitas 2. f. 100. infirmitas 2. f. 55. §. 1. ætas 2. f. 26. §. Si quis decesserit. Et Vasallus servitia porro præstare haud tenetur, si præscriptione sit tutus, quando sc. per 30. annos Domino Feudi servitia denegando, rem feudalem jure allodii possederit; secus, ubi aliàs Dominus Feudi servitiis non indiguit, vel de iis Vasallum non interpellavit, quo casu Vasallus immunitatem à servitiis præscribere non potest, Gail. 2. Obs. 60. ibique Notata nostra.

30. Sed cogiturne pupillus per substitutum servire?

Resp. Non videtur, per c. Si quis decesserit. 2. F. 26. sed in d. text. saltem dicitur, quòd fidelitatem facere nec ipse, nec alius pro eo cogatur; A servitiis verò ipse saltem liberatur, non ut per substitutum serviat. Nocetur enim Domino per dilationem servitiorum, non per dilationem fidelitatis, quam differre potius expedit, donec vim juramenti capiat Vasallus. Kohl. p. 1. n. 139. Busch. ad d. c. 2. F. 26. p. 431. Struv. c. 11. th. 6. n. 2. quod praxi universalì receptum esse, testatur Schneid. p. 5. n. 108. etiam in Saxoniam Carpz. p. 3. c. 28. d. 18. n. 3.

Quæst. 30. Capiat Vasallus.) Ipse Dominus dispensat, taciteque concedit licentiam serviendi per substitutum, quando personæ vel ob sexum, vel conditionem, vel corporis vitium inhabili feudum tribuit, 2. f. 23. & 2. f. 55. Rosenth. De Feudis Cap. IX. Conclus. VIII. num. 3. & 4. Non obstante plurium DD. opinione, qui, ne quidem pupillum vel in propria personâ, vel per substitutum servire cogi, existimant,

quemadmodum hoc in Saxoniâ , juxta Cl. Autorem , ita Universalis Curiarum Consuetudine receptum esse , probat Dn. Ab Esbach ad Carpzov. P. III. Const. XXVIII. Defin. 18. allegatis multorum Practicorum Autoritatibus.

31. An Vasallus dimidiam partem fructuum præstando , se à servitiis liberare potest ?

Resp. ita videtur , per text. 2. F. 55. §. Firmiter. Sed id potius de casu , si Domino liberit , accipiendum ; nam non fructuum , sed servitiorum intuitu feudum est concessum ; hinc aliud pro alio invito Domino solvere non licet. Kohl. d. p. 6. num. 43.

* * *

Quæst. 31. Etsi quidem Vasalli tanquam debitoris optioni relictum videatur , utrumne ipsemet servire , an verò dimidiam reditûs præstare velit partem ; Non tamen negandum , potius Domini interesse subinde versari obligationem quoque non subesse alternativam , sed unam ad servitia præstanda , in quam idèò à parte Vasalli non cadere potest electio , l. p. C. de Cond. indeb. ibique Brunn. Et obtinet quidem hodie æstimatio servitiorum pro variâ locorum & regionum consuetudine ; At sententia Cl. Autoris firmiore stat talo , hincque meritò præferenda.

32. Quomodo ex personâ Domini Vasallus à servitiis liberatur ?

Resp. Si Dominus excommunicatus , bannitus vel hæreticus factus. Anton. Disp. 7. th. 8. Struv. c. 11. th. 7. in fin.

Quæst.

Quaest. 32. Hæreticus factus.) Quia talis separatur à Communionem vel Civium, vel fidelium, 2. f. 28. *Cap. 5. De Pœn. in 6. Gail. De P. P. Libr. II. Cap. 15. Carpzov, Pr. Crimin. P. III. Qu. 140.*

33. Quid si plures de dominio litigent, cui serviendum?

Resp. Illi, qui est in possessione; si neuter possideat, litis eventus est expectandus. *Siruv. d. th. 7. n. 5. Ant. d. th. 8. lit. f.*

* * *

Quaest. 33. Similiter se res habet in duobus de feudo contendentibus, vel controvertentibus, quamvis nondum litigantibus, Vid. Blum. De Process. Cam. Tit. XXV. n. 51.

34. An Vasallus sua sponte servitia offerre debet?

Resp. Regulariter non præstat, nisi vocatus. Si tamen periculum Domino imminere videat, ultro præstare debet. 2. F. 26. §. *Licet. Siruv. c. 11. th. 9.*

* * *

Quaest. 34. Ultrò præstare debet.) Et quidem tempestivè venire debet tamque diu manendum ipsi est, quamdiu Dominus servitiis indiget suis. Locum itidem præstandi servitii necessitas Domini determinat, sumptusque ad servitia necessarios primò ipse subministrabit Vasallus, nisi Consuetudine aliud obtineat. *Vid. omnino Notata ad qu. preced. 28.*

35. An

35. An Vasallus Dominum in casu inopiæ alere tenetur ?

Resp. Aff. non quidem ex suo patrimonio, sed ex feudo, usque ad dimidiam fructuum unius anni, *arg. d. §. Firmiter. 2. F. 55.* Ratio, quia incolumem Dominum quoad corpus præstare, *2. F. 6. Princ. E. & à fame cum liberare debet.* Et pari modo libertus Patronum alere tenetur. *L. 5. §. 18. ff. de agnosc. & alend. liber. Anton. Disp. 7. th. 9. lit. c. Ludov. p. 299. Struv. c. 11. th. 5. n. 15.*

* * *

Quest. 35. Vasallus non quidem ultra commoditates quas ex feudo percipit, Domino suggerere tenetur, tamen id, quod æquius benigniusque est agere debet, æquè, ac non ineptè à Donatario ad Vasallum inferitur; Unde & casus probè considerandus, an culpà & factò Vasalli Dominus ad egestatem sit redactus; Vel etiam omnia bona in feudum dederit;

36. Sed num ad æs alienum Domini solvendum tenetur?

Resp. Negando, etiamsi Dominus juramento se obligaverit. *2. F. 26. §. Licet. nisi fortè in utilitatem Vasalli æs alienum contractum.* *Anton. d. th. 9. lit. f.*

* * *

Quest. 36. Quia juramentum fidelitatis eò non porrigitur. Nisi istud æs alienum fortàsse ex factò & culpà, vel in commodum Vasalli contractum foret,

37. An

37. An Vasallus

Resp. Neg. Dominus, aut. D. vel alius inquit vel alii ratione Serv. Feud. p. 4. n. nis captivi Do. th. 5. n. 14.

Quest. 37. Cap. capenda videtur, de & Vasallus Dominus quidquid impendat non debet;

38. An Vasallus

Resp. Neg. Vasallus imponenda videtur. Mer. par. hinc apud nos co. busten. Nisi v. contrarium vel. us Imperii in loco territorium rium sibi in. Etia. Conf. Inter.

37. An Vasallus Dominum captivum redimere tenetur?

Resp. Negando, si ex causâ justâ captus sit Dominus, *Ant. Disp. 7. th. 9. lit. d.* Aliud si ab hostibus, vel aliâ injustè captus sit, ubi Vasallus fidejubendo vel aliâ ratione Domino subvenire debet. *Kohl. de Serv. Feud. p. 4. n. 36. Conf. Ludov. pag. 300. si scil. ex bonis captivi Domini λυτρον capi non possit. Struv. c. 11. th. 5. n. 14.*

Quest. 37. Capi non possit. Quæ tamen sententia ita accipienda videtur, ut contributio illa loco servitiorum sit, unde & Vasallus Dominum justè incarceratum redimere, vel quidquid impendere necesse habuerit, in servitia reputare haud debet;

38. An Vasallus Domino ad collectas est obligatus?

Resp. Neg. Vasallo enim quâ tali collectæ non sunt imponendæ; cum fructuum nomine servitia præstet. *Mev. part. 4. D. 33. Carpz. p. 3. C. 28. d. 19.* Et hinc apud nos contributionibus eximuntur die Ritterhuffen. Nisi vel consuetudo, vel summa necessitas contrarium velit. *Struv. d. l. num. 16.* Et quamvis Status Imperii interdum solvant collectas, hoc tamen fit loco servitiorum feudaliū, & inde qui numerum militum sibi incumbentem mittit, excusatur à collectis. *Conf. Iter. c. 20. §. 2.*

Quaest. 38. Ab ordinariis collectis Vasallus regulariter liber est, nisi consuetudine vel praescriptione aliud inductum sit; in extraordinariis vero ut in casu summae & extremae necessitatis exemptus non est, ubi nova emergentia novo indigere auxilio, tenent.

39. An ad dotandam filiam Domino Vasallus contribuere tenetur?

Resp. Id volunt Dd. si ipse Dominus tantum non habeat, unde dotem congruam filiae constituere possit. *Schrad. part. 6. c. 6. n. 102.* sed in jure feudali hoc vix fundatum: hinc ex consuetudine locorum id potius determinandum. *Anton. d. th. 9. lit. g. German. Grauleinsteuer.* de quo *Fritsch. spec. Tract.* Hanc collectam autem fere universali consuetudine receptam esse, etiamsi pater congruam dotem constituere possit; docet *Mund. de Muner. c. 3. num. 31.*

* * *

Quaest. 39. Ex Consuetudine.) Quin & conventionem aut praescriptionem, *Rosenth. Cap. Tr. Cap. d. V. Concl. 78. n. 2.*

CAP.



CAPUT XIX.

De

CONTRACTIBUS CIRCA FEUDUM INIRE LICITIS VEL NON.

GENERALIA CAPITIS.

1. Quicumque contractus ad promovendam feudi utilitatem tendit, ille Vasallo permissus est, quatenus scilicet non tendit in præjudicium Domini directi.
2. Quamvis autem ex alienatione reapse nullum damnum sentiat Dominus, præsertim cum emptor ejus dominium directum pariter agnoscere teneatur, quia tamen ipsi invito alius Vasallus non obrudendus, inde sine ejus consensu non subsistit alienatio.

1. An Vasallus de feudo liberè disponere potest ?

R Esp. Neg. nisi quantum utile feudi dominium se extendit.

Quest. 1. Neg.) Quia Vasallus habet restrictum Dominium, ergo & restrictum Dominii effectum; Effectus enim non est nobilior suâ causâ, sed qualis causa tale causatum,

eum, sicque causa limitata limitatum tantum producit effectum, *arg. l. 54. n. De R. I.*

2. Potestne feudum alienare?

Resp. Neg. nisi consentiente Domino, si feudum novum sit; & agnatis etiam, si feudum sit antiquum, *2. F. 39.* horum enim consensus in alienatione feudi necessarius est, de quorum præjudicio agitur. Et pari ratione nec donare potest. *2. F. 9 § donare.* Speciali tamen privilegio hîc gaudent Vasalli Silesiæ. *Henel. de dotalit. c. 6. §. 6. ut. c.*

* * *

Quæst. 2. Novum sit.) Quia nullius aliâs interest. *Nec donare potest.)* Quia donare est perdere *l. 7. pr. n. De Donat,* quod autem omnes tangit ab omnibus debet approbari *cap. 29. de R. I. in 6to.*

3. An in dotem dare potest?

Resp. Negando; quia species alienationis est. *d. §. Donare.* Si tamen feudum fœmininum sit, fœmina marito suo illud in dotem dare potest, *2. F. 13.* Ratio, quia sic propriè non alienat, cum dos in patrimonio uxoris maneat. *Ludov. pag. 361. Siruv. c. 13. th. 5.* Modo (1.) non det æstimato, quia sic venditio esset. *L. 10. §. 4. ff. de Jur. Dot. vel (2.) non apponat pactum de lucranda dote. Vult. c. 10. n. 46. Ant. Disp. 9. th. 5. lit. b.* imo fructus feudi in dotem dari posse, certum est. *Conf. qu. 5.*

* * *

Quæst. 3. Uxoris maneat.) Quia in feudo ipso nihil deterioratur, nam marita Domina manet.

De

De lucranda dote.) Modò non fiat æstimatio sc. venditionis gratiâ; 2dò, non apponatur pactum, ut dos quocunque modo alienetur vel lucretur.

Certum est.) Quia fructus sunt extra rem & ipsum feudum non afficiunt.

4. Num feudum in emphyteusin Vasallus dare potest?

R. Neg. de emphyteusi perpetuâ, qualis regulariter esse solet, & hinc ad species alienationis refertur; secus itaque in emphyteusi ad exiguum tempus concessâ. *Ludov. p. 362. Diss. Struv. c. 13. th. 6.* sicut & ex consuetudine Vasalli terras incultas in emphyteusin dare solent. *Vult. c. 10. num. 47.*

* * *

Quæst. 4. Concessa.) Nulla differentia facienda inter Emphyteusin perpetuam, vel ad modicum tempus concessam, disponente ita textu expresso 2. f. 55. *Vers. quocunque modo.* Quippe utrâque feudum alienatur hinc neutra Vasallo est permessa; Neque quid contrarii ex *Cap. 5. X. De Reb. Eccles. non alien. Cap. 1. Clem. Eod Titul. nec non Auth. Permissa. C. De SS. Eccles. inferitur*, ubi Prælatus non potest, nisi ad tempus Emphyteusin concedere, & enim, longè alia ratio Prælati atque Vasalli est; ille plenam potestatem res Ecclesiasticas administrandi habet, quæ à nullo Domino directo dependet, quare ad tempus emphyteusin in favorem ecclesiæ constituere potest.

Solent.) Modò Dominus & Agnati consenserint.

5. An feudum in usumfructum dare potest?

Resp. Neg. nisi quoad dies vitæ Vasalli concedentis.

dentis. Vid. supr. c. 10. qu. 12. & 13. Dissent. Birsch. ad 2. F. 55. p. 687.

* * *

Quaest. 5. Quia tunc datoris jus extinguitur; Ergo expirat quoque jus accipientis, arg. l. 31. π. De Pignor. & Hypoth.

6. An potest permutare?

Resp. Neg. etiamsi permutatio fiat cum alio feudo, quod ab eodem Domino dependet; quamvis enim ita feudum aliud recipiat: invito tamen Domino id facere nequit, utpote cujus voluntas ad certum praedium restricta.

* * *

Quaest. 6. Restricta.) Permutatio enim vicem emtionis & venditionis obtinet. l. 2. C. De rer. permut.

7. Potestne feudum in solutum dare?

Resp. Neg. quia & ita alienaretur; E. Domini consensu opus erit. Distinguendum tamen inter feudum ipsum & fructus feudi; de his quia liberè disponere potest, eisdem in solutum dare non prohibetur. *Siruv. cap. 14. th. 32.* ubi tamen ipsum utile dominium penes Vasallum manet. *Anton. disp. 9. th. 5. lit. b.*

* * *

Quaest. 7. Non prohibetur.) Quia fructus hic extra rem reputantur.

8. An

8. An Vasallus feudum oppignorare potest ?

Resp. Neg. 2. F. 55. quicquid enim prohibitum in termino, prohibitum est etiam in via; nam per oppignorationem ad alienationem devenitur. E. & hic consensu Domini & agnatorum opus erit. *Struv. c. 13. th. 7.*

* * *

Quest. 8. Opus erit.) Quia hic Domini & Agnatorum interesse potissimum versatur, ergo necesse quoque est, ut istorum consensus interveniat, præter quem oppignoratio non valet, per rationem à Cl. Autor. allatam.

9. Sed quid si sine consensu Domini hypotheca constituta ?

Resp. Vasallus propterea feudo quidem non privatur, cum realiter feudum in alium non transferat. *Struv. cap. 13. th. 9. n. 5.* non tamen ulterius valorem habet hypotheca, quam quoad ipsum Vasallum, ejusque hæredes, qui factum defuncti præstare tenentur. *Vult. c. 10. n. 43.*

* * *

Quest. 9. Cl. Autoris sententia omninò constans & valida est, quare calculus ipsi merito adjiciendus.

10. Quid si Dominus contractum feudalem confirmaverit ?

Resp. Nuda confirmatio non sufficit: magis enim ut

ut iudex, quàm ut Dominus feudi confirmasse cense-
retur. *Carpz. l. 4. Resp. 29.* Hinc expressè in hypothe-
cam consentire debet Dominus, quia res maximi
præjudicii est. *Siruv. d. th. 7. n. 4. Conf. Cautel. contract.
sect. 2. c. 4. §. 3.*

* * *

Quest. 10. Ut de consensu Domini in oppignorationem
manifestè constet, non nuda contractus, cui pignus est infer-
tum, confirmatio, illum consensum Domini inducit, sed in-
super requiritur, ut Dominus & Agnati expressum consensum
ad feudi oppignorationem præbeant; Ceu Praxis quotidiana
restatur; Adeò, ut ne quidem Domini subalterni consensus
sufficiat; *argum. eorum que ad cap. XIV. Qu. 2. dicta sunt.*

II. Quis impetrare consensum debet?

Resp. Ipse debitor, aliàs non valet; quia nemo
me invito jus reale in meis bonis consequi potest. *arg.
L. 11. ff. de R. 7. nisi in obligatione debitor se consensum
impetratum promiserit, quo casu, si creditor im-
petraverit, hypotheca subsistit. Siruv. th. 7. n. 3. Vid.
Caut. d. c. 4. §. 6.*

* * *

Quest. 11. Ipse debitor.) Obstare videtur argumentum Im-
peratoris in §. ult. *Inst. Tit. XV. Libr. III.* Ubi pignus utrius-
que debitoris & creditoris gratiâ constitui dicitur; Ergò, uter-
que consensum Domini impetrare tenetur. Sed *Resp.* magis
debitoris referre, quare & huic incumbit impetrare Domini con-
sensum; Vel si promiserit, & non præstiterit, è re creditoris
omniò esse, illum quærere & impetrare.

12. Quid

12. Quid si Dominus ad certum tempus consenserit ?

Resp. Lapsò tempore extinguitur consensus. *Carpz. p. 2. C. 23. d. 24.* nisi vel expressè, vel tacitè prorogatio temporis facta. In Neo-Marchiâ singulis sexenniis consensus renovandus ; quod hodie ad octo annos extensum.

* * *

Quaest. 12. Extensum.) Quod tamen in arbitrio Domini unice est situm, prout quotidiana Praxis docet.

13. An Dominus quoad sortem consentiens, etiam quoad usuras consentisse præsumitur ?

Resp. Quoties ex naturâ contractûs debentur usuræ, consensus Domini ad has quoque trahendus. Aliud, si speciali pacto promissæ, ubi in consensu usurarum quoque mentio fieri debet. *Struv. d. th. 7. num. 7.*

* * *

Quaest. 13. Speciali pacto.) Si sc. pactum fit contractui in continenti adjectum, sic v. g. In mutuo, contractu stricti juris, usuræ non nisi speciali pacto, contractui mutui in continenti adjecto promissæ, debentur ; Quod tamen quoad usuras ex morâ limitant ; Quæ in contractibus stricti Juris, hodie, ob moram etiam, debentur, *Rec. Imp. de Anno 1600. §. so viel num 152.* Et *Rec. de Anno 1654 §. anreichend die 174.* Vid. *Struv. Exerc. 27. Th. 45. ibique* Müller. mores, enim, nostri hac in

A a a

parte

missè cca
hypothec
res namini
sua. comit.

agnationem
quis est infer
ducit, sed in
u consensum
quotidiana
consensus
sur.

um

quia nemo
potest. ut
consensum
editor im
3. 3. Vid.

contenentum Im
pignus utrius
r. Ergo, inter
ed Resp. magis
re Domini con
re creditoris

12. Quid

parte sequuntur simplicitatem Jur. Gentium Salvis, in cœteris, Actionum b. f. & stricti judicii, directarum & contrariarum, differentiis, Laut. ad π. Tit. de in lit. jurand. in Obj.

14. Quid si Dominus in oppignorationem consenserit, an postea ad alienationem novus consensus necessarius?

Resp. Neg. quia decretum super obligatione etiam ad alienationem extenditur. l. 7. §. 1. ff. de Reb. cor. qua sub Tur. quanquam tutius sit, consensum repetere. d. l. 7. ne Domino ignorantia alius obrudatur Vasallus. Dominus tamen consensum in alienatione denegare non potest, cum semel in obligationem consenserit. Köppen. Dec. 39. n. 18.

* * *

Quaest. 14. Consensum.) Tutius hoc omnino erit, cum superflua non noceant, quare ea, quae abundant, scripturas non vitiant, l. 94. π. De R. l. ibique Gothofred,

15. Sed quid si feudum, consensu Domini oppignoratam, ad eum fuerit reversum?

Resp. Ipse Dominus debitum solvere debet, quamvis consenserit *salvo suo jure*; hanc enim clausulam sibi saltem reservat jus, quod extra hanc obligationem habet Dominus. Carp. part. 2. Const. 46. d. 11. de quo vid. Disp. nostr. de Salvo jure Principis.

Quaest.

Cap. 13. S
pignori
domini directi
P. II. Const.

16. Poter
suu

Resp. N
Dominus :
32 §. Ex
107. q. 1. 14
quae Vasallus
maxime si simu

Quaest. 16.
alienatione ;
ut proprietate
ligatio, quae Do
in istam alienati
pian; Quare ill
denda, quae pign
re constitutum, i
Feud. Cap. 13. §. 1

17. Po

Resp. A
jus Vasalli dub
servationem ;
transferre non p

Quaest. 15. Salvo jure suo.) Quia hæc clausula nihil detrahit juri pignoris, quod legitime constitutum, sed solum Jus Domini directi conservat, addat. Dn. Ab. Esbach. ad Carpzov. P. 11. *Constit. 46. Def. 11.*

16. Poteritne verò Dominus dominium suum directum alienare ?

Resp. Neg. ne Vasallo invito novus obtrudatur Dominus : hinc Vasalli consensus necessarius est. 2. F. 34. §. *Ex eadem. Struv. c. 13. th. 1. n. 3. Ant. disp. 9. th. 6. vid. supr. qu. pen. c. 14.* si tamen speciale interesse docere nequeat Vasallus, contradicendi potestatem non habet, maxime si simul subditus sit.

* * *

Quaest. 16. Necessarius.) Ita res se habet in voluntariâ alienatione ; si verò summâ necessitate Dominus est coactus, ut proprietatem in alium transferat, fides Vasallorum & obligatio, quâ Domini necessitatibus subvenire tenetur, exigit, ut istam alienationem admittant, & novum Dominum suscipiant ; Quare illa feudi oppignoratio Domino facilius concedenda, quâ jus pignoris absque actuali possessionis translatione constitutum, in quam sententiam abit Struv. *Syn. Jur. Feud. Cap. 13. §. 1. n. 3. 4. 5.*

17. Potestne Vasallus transfigere de feudo ?

Resp. Aff. Si modò lis de ipso feudo fuerit, & jus Vasalli dubium, & transactio tendat ad feudi conservationem ; transfigendo autem feudum in alium transferre non potest, sed dolo id fecisse præsumitur,

Aaa 2

nisi

nisi accedat consensus Domini, cui semper salva manet proprietas. *Struv. c. 12. th. 8. n. 5.*

* * *

Quaest. 17. Jus Vasalli dubium.) Hinc si Vasallus per longissimum temporis Intervallum bonâ fide NB. feudum possederit, & alius editionem tituli prætenderit, ad quam nec lege nec legis ratione tenetur, non opus habet transigere de feudo, cum non reneatur ad tituli editionem; *l. 73. n. De R. V. & L. 11. C. De hered. petit. L. 4. C. De Edend. L. 24. ff. De R. V. Mex. Part. 4. Dec. 356. & 357. & p. 8. Dec. 236. conferat. adhuc Dn. Lauterbach. ad Tit. n. de Transact. in subj. Activ.* Secus aliâs ubi pro possessore non militat præsumptio; & nisi res sit, quæ sine titulo possideri nequeat, ut sunt Beneficia Ecclesiastica, Regalia, Feuda &c. Sic possessor Instrumenti ad probationem Titulitenetur.

18. Potestne Vasallus feudum locare?

Resp. Aff. quia non est alienatio, *l. 39. ff. loc. nisi sit fraudulenta, Ant. disp. 9. th. 3.*

* * *

Quaest. 18. Non est alienatio.) Jure Vasalli enim finito, finitur & locatio, quamvis ad longum tempus sit contracta, *arg. L. 2. C. De prescript. 30. vel. 40. ann.* Nec tenetur Dominus locationi factæ stare.

19. Quid si ad longum tempus facta locatio?

Resp. Nihilominus valet, quia *d. l. 39.* generaliter

ter loquitur. *Ludov. p. 306.* Si tamen feudum fuerit apertum ante finitum tempus locationis, non tenetur Dominus vel agnatus locationi stare. *Ant. d. th. 3. lit. b.*

* * *

Quest. 19. Ex proximè præcedenti Qu. satis declaratur, & Vid. *Lauterb. ad π. Tit. Loc. Conduct. lit. G. inter n. 6.*

20. An Vasallus refutare feudum potest?

Resp. Aff. modò non intempestivè fiat; & quidem vel Domino, si feudum novum sit, indistinctè; si antiquum, cum consensu agnatorum: Vel alicui ex agnatis, modò hic proximus sit in successione, alioquin proximiores consentire debent. 2. *F. 26. §. Titius.* Vel Extraneo seu in primà investiturà non comprehenso, ubi Domini & agnatorum consensus necessarius. *Struv. c. 12. th. 10. Ludov. pag. 312.*

* * *

Quest. 20. In fine.) Ratio, quia extraneus non nisi per per consensum respectivè Domini & Agnatorum ad feudum se qualificare potest, istis quippe jus revocandi competit; accedit aliquando, etiam, ut Vasallus refutans, ad feudum post mortem ejus, cui feudum cessum, veniat, si scilicet jure successionis proximior sit, per text. *apert. 2. f. 49. Verb. Sapientes quidam Mediolanens. Interrogati, responderunt, non obstare illud pactum, nisi feudum omninò refutaverit, ut Dominus eum qf. de novo beneficio investires.*

21. Poteritne vice versâ Dominus juri Vasallagii renunciare ?

Resp. Aff. quòd scil. ipsum pro Vasallo amplius recognoscere nolit. *Ludov. pag. 313.* quo casu plenum dominium Vasallus consequitur; & res ipsa oneribus & tributis subijcitur,

* * *

Quaest. 21. Subjicitur.) Quia eo ipso consolidatur directum Dominium cum utili. Et quamvis quævis res censeatur libera. *L. 8. & 9. C. De Servit. & aqu.* In praxi tamen potius oneribus & muneribus subjecta creditur. Vid. *Gail. 2. Obs. 52. ibique Nota & Vindic. nostra.* addat *Lauterb. ad Tit. π. Loc. Cond. lit. g. num. 2. Vers. A pensitatione.*

22. An Vasallus de feudo compromittere potest ?

Resp. Aff. quia compromissa ad instar judiciorum redacta. *l. 1. ff. de Recept. Arb.* Sicut E. in judicio litem de feudo suscipere potest Vasallus, ita & compromittere. *Ludov. p. 308.* Modò causa ad ordinarium judicem spectet, *vid. c. 25. q. 10.* & non ad Dominum feudi. Huic enim compromittendo Vasallus præjudicare non potest. *Ant. Disp. 9. th. 2. lit. f.* Unde patet, si de ipso feudo, ad quem hoc spectet, lis moveatur, compromissum non valere; sed tantum de lite circa feudum, v. gr. de feudo oppignorato, vel servitute constitutâ. Idem in feudis Imperii. *litter. c. 25. §. 22.*

* * *

Quaest. 22. Huic enim.) Et paribus curiæ.

Oppigno.

Oppignorato.) Nempe à Vasallo hypothecato, ubi Dominus & Agnati non consenserint.

Constituta.) Quando servitus à Vasallo forsan imposita, & hæc in controversiam vocata sit. Herculaneus nodus videtur; Numne Status Imperii de Regalibus Imperii Feudis, prætermisso Cæsare, in Arbitros compromittere possint? Cujus & negativa & affirmativa Decisio suos habet patronos; aded, ut rationes utrique parti quidem haud desint; Attamen, inter talem conflictum Dd. acerrimum longè tutius præcavendis omnibus litibus judicamus, specialem Cæsaris adhibere consensum, quoniam Majestas Imperatoria cognitionem in Feudis Imperii Regalibus expressè sibi reservavit, dictante *Ordinat. Camerali P. 2. Tit. 7.* proinde nec Austregarum vel Legalium vel conventionalium erit de super cognoscere, judic. Schütz. *Vol. 1. Colleg. public. Disp. VI. th. 25. lit. h.* & Menoch. *Conf. 1080. n. 28.*

23. An Vasallus alium de feudo subinfeudare potest?

Resp. Affirm. 2. F. 9. pr. quia ita Domini jus deteriorius non redditur, nec feudum alienatur, sed feudi utile dominium penes Vasallum subinfeudantem manet, qui Domino servitia præstare tenetur: imo tantum utile aliquod dominium subalternum seu subordinatum in subvasallum transfertur, *Siruv. c. 12. th. 9. n. 3. Ludov. p. 314.*

*
*
*

Quæst. 23. In fine.) Per subinfeudationem Domino non præjudicatur; Vasallus enim Beneficium suum alteri rursus concedere potest. Illa autem subinfeudatio saltem jure inhibetur, quæ in fraudem legis facta.

24. Quid

24. Quid E. est subinfeudatio?

Resp. Est actus, quo Vasallus alii æque habili feudum totum vel partem ejus, sub conditione fidei sibi præstandæ, in feudum iterum concedit. Germ. ein Aßter-Lehn. *Vult. c. 10. n. 79. Struv. c. 12. th. 10.*

25. Ergone totum feudum alteri in subfeudum concedi potest?

Resp. Negandum videtur per *text. 2. F. 73.* ubi majorem partem retinere infeudans debet. Sed contrarium verius, per *cap. 1. vers. Si verò totum. 2. F. 9.* cui capitul. prius tanquam extraordinarium derogare nequit.

* * *

Quæst. 24. & 25. Ex traditis abundè patent.

26. Sed quid in feudo regali?

Resp. Hoc totum subinfeudari nequit, cum tale feudum non nisi à superiori seu Imperat. conferatur, *Kobl. de subfeud. c. 2. num. 9. Struv. c. 12. th. 10. n. 6.* Dissent. *Ludov. p. 315.* Nec de parte regalis feudi quis subinfeudari poterit, quia divisionem non recipit, *2. F. 55. §. Firmiter. Ludov. d. l.* Bona tamen particularia possunt, si sine notabili detrimento Ducatus fiat, *Kobl. c. 1. n. 7.* Ergo pars quanta in feudum dari poterit, non pars quota, die halbe Grafschafft / der vierdte Theil des Fürstenthums: pars quota enim jura habet annexa. Contrarium quidem asserit. *Iter. de feud. Imp. c. 22. §. 5.* ad observantiam Germaniæ provocans. Sed casus, qui propo-

Presumptur, e
cipi principatu
possidet
concedet
certum, tali
transferti.

Quæst. 26.
redimam Camer
jur. a.) Quo
dum ex dicitur ad
bene vero pars redi
noti nobilibus vel

27. Quæstio

Resp. Tria:
der, quibus ipse
tionem redder
2. F. 34. §. Profici
stus; Struv. c. 12.
quæ idoneus ad
mas necessaria
d. th. 11. n. 2. (3
hoc prætextu
Ludov. in Synop.

Quæst. 27. S
ad servia majora
contractum reddat.

proponuntur, eò collimant, posse Principem, qui cum Principatu alios quoque Comitatus immediatos possidet, Comitatum aliquem alteri in subfeudum concedere, non verò totum Principatum. Hoc certum, tali casu dignitatem regalem simul non transferri.

* * *

Quest. 26. Notabili detrimento.) Si nempe potior pars reddituum Cameralium hoc modo deficiat.

Jura.) Quia hoc ipso divisio fit, quæ in feudis Regalibus non obtinet nec Ducatus vel Principatus Jura alii cedi possunt, bene verò pars reddituum Cameralium, modò illa concessio non sit notabilis vel Statui detrimentoſa.

27. Quænam, ut subinfeudatio justa fit, requiruntur?

Resp. Tria: (1) ut iisdem conditionibus subinfeudet, quibus ipse habet; duriorum enim feudi conditionem reddere nequit, e. gr. ut fœmina succedat. 2. F. 34. §. *Profecto*. Quanquam levior conditio subsistat; *Serv. c. 12. th. 11. num. 6.* (2) ut Subvasallus sit æquè idoneus ad servitia præstanda; æqualis verò dignitas necessaria non est. *Kohl. de subfend. c. 2. n. 7. Serv. d. th. 11. n. 2.* (3) ut sine fraude fiat, non verò, ut sub hoc prætextu venditio interveniat. 2. F. 55. §. *Callidis*. *Ludov. in Synops. p. 316.*

* * *

Quest. 27. Subsistat.) Si v. g. eò nitatur, ut Subvasallus se ad servitia majora obliget, & per satisfactionem securiorem contractum reddat.

Bbb

Non

Non est.) Nam si minus idonei subvasalli sint, ad Dominum tunc damnum consequenter redundaret, quare similitudo quædam ratione habilitatis & aptitudinis ad servitia necessario requiritur, e. g. Ne cæco, claudo, vel aliter imperfecto subfeudum concedatur; Poterit tamen aptiori & magis idoneo concedi, modò ille Subvasallus non potentior, quàm Dominus sit, dehinc in officio contineri nequeat, & à quo difficilis servitiorum exactio sit.

Ut sine fraude fiat.) I. e. candidè, fideliter, cautè & justè.

28. Quid si planè conditiones in subfeudo omisissæ?

Resp. Sic præsumuntur eadem conditiones repetissæ, quibus Vasallus idem accepit. *Kobl. d. Tr. c. 2. num. 44.*

* * *

Quæst. 28. Quia Vasallus simile Jus & non plura à Subvasallo accipere potest, quàm ipse habet, & proit substitutiones eadem censentur esse cum institutionibus, ita & hic Subvasallus iisdem conditionibus est adstrictus. *2. f. 3.*

29. Ergone pro pecuniâ subfeudum constitui nequit?

Resp. Itavideretur *ob d. §. Callidis.* sed cum aliàs subfeudum licitè constituatur, nil impedit, quò minus & acceptâ pecuniâ fieri possit. *arg. §. Sed etiam. 2. F. 3. modò alia subfeudi requisita observentur. Kobl. d. Tr. c. 2. n. 54. seq.*

Quæst.

Quæst. 29. N
condicionem
videndi Legis
datum fuerit, ab

30. Cu

Resp. Va
titura ejusque
periori, quæ
et illud pæpæ. Str
tamen subinfe
solidum à sub
de subfeud. c. 4. n.

Quæst. 30.
cunq; honoren
verentiam ejus c
frante, quòd Sub
magis ac locu mei
l. 47. §. 1. n. d. R.
inimicus amici mei

De Offic. Prefecti. U
Præfari debent
omnia jura, quæ
tur; Ergo & lub

31. An mo
jus
Resp. Negat

* * *

Quest. 29. Non dicitur in textu, *pretio interveniente*, subinfeudationem fraudulentam & illicitam sed subfeudum in fraudem Legis concessum non subsistere, pretium v. si quod datum fuerit, ab Agnato revocante restituendum esse;

30. Cui servitia præstare debet subvasallus?

Resp. Vasallo subinfeudanti, (à quo etiam investitura ejusque renovatio petenda,) non Domino superiori, quem tamen offendere non debet. 2. F. 55. §. *Illud quoque*. Struv. c. 12. th. 12. n. 3. Ludvv. p. 320. Si tamen subinfeudans amplius servire non possit, in subsidium à subvasallo servitia sunt præstanda. Kohl. de subfeud. c. 4. n. 38.

* * *

Quest. 30. Non debet.) Tenetur Domino feudi quemcunque honorem exhibere, & omne id præstare, quod in reverentiam ejus cedit, aliàs subfeudo jure privatur; Non obstante, quòd Subvasallus Domini directi Vasallus non fit, non magis ac focii mei focius, socius meus audiatur, l. 20. π. Pro Soc. & l. 47. §. 1. π. de R. I. E contrario tamen amicus inimici mei, & inimicus amici mei, meus inimicus credatur, l. 1. §. 10. π. De Offic. Præf. Urb.

Præstari debent.) Subvasallus quippe utile Dominium, & omnia Jura, quæ aliàs Vasallo in feudo competunt, consequitur; Ergò & subinfeudantem necessariò juvare debet.

31. An mortuo Vasallo subinfeudante jus subvasalli expirat?

Resp. Negat hoc Ludvv. p. 321. si subvasallus superiorem

B b b 2

riorem

riorem Dominum agnoscere, eique servitia præstare paratus sit, 2. F. 9. §. Si vero. in fin. Sed verius contrarium, si subinfeudans ejusque liberi decesserint. arg. 1. F. 5. in fin. pr. 2. F. 83. ob resolutum jus subinfeudantis, & ne Domino invito alius Vasallus obtrudatur; idem in feudis Imperii. *litter. cap. 22. §. 8. Ad d. textum* respondetur, ibi tantum consuetudinem recenseri. *Siruv. d. c. 12. th. 13. n. 4. ubi n. 6.* hoc limitat (1) nisi res sit subinfeudari solita (2) nisi feudum merè hæreditarium, & (3) nisi Dominus Vasallo subinfeudanti hæres extiterit, sic enim factum ejus præstat. Idem quoque obtinet, si ab initio in subfeudum consenserit.

* * *

Quæst. 31. Obtrudatur.) Sc. si Dominus non consenserit in subinfeudationem, propter quod, enim unumquoque tale est, illud magis est tale.

Hæres extiterit.) Quia tum per aditionem hæreditatis approbat factum defuncti, scil. subinfeudationem, & per consequens, hæc non expirat.

32. Quid verò si ad agnatos successio devolvatur?

Resp. Et ita exspirabit subfeudum, si citra horum consensum res subinfeudata 1. F. 8. §. Hoc quoque. 2. F. 26. §. Titius filios.

* * *

Quæst. 32. Quia Vasallus Agnatis per subinfeudationem præjudicare nequivit, & feudo ad istos devoluto, istorum Jus vigere incipit, quamvis subinfeudatus per tempus longissimum possederit, cum nemo plus juris ad alium transferre possit, quam habet.

CAP.

FEU

R.

1. Ut alienatio
nisi, quia
bet Vasallus
necessario

2. Cum aut
catum in
tore, H

3. Sed cum ca
neatur,
linea alien
ad quem de
jus revocand

l. Quibus
id est

R. Ep. Ag
nibus,

CAPUT XX.

De

FEUDI ALIENATI REVOCATIONE.

GENERALIA CAPITIS.

1. Ut alienatio feudi extra pœnam fit, sufficit consensus Domini, quia ab hoc, & non ab agnatis jus dependens habet Vasallus. Quo verò illa alienatio fit irrevocabilis, necessarius etiam est agnatorum consensus.
2. Cum autem agnati, vi primæ investituræ, jam jus radicatum in feudo habeant, potiores ipsi sunt extraneo emptore. Hinc ipsis competit jus protimiseos.
3. Sed cum tali casu idem cum extraneo pretium offerre teneantur, consultius agunt, si expectent, donec extinctâ lineâ alienantis feudum ad ipsos devolvatur: tunc enim ad quem devolvitur successio feudi, ad illum devolvitur jus revocandi sine refusione pretii.

I. Quibus competit jus feudum licitè, id est, consensu Domini, alienatum revocandi?

Resp. Agnatis ex primâ investiturâ jus habentibus.

Bbb 3

Quæst.

CAP.

* * *

Quest. 1. Nempe ex pacto Majorum & legis feudalis providentiâ.

2. Quotupliciter ipsis hoc jus revocandi competit?

Resp. Vel jure προτιμήσεως seu retractûs; vel jure delatæ successionis. *Servv. c. 13. th. 15.*

3. Estne jus retractûs & προτιμήσεως unum idemque?

Resp. Propriè non, licet communiter confundantur: nam jus retractûs tribuit facultatem venditionem impletam rescindendi; jus προτιμήσεως vero venditionem nondum factam impediendi, & alterum, ut mihi prius emendum offerat, compellendi; Quod vocari solet aliàs jus prælationis, vel jus congrui ex *L. Congruit. 4. C. de Locat. Præd. Civil Germanis illud dicitur, Ein Wiederkauff; hoc verò Ein Vorkauff / Einstands-Recht / Näher-Kauff.*

4. Quomodo jure προτιμήσεως revocatur feudum?

Resp. Si proximior feudum alteri vendendum, oblato eodem pretio cum iisdem terminis & conditionibus, quod emptor solvere paratus erat, repetat, & ut sibi vendatur, petat. *2. F. 3. §. Sed etiam. Anton. Disp. 10. th. 1. lit. b. Conf. Q. 18.*

5. Quo-

5. Quomodo jure retractûs ?

Resp. Quando feudum jam in alium translatum, & mihi prius non oblatum, refuso pretio, ab emptore dato, revocatur.

6. Intra quantum tempus hæc revocatio fieri debet ?

Resp. Intra annum à die scientiæ computandum. 2. F. 26. §. Titius. Carpz. p. 2. C. 50. d. 3. Et quidem specialis scientia hic necessaria : generalis enim non præjudicat. Struv. c. 13. th. 21. n. 3.

* * *

Cl. Aut. *Quest.* 2. 3. 4. 5. & 6. Differentiam specificam inter Jus Retractûs in specie dictum, & Jus Promtimitios accuratè proponit; Hoc Jus Retractûs, sed *legale*, ad differentiam illius, quod rectiùs *conventionale* indigitatur, etiam audit; Competitque ratione *Dominii directi*, de quo l. fin. C. De Jur. Emph. l. 1. C. De Metallar. Constit. Frieder. Libr. V. Fendur. Tit. 14. 15. 16. disponunt, nec non, certo respecto, in bonis Censiticis, Vid. Müller. in Struv. Exerc. XXIII. Th. 51. lit. p. (2) Ratione vicinitatis, maximè Juris Congruï Daß gespielt / eò quod consortium & confinium conservet, Afflict. De Jure Protimis. §. 1. num. 44. Max. ad Jus Lubec. Libr. III. Tit. 7. Rubr. n. 19. nec non convicaneitatis, Lun. C. Non lic. habitat. metrocom. loc. sua ad extraneos transferre ibique Dn. Brunne mann. egregie L. XI. Tit. 55. (3) Ratione communionis, etenim nil æquius, quàm socium in re communi alii extraneo præferri, Müller. in Struv. Ex. XXIII. Th. 54. (4) Ratione majoris crediti, inter ipsos creditores; aliàs creditor, aliis, non-creditoribus, si idem pretium offerat, cùm debitoris jam nihil magis interfit, etiam præferatur, argu-

argumento à pacto Additionis in diem emptionibus venditionibus privatis adjecto, deprompto, quam sententiam Dn. Müller, in Struv. D. Ex. Th. 52. conceptis etiam confirmat verbis, multas hanc in rem allegans DD. Autoritates legibus disertis, legumque rationibus suffultas. (5) Ratione consanguinitatis, de qua omnino videant. Gail. 2. Obs. XIX. ibique Nota & Vindicta nostra. tamen ita, ut proximior agnatus remotiori præferatur, quamvis hoc quibusdam locorum Statutis interdictum, maxime solmens. Statut. P. II. Tit. XII. §. 19. damit nicht ein Abtrieb auff den andern folge / und die Freundschaft dadurch mitemander in Unfrieden und Verwirrung gerathe.

7. Quomodo jure successionis revocatur feudum?

Resp. Quando successio feudi alienati morte alienantis liberorumque ejus ad agnatos devolvitur, ubi hoc à quovis possessore revocare possunt. Struv. c. 13. th. 16.

Quæst. 7. Quia ante tempus devolutionis nullum agendi jus habuerunt.

8. Sed numne ita pretium agnati refundere tenentur?

Resp. Negando, quia jure successionis ad se devoluto feudum petunt: alienantis enim jus penitus extinctum. Anton. Disput. 10. th. 3. lit. c. Emptori tamen regressus contra alienantis hæredes competit.

Quæst.

Quaest. 8. Petunt.) Proprio jure enim ad Agnatos feudum tunc pertinere incipit, quare nullum pretium refundere tenentur, feudum quippe suo Jure liberè vindicant, nisi & hi revocantes in alienationem consenserint.

9. Competitne omnibus agnatis hæc revocatio?

Resp. Aff. sc. ad quos successio devoluta, & hinc proximioribus tantum, qui remotiores excludunt, nisi jure repræsentationis gaudeant, *Anton. th. 5. lit. d.* modò tamen Vasallo alienanti non simul succedant in allodio, sic enim factum ipsius impugnare non possunt. *Anton. th. 6. lit. b.* vel modò in alienationem non consenserint. *Ant. d. lit. b.*

* * *

Quaest. 9. Gaudeant.) Si v. g. fratres & defunctorum fratrum filii concurrant, tunc hi jure repræsentationis simul cum illis admittentur: Ultra hos autem in Lineâ Collaterali jus repræsentationis locum non habet.

Consenserint.) Quia hi contra factum proprium tunc venire non possunt; Quod etiam procedit, si plures sint Agnati, & uno vel altero tantum consentiente, facta sit alienatio, ubi consentientes feudum tantum revocare nequeunt; Aliud, verò ratione dissentientium, vel saltim non-consentientium, qui non impediuntur, quamvis non in solidum, sed pro sua tantum rata, neque enim consentientium portio hisce accrescit, feudum revocare queunt, Vid. Rosenth. d. Tr. Cap. IX. Concl. 12. *num. 5. & 6.* ibique Responsum Lipsiense.

10. An filiis hoc jus revocandi competit ?

Resp. Neg. quia feudum ab allodio separare non possunt. 2. F. 51. §. *Filius*. hinc nec factio patris contravenire poterunt. L. 14. C. de R. V. Struv. cap. 13. th. 16. num. 6. Si tamen feudum merè sit ex pacto & providentiâ, æquè filiis ac patri concessum, jus revocandi filiis non denegandum putat *Ant. Disp. 10. th. 4. lit. b.* modò non simul hæredes facti. Aliud in retractu ex jure protimiseos, quo uti potest filius, etiamsi patris hæres sit, quia non impugnat alienationem patris, sed tantùm in extranei emptoris locum, oblato eodem pretio, se surrogari petit. Vid. *Struv. c. 13. th. 21.*

* * *

Quest. 10. Denegandum. Quia proprio non paterno jure succedunt. Vid. *Ant. Cap. IV. Qu. 48.* Exemplum apparet confirmisè in filio exhæredato querelam non instituentem, cujus Pater, tamen, suo nomine proprio, querelam movere, non prohibendus; cùm hujus jus à filii repudiatione haud dependeat. Secus, si filius querelam movere nolit, nec nepos poterit, cùm hujus nepotis jus à filio descendat; hæcque sunt, quæ CL. Lauterbach. in π . Titul. de inoffic. testam. in *Subj.* valdè appositè allegat: *Successorium Edictum* apprimè ait, *hic locum habet in personis diversi ordinis l. 14. §. p. d. T. non etiam in Personis ejusdem Ordinis l. 34. in fin. C. d. t. argum. l. 6. pr. v. Cùm nec exhæredari. π . de inj. rupt. & irrit. fact. testam. Bachov. Vol. 1. Disp. 13. th. 5. lit. C. & D. Zes. ad Tit. π . De in offic. Testament. n. 64.* Et Patrem, filium, legitimâ etiam in *Nov. 115. cap. 3.* expressâ interveniente exhæredationis causâ, jure feudi ex pacto & providentiâ, privare non posse, ipsâ feudalis investitura, quâ non tantùm Vasallo Patri, sed

sed & ejus liberis, sive natis sive nascituris, jus indubium qualificum, sat probatum dat. Quam rationem in se momento-
sam saepe celebratus Dn. Iterus in *Tr. de Feudis Imperii Cap. XII. n. 25.* in resignatione primogenituræ factâ à Patre in præjudicium protogeniti quàm accommodè etiam adducit & attendit; Enimverò, ajens, si Principalis successione indolem paulò altiùs mecum perpendo, non possum, non posthabita omni distinctione, affirmantibus hac in parte subscribere; Cùm enim Imperii Principes atque Vasalli, jus, quod habent succedendi, non tam beneficio patris, quàm ipsius legis aut consuetudinis provisione nanciscantur, ultrò sequitur, hoc jus à parente, nisi paternæ voluntatis reverentiâ sponte suâ filius eidem acquiescat, liberis pro lubitu adimi non posse; Ad hæc, rectissimè addens, feudali investiturâ, quâ Germaniæ plerumque Principum primogenitura fulcitur, non ipsi tantùm Vasallo, sed & ejus liberis, sive natis sive nascituris, jus ita quæsitum esse, ut ipsis deinde interverti nequeat, tralatium est. Eandemquè ponderant & justissimo calculo probant Richterus *Dec. LXIX. n. 28. & seqq.* nec non Carpzov. *jurisprud. Forens. p. II. Constit. XXXV. def. II. & Wesenb. p. II. Conf. LXXI. n. 15.* in renunciationis materiâ, quæ uti est stricti juris, ita personam renunciantis non egreditur, hinc renunciatio filix nepotibus non nocet; nepotes, quippe, non jure repræsentationis in successione avi, sed ex propriâ personâ veniunt; nisi, limitante Dn. Ab Esbach. *ad d. locum Carpz.* per modum transactionis vel contractûs, parentes renunciaverint, cùm obligationes ex contractibus ad hæredes transeant, quod in fidejussore beneficiis renunciante, exempli loco, patet, quæ renunciatio suis nocet hæredibus.

Hæredes facti. Quia tunc factum defuncti, ut alii successores universales præstare tenentur,

11. Quid si feudum sit hæreditarium?

Resp. Hoc agnati revocare nequeunt, ob liberam dispositionem, quam Vasallus in tali feudo habet. Et hinc agnati non nisi jure hæreditario succedunt. E. alienationem defuncti rati habere tenentur. *Ant. ib. 4. lit. d.*

* * *

Quæst. 11. Omnino clara & salva est Cl. Autoris sententia, per ea quæ supra laxius allegata sunt.

12. Competitne hæc revocatio vivo alienante?

Resp. Neg. Sed quamdiu hic vel ipsius filii vivunt, agnatis uti successio, ita & revocatio nondum competit, sed devoluta successione demum locum habet. *Struv. cap. 13. th. 16. n. 1. in fin.*

* * *

Quæst. 12. Hæc Qu. præcedenti *Qu. 7.* jam satis confirmata.

13. Si proximiores revocare nolint, an remotioribus revocatio competit?

Resp. Affirm. sed non antea, nisi ad remotiores successio sit devoluta; nisi tamen proximior planè feudum

Feudum repu-
sitionem
Struv. c.

Quæst.
ciens habet

Id. Quæ-
se

Resp. No-
est revocatio.
gradu sint.
tantum pot-

Quæst.

13. Possun-
tis

Resp. Ven-
tre dependet
L. 14. C. de R.
cum possit
th. 1. n. 2.

Quæst. 13.
funt. Propter qu-
est ad,

feudum repudiaverit , ubi cum remotior statim ad
successionem admittatur , etiam jus revocandi habe-
bit. *Synv. 6. 13. th. 17. n. 2.*

* * *

Quest. 13. Et hæc quæstio è superioribus lumem suffi-
ciens habet.

14. Quid si aliqui ex agnatis con-
senserint in alienationem ,
aliqui non ?

Resp. Non consentientibus tamen libera adhuc
est revocatio, & si quidem cum consentientibus in pari
gradu sint . non in solidum revocabunt , sed pro sua
tantum portione. *Ant. Disp. 10. th. 5. lit. d. in med.*

* * *

Quest. 14. Vid. Notæ ad *Qu. 10.*

15. Possuntne verò agnati consentien-
tis filii revocare feudum ?

Resp. Verius est , quòd non : filii enim jus à pa-
tre dependet , cujus nec factum impugnare potest.
L. 14. C. de R. P. Et aliàs nunquam tutò alienari feu-
dum posset , etiamsi agnati consentirent. *Synv. 6. 13.*
th. 19. n. 2.

* * *

Quest. 15. Hujus rationes decisivæ supra jam allegatæ
sunt ; Propter quod enim unumquodque tale est , illud magis
est tale.

16. Sed tenenturne agnati implorati consentire ?

Resp. Neg. cum nullum jus à Vasallo alienante, sed à primo acquirente dependens habeant, cui inviti renunciare non tenentur: nisi debitum sit tale, quod etiam ab agnatis solvendum foret. *Struv. d. th. 19. n. 3. & 4.* In Marchiâ cautum; daß ein Agnatus, wann zu Vergnügung eines abgefundenen Bruders / Ausstatung einer Schwester oder Tochter / Bestellung des Hofdienstes / Schulden gemacht / seinen Consens zu geben schuldig sey / oder er kan *cum causa cognitione pro consentiente* erklären werden. *Recess, March. de Ann. 1653. S. 32.*

* * *

Quest. 16. Solvendum foret.) Vel ubi aliàs debita in feudi commoditatem perpetuam contracta, & feudum melioratum sit.

Erklärhet werden.) Quia hæc Debita ex Consuetudine feudum afficiunt, & idè consensus etiam lege & consuetudine datus censetur.

17. An agnati contractum alienationis subscribentes pro consentientibus habendi?

Resp. Neg. quia ut testes hoc fecisse præsumuntur. Hinc requiritur, ut declarent, se ut agnatos consentire; alioqui clausula illa: *Salvo jure meo*, subinteligitur. *Struv. d. th. 19. n. 1. Anton. Disp. 10. th. 6. lit. b.*

Quest.

* * *

Quest. 17. Salvo jure meo.) Quando verò Agnati alienationi sint presentes, & sciant, quid geratur, simulque intelligant, nec contradicant, aut protestentur, pro tacite tum saltem consentientibus habentur; Quid verò si fortuito inter-
 venerint? Dicendi sunt potius vitare voluisse invidiam & odium contradictionis, præsertim si eo tempore locus succedendi nondum erat apertus, cum non ignorarent jus suum sibi ubique integrum & saluum manere, Addant. *Nota & Vindicta nostra in Gasl. 2. Obs. XIX.*

18. Quid si agnato feudum ad emendum sit oblatum, ille verò recuset?

Resp. Non ita in alienationem consensit, nec à jure revocandi excludendus. *Carpz. P. 2. c. 32. d. 1.* Jus προτιμήσεως tamen ipsi amplius saluum non est, modo cum denominatione extranei emptoris & certi pretii agnato fuerit oblatum, hic verò recusaverit. *Anton. d. lit. b.*

* * *

Quest. 18. Recusaverit.) Quod verum est, siue consenserit ab initio, siue postea ratihabuerit, addantur hic omnino ea, quæ *Struv. Ex. XXIII. Th. 65. ibique Müller. Lit. E.* singulariter allegat. Sc. amitti jus retractus, si quis venditioni præsens adstitit, dolosè ac fraudulenter tamen tacuit & venditionem fieri passus fuit, *arg. l. 2. Verbis: Si non sciens hoc agi, in fraudem creditoris ignorantis dissimulasti. C. si res alien. pign. dat. sit.* porrò retractu cadit, qui præter præsentiam atque taciturnitatem etiam ad factum aliquod externum, unde
 consensus

consensus ipsius colligi indubiè queat, progressus est, Confer. Rosenthal de feud. Cap. IX. Concl. 77. n. 10. utputa, si emptori persuasisset, ut emeret, argum. l. 9. §. 1. verbis: si autem mihi persuaseris ut repudiem hereditatem qf. minus solvendo sit: Vel ut optem servum, qf. melior eo in familia non sit: dico, de dolo dandam, si callidè hoc feceris. π. de dol. mal. scripisset instrumentum vel subscripisset, argum. l. 26. §. 1. π. de pignor. Köppen. Dec. 54. n. 70. cum tribus sequent. emptori porrigendo manum de re emptâ gratulatus fuisset, hat ihm Glück gewünschet / arg. l. 9. Vers. Caterùm si, ubi probavi non est negotiorum actio: quid fiet, si à debitore meo exegerit, & probaverim? Quemadmodum recipiam? Item si vendiderit? Ipse denique, si quid impendit, quemadmodum recipiet? Nam cuique mandatum non est: Erit igitur & post rathabitionem negotiorum gestorum actio: π. de negot. gest. Lotich. de Jure Retract. Th. 77. Retractu quoque non gaudet, qui rem immobilem alienaturus juri suo coram competente judice renunciat, remque pleno jure, actis intervenientibus, præviâ investiturâ in accipientem transfert, diciturque Resignatio Judicialis die Gerichtliche Auffassung, tradent, Berlichio p. 11. Concl. 39. n. 17. Coler. Dec. XVI. n. 8. Stryk. Tr. de Success. ab Intestat. Dissert. VI. cap. IV. n. ult.

19. Quanto tempore hæc revocatio expirat?

Resp. Intra 30. annos, Carpz. P. 2. C. 50. d. 5. quod & de feudis Imperii asserit Iter. cap. 23. §. 14. Cùm enim ex jure succedendi hæc revocatio dependeat, non citius expirabit, quàm ipsum jus succedendi; & aliàs quoque tricennaria præscriptio communiter obtinet in jure feudali, Struv. s. 13. sh. 18. num. 1. ubi

tibi respondet ad §. Titius. 2. F. 26. cum loqui de revocatione ex jure προτιμῆσεως.

Quest. 19. Ad §. Titius. 2. f. 26.) Obst. Verbis: *Vel per annum, ex quo scivit, tacuit.* - R. Verba illa non de revocatione ex capite Juris successionis, de quo hic agitur, sed de Re tractu Gentilitio sunt concepta.


20. A quo tempore currit hæc præscriptio?

Resp. Non à tempore alienationis, sed delatæ successionis; antea enim jus agendi non habuit. Struv. d. 1h. 18. quod & ad feuda Imperii applicat *Iter. c. 23. §. 15.* Excipit quidem præscriptionem immemoriam; verum nec hæc obstare poterit illi, qui agere non valuit.

Quest. 20. Ubi successio non est delata, locus succedendi Vasallo etiam nullus est, quare nulla præscriptio currit, etiam si 1000. anni subinde effluxi fuerint, non valenti agere, enim, non currit præscriptio; Jungant. Notata ad Cap. XXIV. Quest. 17.

Ddd

CAP.



CAPUT XXI.

DE

OBLIGATIONE
FEUDALI EX QUASI
CONTRACTU.

GENERALIA CAPITIS.

1. Vasalli personam omni illo casu ex quasi contractu obligari, quo alii obligantur, extra dubium est; sed cum hic non ad personam, sed ipsius feudi ejusque successorum obligationem respiciamus, de hoc solo casu solliciti sumus.
2. Omne itaque debitum, quod ad perpetuam feudi utilitatem impensum, vel consuetudine feudali pro onere feudi reputatur, hoc hic ad quasi contractus refertur, & illud agnoscere tenetur Vasallus successor.

I. Quam dicis obligationem Vasalli
ex quasi contractu?

R Esp. Quæ non expresso Vasalli consensu inducitur, sed ad quam successor acceptando feudum tacite obstringitur, etiamsi non ut hæres succedat; & aliàs onerum feudalium nomine venit.

Quæst.

C. 17. J. 1.
Quæst. 1. N
ubi;
tractus, Vid.
rassimus in
contractione, q
veri consensu
neat, cum
rius damno h
De Cond. inde
2. Teneatur
alien
Resp. S
tenetur; arg
prima invest
ta. feudi, G
& 3.
Quæst. 2. Te
do mare heredit
Onera,)
Rehen, Sch
Schulden;
vero non aqu
solvenda, pro
pignorum; A
usq. obligatus

* * *

Quasi. 1. Nempe, quando ipsum feudum melioratum, ubi, æquitas hæc suggerit, ex qua enascitur qf. Contractus, Vid. omninò Dn. Pagenstech. Juris Consultus accuratissimus in *Sicilim.* ad π. Lauterb. Tit. De Pact. Verb. *Quasi contractum, qui fit conventione à lege præsumptâ vel fictâ, sine vero consensu.* Ut Vasallus in feudo succedens ad onera tenetur, cum nil tam naturale sit, quàm neminem cum alterius damno locupletari l. 52. π. De O. & A. l. 13. 14. § 66. π. De Cond. indeb.

2. Teneturne ergò successor omne æs alienum prædecessoris solvere?

Resp. Si ut hæres succedat, ad omne æs alienum tenetur; arg. l. 14. C. de R. V. non si ut agnatus, jure ex prima investitura quæsito; nisi debita talia sint onera-feudi, Germ. *Lehn = Schulden.* Struv. c. 14. th. 2. § 3.

* * *

Quasi. 2. Tenetur.) Vel in allodialibus bonis vel in feudo merè hæreditariò, vel mixto tali succedat.

Onera.) Distinguimus communiter inter onera Feudi *Lehn = Schulden* & onera Vasalli seu hæreditaria *Erb = Schulden*; Ad ista successor Vasallus obstringitur; Ad hæc verò non æquè; & tenetur Vasallus tantùm ad ista debita exsolvenda, pro quibus feudum Agnatis consentientibus est oppignoratium; Aut uti præallegatum, Vasallus ex legali æquitate qf. obligatus hæret, Vid. Notata ad qu. sequ. 28.

Ddd 2

3. Unde

3. Unde autem cætera debita exsolvenda?

Resp. Ex allodio, & ab hærede, qui in illud succedit. 2. F. 45, Carpz. Tr. de Oner. Vasall. Feudal. Dec. 1. post. 7. Si hoc deficiat, recursus ad successorem feudi non patet.

* * *

Quæst. 3. Ab hærede.) Quæ vox longè differt à successore; successor enim propriè est, qui jure proprio succedit, v. g. ex pacto juris Primogenituræ, Majoratûs, Fideicommissi familiæ, Ganerbinatûs, Confraternitatis &c. Nam hic tantùm in locum prædefuncti sistit, & sic non ut hæres seu successor universalis ad omnia & singula debita contracta indifferenter obligatur.

4. Quod verò debitum feudale dicitur?

Resp. Ob quod feudum legitimè oppignoratatum, de quo dixi *supr. c. 19. q. 8.* vel quod aliàs feudo consuetudine locorum cohæret; ex consuetudine enim pleraque dependent. *Siruv. ib. 4.*

* * *

Quæst. 4. Dependens.) Primitùs ad nulla debita Vasallus tenebatur, nisi quæ erant contracta Dominis & Agnatis consentientibus; Successu temporis verò ad quædam alia feudis cohærentia onera portanda, ob æquitatem obligatur, ut ex *Sequent.* patebit.

5. An

An si
quid

Resp. A
tionum gesto
contra Vasall
ita melior re
fas feudales
Carpz. p. 2. c. 4.

Quæst. 5. Ubi
Salarium. N
fit, ubi negoti
nio, quippe, c
Lauterbach, ac

6. Sed qu
lita

Resp. Crea
solutioem pet
ex feudo refo
Carpz. p. 2. c. 6.

Quæst. 6. Fe
tum ex feudo sibi
tam in usum rei fe

5. An si quis ad feudi refectionem
quid impenderit, actionem
habet?

Resp. Affirm. Competit enim ipsi actio negotiorum gestorum, si utiliter quid impensum, tam contra Vasallum, quam successorem, cuius conditio ita melior reddita. Quæ & Advocato datur, qui causas feudales utiliter gessit, ut consequatur salarium. *Carpz. p. 2. c. 46. d. 30.*

* * *

Quæst. 5. Utiliter.) Sc. In utilitatem perpetuam.

Salarium.) Nisi Lis à Vasallo & Advocato temerè suscepta fit, ubi negotium haud utiliter gestum dici potest, in patrocinio, quippe, cautus, fidelis, & iustus esse debet Advocatus, *Lauterbach, ad Tit. I. Libr. π. III. in Offic.*

6. Sed quis probabit, in feudi utilitatem quid conversum esse?

Resp. Creditor, qui in eo se fundat, & ex feudo solutionem petit. *Struv. C. 14. hb. 7.* quo probato hoc ex feudo refundendum, etiamsi supersit allodium. *Carpzov. p. 2. c. 46. d. 24.*

* * *

Quæst. 6. Petit.) Quia probatio incumbit illi, qui debitum ex feudo sibi solvi petit; Sufficit autem pecuniam præsentiam in usum rei feudalis, v. g. refectionem ædificiorum esse
D d d ; im-

impensam, etiamsi effectus non semper respondeat intentioni, nec superfit, optimè enim cogitata pessimè cadere possunt, Vid. Lauterbach. *Ad Tit. π. De in rem vers. in C.*

7. Anne successor feudi tenebitur ad residuum pretii, quo feudum est emptum?

Resp. Aff. ex statuto Saxonico, sed non jure communi. *Carpz. p. 2. c. 46. d. 27. Struv. c. 14. th. 8.* quia hoc debitum ex contractu est, & hinc allodiale, personam Vasalli tantum obligans.

* *
*

Quest. 7. Jure communi.) Extra dubii aleam hoc positum est, si textibus Juris Feudalis insistatur feudique Natura strictè consideretur; Quemadmodum enim pecunia, quæ feudum comparatur, aliud quid est, quàm ipsum feudum, ita nec pecunia, quæ feudum conservatur & reparatur, feudo inesse dici potest, neutrumque debitum feudo, nisi cum Domini consensu, oppignorato inhaeret. Aliud verò æquitatis ratio dicitur, ob quam debita, quæ ratione ipsius feudi Vasallus contraxit, & in vitâ suâ exsolvit, unà ad feudi successorem transeunt. Hæc ratio verò in Agnatis Vasallis tantum militat, non verò in Domino; Quia pecunia illa, quæ feudum emitur, nihil emolumenti Domino affert, quippe cui Jure Domini directi feudum, casu contingente, aperitur, nihilque ad id emptio Vasalli confert.

8. Quid uxori Vasalli, eo defuncto, juris in feudo competit?

Resp. Pro dote illata ac in feudi utilitatem conversa

verbi gratia mo
feudali inc
in Princ
6, probavit

8. (b) S

Resp. C
P. 10. Beding.
Episcopo un
dionem libell
modum conve
locaticum, co
Hinc. c. 11. §. 10

Quest. 8.
& legales Juri

9. Quid

Nilomin
illud constitut
d. 1. n. 3.

Quest. 9. 1
Nolum Vidu
Dotum habeant
Fud. Cap. Cap. 2

versa habet moribus jus exigendi dotalium; quod juri feudali incognitum. *Köppen. p. 1. Decif. q. 39. n. 40.* Idem in Principatibus & aliis feudis regalibus obtinere, probavit. *Iter. c. 18. §. 11.*

8. (b) Sed quid in Episcopatibus nostris Evangelicis?

Resp. Communiter dicunt: das Stiffte leidet kein Leib-Geding. Verum responderi posset: si postulato Episcopo uxorem habere permissum est, nullam rationem subesse, quare si dotem in Episcopatus commodum convertat, uxori vel viduæ denegandum sit dotalium, consentiente tamen Capitulo. *Dissent. D. Horn. c. 21. §. 10.*

* * *

Quaest. 8. Incognitum.) Quia omnes obligationes tacitæ & legales Juri Feudali sunt incognitæ.

9. Quid si autem vivus maritus hoc non constituerit?

Nihilominus ex consuetudine successor feudi ad illud constituendum est obligatus. *Carpz. P. 2. c. 44. d. 1. n. 3.*

* * *

Quaest. 9. In fine.) Ex mera æquitatis ratione, ut nempe Nobilium Viduæ in Dotis compensationem hæc Doaria vel Dotaria habeant, & sese dignè exhibere possint. *Struv. de Feud. Cap. XIV. Tb. 9.* aded ut eadem ratio etiam in Episcopa-

scopatibus Evangelicis obtineat, consentiente capitulo; æquè, ac in Principatibus aliis secularibus, ubi ad legitimam Dotalitii constitutionem Agnatorum consensus accedit, & illum adhibere maximè consultum,

10. Quid verò, ut consequatur, requiritur?

Resp. (1.) Dotis illatio realis, ad quam probandam sola confessio mariti non sufficit; *Carpz. d. l. d. 10.* Sufficit tamen, si dos voluntate mariti apud promissorem maneat. *Mev. P. 2. D. 225. & P. 5. D. 63.* (2.) Eiusdem in feudum versio. *Vid. Tract. nostr. de Success. ab intest. D. 4. c. 2. §. 9. & 10.*

* *
*

Quæst. 10. Maneat.) Dotem quidem sola constitutio facit, sed datio interveniat, oportet; illa, quippe oneribus Matrimonii ferendis destinatur; quare in præjudicium Vasalli mariti nihil interest, an dos reverà Marito soluta, & fructus, & usuras dotis, vel non, perceperit. De Jure Feudali communi enim, juxta communem DD. Calculum debitum ratione dotis, vel dotalitii non est debitum Feudi, sed Vasalli, ad eoque non solvendum ex feudo, nisi allodialia desint. Quæ autem regulæ in dotis quantitate æstimandâ, & determinandâ observandæ, argumentum *l. 69. §. 4. π. De Jure Dot. l. 43. π. De leg. 3. & l. 9. C. De Administr. tut.* Successori Feudali pro normâ & amissi tenendâ suppeditat, ut sc. dotantis facultas, ejusque liberorum numerus, nec non feudi amplitudo, ut & parentis dignitas, filia dotandæ qualitas, & mariti conditio, patriæque consuetudo considerari debeat, *Versio:*) Quamvis mores sæpiùs inde abscedant.

II. Præ-

II. Præsumendane versio dotis in feudum ?

Resp. Hoc volunt Dd. si modò dotis illatio probata. *Carpz. lib. 6. Resp. 57. n. 8. Kohl. ad Const. March. q. 9. n. 15.* quod admitto, si à filiis dotalitii constitutio petatur; non si ab agnatis. *v. Tr. nostr. d. l. §. 11.* quamvis prior sententia receptor. *Mev. P. 2. D. 224. B. Brunnmann. Cent. 4. D. 5. in fin.*

* * *

Quest. 11. Si à filiis.) Scil. Si vidua Illustris superstes, à filio successore dotalitium petat, tunc præsumitur (Etsi Jus Saxon, dotis versionem in feuda expressè exigat,) versio, ita, ut non habeat necesse versionem hancce demonstrare, prout Consuetudines Locales Megapolitensis, & Marcana, nec non Circuli Superioris Rhenani Imperii, ferunt. Circa hujus Articuli decisionem quoque Vid, Dn, Zaunchliffer, *In Commentario ad Mevium P. II. Dec. 224.*

12. An autem dote non illatâ, penitus à dotalitio uxor repellitur ?

Resp. Si certa dos ab initio promissa, sufficit, si uxor eam cum usuris à tempore contracti matrimonii offerat. *Siruv. c. 14. th. 10. in fin. B. Brunn. Cent. 4. Dec. 49.* quod itidem, si cum agnatis res sit, vix admittendum, vide *Tr. nostr. d. l. §. 11.* licet hoc mores admittant.

Ecc

Quest.

* * *

Quest. 12. Vid. Carpz, p. II, *Constit.* 44. *Def.* 11. 12. 13
ibique Dn. AbEsbach,

13. Quantum est dotalitium?

Resp. Ordinarie continet dotis duplicatas usuras.
Struv. th. 11. *Carpz.* P. 2. C. 42. d. 2. interdum verò
quadruplicatas, quo casu tamen dos absorberi solet à
dotalitio, nec mortua vidua, ad ejus hæredes rever-
titur. *Vid. d. Tract.* §. 15.

* * *

Quest. 13. Hæc quæstio elegantissimo Responso, quod
Cl. Autor. in *Tr. De Cantelis Contract.* Sect. III. *Cap.* 8. §. 33.
habet, illustratur.

14. Quid in Saxoniâ?

Resp. Ibi indistinctè per dotalitium dos absorbe-
tur. *Hartm. Pist.* l. I. *Qu.* 4. n. 20. nisi per pactum aliter
prospectum. *Carpz.* P. 2. C. 42. d. 3. Liberum tamen
uxori manet, an neglecto dotalitio dotem repetere
velit. *Carpz.* P. 2. C. 44. d. 2. Cautè verò separanda est
donatio propter nuptias à dotalitio: Illa dotem nun-
quam absorbet, sed cum dote præstatur uxori, pro
parte in pactis dotalibus conventa.

* * *

Quest. 14. Velit.) Dotalitium est propriè usufructus
feudi, & certus reditus ex feudo ob dotem illatam, & in feudi
utilitatem versam à Domino, vel etiam ab Agnatis constitu-
tus, & debetur pro Regionum more & consuetudine vel ut
usuræ

et quasi
virescentes, cum in Sa
tur, & absumitur,
per dotalitio nisi fuerit
viduit. Quæst. 12. Quæ
circulis vidua illud
dos, vel capitale suum m
Nuptias aliter.)
viduit, quare, vocatur
C. De nup. propter nup.
L. f. Cod. De Donat.

15. Debeturne Cred

Resp. Aff. Sicut alie
um dotalitium vel ill
Nam dotalitium regula
ut sic creditorum causa
imitat, si dos per dotali
ali jure dotis gaudet.
Aliud in donatione P.

Quest. 15. Gaudet. Et
na, ubi omnes hypothecar
betur veniunt, cum hoc m
L. 12. Cod. quæst. in Pign. L.
7. Tit. In quibus. C. de. pign.

An valebit dotalitii

Resp. Neg. sed con
urum. *Vid. Tract. neg.*

usuræ quincunces, ceu in Saxoniâ 10. per 100. & ita ipsa dos absorbetur, & absumitur, etiamsi ipsa vidua per brevissimum tempus dotalitio usa fuerit; Hinc illa parcemia: *Leib. Guth schwindet Haupt. Guth.* In Franconia verò, & aliis Imperii Circulis vidua illustris duplicatas Usuras quidem habet, sed dos, vel capitals saluum manet;

Nunquam absorbet.) Quia hæc fit à marito in securitatem dotis, quare, vocatur Antipherna, *Brunnemann, ad Tit. C. De Donat. propter nupt. & Lauterb. Ad Tit. π. De Jure Dot. in §. 5. L. f. Cod. De Donat. Ant. nupt.*

15. Debeturne hoc in concursu Creditorum?

Resp. Aff. Si æs alienum contractum post constitutum dotalitium vel illatam dotem; non si antea; Nam dotalitium regulariter merum lucrum continet, ut sic creditorum causa potior. *Mev p. 1. D. 173.* ubi id limitat, si dos per dotalitium penitus absorbeatur, quo casu jure dotis gaudet. *Carpzov. p. 1. c. 28. def. 39. n. 6.* Aliud in donatione P. N.

* * *

Quæst. 15. Gaudet.) Et in secunda Creditorum classe ponitur, ubi omnes hypothecam cum privilegio personali habentes veniunt, cum hoc modo nanciscatur naturam dotis. *L. 12. Cod. quasi pot. in Pign. L. 1. C. De Dot. Cant. Lauterbach, in π. Tit. In quib. Caus. pign. vel hypoth. tacit. Contrah.*

16. An valebit in Marchiâ promiscua dotalitii constitutio?

Resp. Neg. sed consensu Electoris opus est, non agnatorum. *Vid. Tract. nostr. d. l. §. 13.*

Ecc 2-

17. Quod.

7. Quodnam moribus dicitur lucrum feu augmentum dotis ?

Resp. Quando uxori ultra dotem ex bonis mariti tanta pars proprietatis jure assignatur, quanta est dimidia dotis, ut hinc quæ 100. intulit, ultra ea, mortuo marito, adhuc repetat 50. modò dos fuerit illata. *Mev. P. 5, D. 62. & P. 2, D. 224.* Germ. die Verbesserung / quæ in Pomerania & Nova Marchia alicubi obtinet, & hoc augmentum dotis eodem privilegio gaudet, quò dos ipsa. *Mev. P. 2, D. 228. num. 4.*

* * *

Quæst. 17. Hujus Qu. ratio in aprico est, etenim notissimi juris, accessorium sequi suum principale, & idem juris esse in parte, quod in toto, l. 76, π. De R. V.

18. Debebiturne hoc lucrum in concurfu ?

Resp. Aff. Ejusdem enim juris cum dote reputatur, imò hujus pars ex moribus esse censetur; *Mev. p. 7, D. 129.* Ut hinc ex moribus provinciarum, non ex jure communi, hæc quæstio sit decidenda.

* * *

Quæst. 18. Decidenda. Quia mores & consuetudines in feudis Regina, moderatrix, & directrix vocantur.

19. An

ex quas
etiam par
feudo

Resp. Aff. Si &
P. 3. C. 36. d. 9. & de
in re retentionem ex illat
vobis emegendabam,
habitationis ad debita
est. Quod si tamen in p
sententia Domini cont

Quæst. 19. In feudum
quibus bonis ratio subest.

19. Competitne v
in feudo jus ta

Resp. Neg. de jure
ad p. 1. 1. n. 24. Jure
illa, si de dote aliunde
23. d. 2. Imò jus retenti
daz. *Mev. P. 3, D. 170.* qu
non tribuit *Mev. P. 3, D.*

Quæst. 20. Jus retentio
& compet. si ad acco
nis jus in re vel ad
ad Tit. π. Commoda
tibus meliorationes feud
hæc sit erweislich.

19. An etiam paraphernalia uxoris ex feudo solvenda?

Resp. Aff. Si & illa in feudum versa sint. *Carpz. p. 3. C. 36. d. 9. & de Onerib. feud. Dec. 4. pos. 4.* qui ibid. n. 15. versionem ex illatione præsumi asserit: in *pos. 6.* verò morgengabam, commestibilia, & mercedem habitationis ad debita feudalia non esse referenda dicit. Quòd si tamen in pactis dotalibus promissa, & illa consensu Domini confirmata, aliud dicendum.

Quest. 19. In feudum versa sint.) Quia tum eadem cum dotalibus bonis ratio subest.

20. Competitne verò uxori ob dotem in feudo jus tacitæ hypothecæ?

Resp. Neg. de jure communi feudali. *Schrad. de feud. p. 8. c. 1. n. 24.* Jure Saxonico tamen ea uxori concessa, si de dote aliunde satisfieri nequeat. *Carpz. p. 2. c. 25. d. 2.* Imò jus retentionis ubique ferè conceditur viduæ. *Mev. P. 3. D. 370.* quod tamen jus administrandi non tribuit. *Mev. P. 3. D. 255.*

Quest. 20. Jus retentionis.) Retentio est legis beneficium, & competit, si ad actionem pariendam aliquid subest, quamvis Jus in re vel administrandi non tribuat, vid *Lauterbach. ad Tit. π. Commodat. in Action. Commod. Contraria.* Siciliæ ob meliorationes feudi retentio competit cum liquidæ sint, so weit sie erweislich. Vid. omninò *Mev. p. III. Decis. 368.*

21. Sed annon alias tacitæ hypothecæ in feudo locus?

Resp. Quod non, nequidem in Pomerania. Licet enim ibi feuda æri alieno obnoxia; sub generali tamen hypotheca non veniunt, nisi exprimantur. Vid. *Mov. P. 4. D. 321.* Ulti enim expresse obligari feudum nequit sine consensu Domini, ita nec poterit tacitè. Quousque tamen moribus debitum pro onere feudali reputatur, eatenus & hypotheca tacita competere videtur. *Struv. c. 1. th. 27. n. 3.* Sicut & exceptio est in fructibus feudi. *Carpz. d. c. 25. d. 3.*

* * *

Quæst. 21. Competere.) Secundùm receptam Consuetudinem datur filiabus pro dote accipienda in feudo novo tacita hypotheca, quæ & in bonis feudalibus tutoris ejus, qui à Domino est constitutus, cùm in istam hypothecam eo modo Dominus consenserit, competit, æquè ac in bonis feudalibus administratorum bonorum Ecclesiæ, aliorumque Piorum locorum.

22. An autem debitum posterius consensu Domini munitum præferatur doti anteriori?

Resp. Aff. in feudalibus enim semper primo loco consensus habenda ratio, quamvis priora debita sint feudalia. *Carpz. p. 2. c. 46. d. 33.*

* * *

Quæst. 22.) Hanc questionem Cl. Struvius *Syn. Feud. Cap. XIV. §. 33.* præclarissimo commentario notabiliter illustrat,

ex quasi co
Regula in
appari jure gaudet, ex
Domini & Agnatorum
alios tamen profertur
na feudalia per se non real
am feudatarum & feudali loca
fidei per officio, ita, ut a
et consequam vero realis in
l. 13. §. 1. n. de reb. or
interibus, ubi non er
ut Matth. Coler. in prolog
de infer. Sororem in c
redidit præferri cum sua d

23. Quid filiabus stari

Resp. Moribus dos
ribus Germaniz factum
17. n. 2. Ludov. Tr. feud.
matris nullus filius ad
tiz in feudo, de quo
c. 5

Quæst. 23.) factam est
bulant, parique pure habet
ut Arg. l. f. ff. De alim
num debitum Un
iale evasit, & in aff

strat, & supplet. Regulæ instar enim tenendum est: *Onera feudalia pari jure gaudent, excepto debito, pro quo feudum consensu Domini & Agnatorum est oppignoratam, quod licet posterius, alius tamen præfertur.* Præterea notum est, onera & debita feudalia per se jus reale in ipso feudo non tribuere, sed solum feudatarium & feudi successores, feudi intuitu, obligare, feudumque afficere, ita, ut actio inde fluens quasi in rem scripta, neutriquam verò realis sit, Hartmann. Pistoris p. II. qu. 37. n. 9. per l. 13. §. 1. π. de reb. eor. planè Idem quoque in reliquis feudi oneribus, ubi prior creditor tempore, potior jure est, Ad eò ut Matth. Coler. de process. Execut. p. 1. cap. 2. n. 188. & segg. inde inferat: Sororem in dote promissa ex feudo, viduz fratris relicta præferri cum suâ dote.

23. Quid filiabus ex feudo præstandum?

Resp. Moribus dos & alimenta: utrumque enim moribus Germaniæ factum est onus feudi. *Mevius p. 3. D. 367. n. 2. Ludvv. Tr. feud. p. 155.* In Pomerania filiabus & matri si nullus filius adsit, competit, etiam annus gratiæ in feudo, de quo vid *Vol. 1. Disp. de Anno Grat. c. 3.*

* * *

Quæst. 23. factum est onus: Dos, & alimenta pari passu ambulant, parique jure habentur, ergo & ex eadem æquitate debentur *Arg. l. f. ff. De alm. & cib. legat.* Hinc jus dotis, & alimentorum debitum Universali Germaniæ Consuetudine onus feudale evasit, & in assiduam jurisdictionem est conversum.

24. An-

24. Annon verò indistinctè hæc debentur ?

Resp. Moribus Saxonis non nisi in subsidium, si deficiat allodium, vel non sufficiat. *Siruv. d. c. 14. th. 17.* Moribus Pomeraniæ ex feudo debetur, etiam si hæreditas ampla sit. *Mev. p. 3. d. 363.* Quod idem quoque observantia Marchica comprobatur, sicut ex variis præjudiciis certum est. Add. Müller. *Resol. March. 62. n. 16.* Minor tamen dos tali casu ex feudo assignatur, quàm si hæreditas exigua esset. *Conclus. Pom. Tit. 3. C. 4.*

* * *

Quest. 24. Hujus ratio ex ipsis Statutis, vel Consuetudinibus notariis depromenda.

25. Quanta verò dos ex feudo præstari debet ?

Resp. Hoc ex quantitate feudi dijudicandum, ne tertiam vel quartam ejus partem excedat. *Mev. P. 3. D. 364.* nec æquè dote filiarum gravandi sunt agnati, quàm filii. *Mev. p. 2. D. 119.* unde illi ad quantitatem à patre promissam non præcisè obligantur. *Mevius p. 3. d. 366.* In dubio arbitrio Domini quantitas determinanda. *Siruv. c. 14. th. 17. num. 3.*

* * *

Quest. 25. Obligantur : Nisi & ipsi agnati dotis constitutioni consenserint, prout hodie in praxi majoris firmitatis gratiâ, communiter illorum consensus adhiberi solet.

26. De-

ex qua
Communitate
retrahitur, at se
morum millia, quib
solet, 50. floren co

26. Debetur
Resp. Ex feudo n
comparationem main
Carpz. d. C. 46. d.
illa in feudum ob
Tr. F. p. 157. Quo
do accipit, dotem
C. 2. Decif. 60
cupat.

Quest. 26. Quædam
nem, ita etiam legitima
bit, exolvere non tenent
Gail. 2. Obs. 97. Hæ
libetur, nisi bona allodialia
pars in feudum fuerit conversa
Tr. De Feud. Cap. XIV. §. 19.
concurrat; De quibus Vid.

27. An expensæ in
ex feudo
Resp. Negat. Carp
tia, in subsidium
D. Horn. c. 21. §. 14

In fine.) Communiter quidem dotis moderatio Domini arbitrio relinquitur, at secundum Consuetudinem in singula florentorum millia, quibus feudum ratione proventuum aestimari solet, 50. floreni computantur.

26. Debetur ex feudo legitima?

Resp. Ex feudo novo debetur, si pater in ejus comparationem maximam patrimonii partem impenderit, *Carpz. d. C. 46. d. 24.* vel etiam, si bona sua allodialia in feudum obtulerit; aliàs verò non. *Vid. Ludov. Tr. F. p. 153.* Quòd si autem legitimam filia ex feudo acceperit, dotem amplius petere non potest. *B. Brunnem. C. 2. Decis. 60.* legitima enim dotis locum occupat.

* * *

Quest. 26. Quemadmodum Vasallus duplicem legitimam, ita etiam legitimam & dotem, quæ vicem legitimæ subit, exsolvere non tenetur; *Confer. Nota, & Vindicta nostræ in Gail. 2. Obs. 95.* Hæc legitima ex feudo regulariter non debetur, nisi bona allodialia, vel minimum istorum maxima pars in feudum fuerit conversa, ita optimè Struvio limitante *Tr. De Feud. Cap. XIV. §. 19.* Quod in feudis emptis vel oblati contingit; De quibus *Vid. Aut. Cap. IV. Qu. 14. & 17.*

27. An expensæ in funus Vasalli factæ, ex feudo repeti possunt?

Resp. Negat. Carpz. d. C. 46. d. ult. sed æquior est sententia, in subsidium ex feudo eas deberi. *Struv. d. l. th. 20. D. Fiori, c. 21. §. 14.*

F ff

Quest.

* * *

Quaest. 27. Eas deberi) Quia subest hinc summa pietas, & æquitas singularisque causæ favor, ne defunctus injuriâ immeritò affectus insepultus jaceat; Sanè cùm ad funus filix defuncti Vasalli bona allodialia non sufficiant, impensæ necessariæ ex feudo defumendæ, quod de funere Patris etiam rectè asseritur, eumque in modum judicatum refert Mæv. p. 2. Dec. 124. Brunnem. in l. pen. n. 5. π. De Religios. & sumpt. funer.

28. Quid si Vasallus debitum contraxerit ad præstandum servitium militare, zu Auffbringung des Lehn-Pferdes?

Resp. Hoc ex feudo solvendum non esse, vult Carpx. p. 2. c. 46. d. 34. quia Vasallus percepit fructus, ex quibus servitia præstanda, ut hinc feudum obligatum dici nequeat. Contrarium tamen in Marchia obtinet, per Recess. Provinc. allegatum in cap. 20. qu. 6.

* * *

Quaest. 28. Quantum ad servitia res est in vado, Vid. Struv. Synt. Jur. Feud. Cap. XIV. §. 16. Berlich. p. II. Concl. 55. n. 76. Ibiq; Copiosè allegatos. Cætera definiunt locorum Statuta, & Consuetudines; Secundùm has æstimatur ein Lehen; Pferd alicubi 1000. florenis, aliquando 1000. Imperialibus, ita, ut feudo æstimato, pro singulis millibus, unus equus præstari soleat. Et ut de alieno ære ex feudo solvendo, præfata eò magis patefiant, ea, breviculo, compendiarique tabellâ uno qf. obrutu oculis subijcere haud ædet: itaque

Feu-

Feudum hæreditarium :

Idque vel Pure tale ; ex quo

De Jure Communi, omnia indiscriminatim debita sunt solvenda.

De Jure Saxonico, propter simultaneam investituram, res aliter se habet.

Vel mixtum, quod feudi proprii essentiam retinet, & absque Domini consensu oppignoratam, ob debiti exsolutionem distrahi nequit, vid. Aut. hoc cap. & cap. IV. quæst. 50. & Struv. Syntagm. Feud. Cap. XIV. §. 2.

Aut Filii & hi Patris debita ex feudis solvere tenentur, 2. f. 45. in fin.

Distin-
guendum
inter

Feudalia
Lebens
Schulden
eaque
ex feudis
solvenda

Propter versionem in rem ; vid. Aut. Cap. XXI. qu. 5. vel

Propter oppignorationem legitime consensu Domini, & Agnatorum factam, Aut. cap. XIX. qu. 8. & C. XXI. qu. 9. vel

Et ex pacto, & providentia: In quibus succedunt,

Aut & sunt talia: vel Agnata: & tunc distinguitur inter debita.

Propter causas singulares, partim usu, partim Jure Saxonico receptas, Aut. Cap. XXI. qu. 7. cum seqq.

Et Allodialia, s. hæreditaria debita. Erb = Schulden / quæ non ex feudis, sed ex allodiis & propriis bonis exsolvenda sunt, Aut. cap. XXI. qu. 3.

F ff 2

CAP.



CAPUT XXII.

De

MODIS, QUIBUS OBLIGATIO FEUDALIS SOLVITUR.

GENERALIA CAPITIS.

1. Omnis obligatio feudalis contracta censetur intuitu rei in feudum datae, cujus respectu praestanda fidelitas. Quapropter sublata re, in feudum concessa vel repudiata, obligatio ad fidelitatem praestandam expirat.
2. E contrario, si Vasallus quicquam committat, quo se inhabilem reddit ad servitia, vel fidelitatem Domino promissam studio violet, pariter obligatio respectu Domini solvitur, ut ille feudum concessum possit revocare.

I. Quomodo obligatio inter Vasallum & Dominum dissolvitur?

Resp. Sublato vel adempto feudo, cujus intuitu fidelitas promissa.

* * *

Quass. 1. & 2. Infra declarantur.

2. Quot

... Quot mod
am
Resp. Vel culpa Va
modo in cap. de
fura
Quis est prim
amic
Resp. Interius rei in fi
amortuerit. L. 15, §
rebus in corpore, qu
est. arg. pr. l. de usufr
§ 9.
Quass. 3. Terra met
concessis obtinet, us
ipsum feudum perire noc
Mal.
Sed adibus in
lapis, anno
Resp. Aff. pingui
usufructuarii. Struc. c. 11
§ 4. Usufructuarii
tam usufructus, qui
F

2. Quot modis verò feudum
amittitur ?

Resp. Vel culpa Vasalli, vel sine culpa, de illo
modo in cap. seq. de hoc in presenti capite agen-
dum.

3. Quis est primus modus sine culpa
amittendi ?

Resp. Interitus rei in feudum concessa, utpote si
terra motu perierit. *L. 15. §. 2. in fin. ff. locat.* Nam & feu-
dum est jus in corpore, quo sublato idem perire neces-
sum est. *arg. pr. l. de usufruct. Rittershus. Partit. feud. l. 2.
c. 6. qn. 9.*

* *

*

Quaest. 3. Terra motu.) Idem in obligationibus in feu-
dum concessis obtinet, ubi, debitore non solvendo evadente,
& ipsum feudum perire necessum est, *argum. l. 6. π. De Dol.
Mal.*

4. Sed ædibus in feudum datis col-
lapsis, annon in area subsi-
stit ?

Resp. Aff. pinguius enim jus est Vasalli, quàm
usufructuarii. *Servu. c. 15. th. 4.*

* * *

Quaest. 4. Usufructuarii.) Feudum enim magis ipsam
rem, quàm usufructus, qui rei superficiem concernit, tangit;
Fff. 3 Deinde

Deinde feuda favores, servitutes v. odia continent, quæ non amplianda, sed restringenda sunt, C. Odia. De R. I. in 6.

5. Quomodo porro tollitur obligatio feudalis?

Resp. Per consolidationem, si dominium utile ad Dominum, vel dominium directum ad Vasallum perveniat.

6. Qua ratione illud contingit?

Resp. Vel præscriptione, de qua dixi cap. II. q. 7. seqq. vel morte Vasalli sine hæredibus masculis, aut successoribus feudalibus. Vult. l. 1. c. 11. num. 6. Vel refutatione, de qua in quest. 11. seqq. vel per emptionem aliumve contractum ad dominium transferendum habilem.

7. Sed quid si Dominus sine hærede decedat, an dominium directum consequitur Vasallus?

Resp. Itavolunt, cum Domini & Vasalli par beat esse conditio. 2. F. 26. §. Domino. Vult. d. l. n. 7. Verùm cum Dominus dominium directum jure allodiali habeat, nec hoc dependeat à Vasallo, is succedet, qui aliàs in allodio succedere posset. Aliter Struv. c. 15. tit. 3. num. 3.

* * *

Quest. 7. Dn. Struv. allegato loco se fundat in præsumpta voluntate Domini, quâ tacitè voluisse creditur, hæredibus

non

non existentibus, plenum Dominium deberi illi, cui Jure Feudi, ut Vasallo, rem tradidit, & quidem ante Fiscum obvenire; Tamen ita, ut Agnatis adhuc extantibus, ad hos solos, non femellas pertineat successio; Alias sententia Cl. Autoris est certissima, & obtinet successio secundum, Nov. 118.

8. Extincto per mortem Vasalli feudo, habentne agnati ejus jus petendi à Domino, ut ipsis præ aliis concedat feudum?

Resp. Neg. sed feudo semel ad Dominum reverso, in libero ejus arbitrio est, idem conferendi, cui velit. arg. L. 21. C. Mandat. Rittershus. lib. 2. cap. 6. Qu. 4.

* * *

Quaest. 8. Cui Velit.) R. Quia obligatio Feudalis penitus sublata est, & Dominus de hac re speciem rei allodialis habente pro lubitu disponere potest, Agnati Vasalli quoque defuncti in investiturâ non comprehensi nihil juris habent, sed pro extraneis reputandi, adeo, ut tota res à Gratia Domini nudè dependeat.

9. Annon tempore finitur feudum?

Resp. Non, sed regulariter perpetuum est, nisi certo pacto ad tempus concessum, quo casu lapsa tempore expirat. Rittershus. d. l. Qu. 7. Struv. th. 6.

Quaest.

* * *

Quaest. 9. Quo casu.) Sive istiusmodi pactum certo feudorum generi v. g. feudo masculino, ut quàm diu masculi in familia sint, illi ad successionem venire debeant, quibus deficientibus, feudum etiam desinit, additum; Sive expressè tempus adiectum, quo decurso, feudum finitur; considerent, argum. Lauterbach. *Ad π. Tit. 4. Libr. VII. n. 4. proposita.*

10. Quid si Vasallus clericatum suscipiat?

Resp. Feudum amittit. 2. F. 21. & 2. F. 20. §. *Qui clericus.* cum ad servitia suo facto sit factus inhabilis. *Ruttershus. d. l. qu. 5. Schraa. P. 9. c. 10. num. 1.* quam causam amittendi feudi hodie non obtinere dicunt. *Siruv. c. 9. th. 9. in med.* Quid in Saxonia obtineat, vid. *Carpzov. P. 3. C. 28. d. 1. seqq.* vid. *supr. c. 15. qu. 23.*

Quaest. 10. Inhabilis.) Si nempe sit Clericus Regularis, aliud si Secularis, & tunc in casu hoc posteriori manent Vasalli capaces, ut de Equitibus Ordinum Religiosorum constat, puta Hierosolymitanis S. Marianis vel Teutonicis; & Melitenfibus seu Johanniticis, quia in iis cessat ratio Clericos excludens; nisi legibus, & conditionibus Ordini ita sint devincti, ut Domino nequeant præstare ea, quæ Juramentum fidelitatis exigunt. De clericis regularibus res plana & expedita est 2. f. 30. Qui enim habitum religionis assumpsit, planè factus inhabilis ad servitia, Vid. *Notæ nostræ ad C. XV. Qu. 23.* Tres aliàs Ordines Equitum sacri Armis tuendæ Religionis in Imperio & largo diffusoque ejus complexu, præter Alios de quibus infra, nam & summus Pontifex Equites Sancti Petri & Pauli creat, instituti olim fuerunt: (1.) Magnus Magister Borussiæ, Magister

Magister Teutonicorum Equitum per Germaniam & Italiam, qui Archi-Episcopo comparatus est, *Recess. Imper. de Anno 1576. & 1582. in subscriptione* & suffraganeos suos habet; Is, ratione Borussiae Anno 1525. in Ducatum versæ, desit; Conferat. Celeberr. Dn. Coccejus *de jure public. Cap. V. Sect. l. n. II.* Sed reliquis Teutonicorum Equitum terris adhuc præest Magister Teutonicus in Franconia Mergentheimii. (2.) Teutonicorum Equitum per Livoniam docent. *Rec. de Anno 1530. in subscript.* qui unâ desit. (3.) Magister Equitum Ordinis Johannitarum S. Melitenfium: qui comparatur Principibus & locum habet unter den Gefürsteten Nepten *Rec. Imp. de Anno 1571. in subscript.* addatur adhuc Accuratissimus Publicista Dn. laudatus Coccejus *d. Tr. Cap. XVIII. n. 43. cum seqq.* Jungaturque Dn. Schvvederus *de jure Public. part. spec. Sect. 1. Cap. VII. & 8. & seqq.* duo hi duo, Alique in diversis Europæ Partibus, diversis temporibus, instituti sunt: Teutonicus Anno 1121. Johannitarum vel Melitenfium Anno 1012. Aurei Velleris in Hispania à Philippo III. cognom. Bonoguce Burgund. Anno 1430. Ordo Sancti Ludovici nec non St Michaelis & sp. St. in Gallia. In Anglia ab Eduardo III. ordo Aureæ Periscelidis five Garterii. Sive Sancti Georgii in Dania Ordo Elephantinus An. 1484. & Daneburgi An. 1219. & 1671. in Portugallia Jesu Christi An. 1319. In Sabaudia ordo Sancti Mauriti & Sancti Lazari Anno 1364. & 1370. Et Annunciata A Rege Borussiae Ordo Aquile Nigræ, A Serenissimo Electore Palatino Ordo sancti Huberti, In Florentia Ordo sancti Stephani 1361. Mantuæ Ordo S. Sanguinis Redemptoris nostri, Imperator Noster Romano-Germanicus quâ talis quidem non creat Equites certi Ordinis, sed simpliciter dictos. Quamvis de novo ordine in Imperio Nostro constituendo, ad fines Imperii contra irruptiones Turcarum custodiendos, sæpe consultatum fuerit. Addat. præterea Speidelius *Voc. 116. Ritter / Ritter-Orden.*

Ggg

II. Li-

II. Licebitne Vasallo renunciare feudo ?

Resp. Aff. per modum refutationis, de quo vid. *Inpr. c. 19. qu. 20.* quod poterit sine Domini voluntate, *2. F. 38. Ludov. Syn. p. 309.*

12. An verò promiscuè refutatio Vasallo concessa ?

Resp. Aff. Modò non fiat intempestivè, utpote Domino in procinctu existente: sic enim Dominum sequi in bellum tenebitur, *Vult. c. 10. n. 76. p. 632.* nisi alium æquè idoneum Vasallum substituere possit. *Rosenhal. cap. 9. concl. 51. in gloss. lit. f. Ludovell. d. l. p. 311.*

* *

Quest. 11. 12. Voluntate.) Nempe si ei, ad quem feudum aliàs redit, cedat; sed in feudo novo adhibere tenetur consensus Domini, in antiquo verò, Domini, & Agnatorum si cedat extraneo, addant. *Nota nostra ad Cap. precedens XIX. Qu. 20.*

13. Sed an ita post refutationem Vasallus Domino obstrictus non est ?

Resp. Neg. Fidelitatem enim ratione rei in feudum acceptæ præstare tenebatur, quâ in manus Domini restitutâ, cessat obligatio, nec ulterius stringit iuramentum, quippe quod sequitur naturam actus. *Hattys. Anal. feud. c. 11. pr. lit. D. Ludov. p. 311.* Domi-
num

Feudum
offendere
memoriam quasi p
L. ult. ff. de Decur

Quest. 11. 12. Voluntate
Responsum Domini Vasalli
obstrictus Patroni, honor

4. An autem L
care fe

Resp. Neg. feudum
prorem datur, cui
enda, L. fin. C. de pact. fe
interendum. Domini
tenet, sed plenum do
F. 14. pag. 300. Unde
renunciare vellet, he
onem facere possit.

Quest. 14. In fine. Qu
et claudicare, necur Domi
libere debet, arg. L. 1. Code

5. Poteritne Do
entiam lib

resp. Ira volunt, a
que ob illam causam
denat. Sed con

feudum donatio simplex, sed ob causam facta, scil. ob merita præcedentia, & futura servitia, *Schrad. P. 9. c. 10. num. 7. seqq. Tiraq. ad d. L. Si unquam. verb. Donazione largitus. n. 273.*

Quæst. 15. Obligatio inter Dominum & Vasallum utique contractum inducit & constituit, per consequens, unus contrahentium invito altero, inde recedere non potest, arg. l. 75. 7. De R. L. etiam si velit duplum dare l. 6. C. De rescind. vendit.

16. Feudo sine culpa finito, quid juris in meliorationibus feudi?

Resp. Melioramenta feudi consententur jure allodialium, *Schrad. P. 10. Sect. 18. n. 127.* Hinc Vasalli hæredes eadem reperere poterunt; & filius hoc nomine competit jus retentionis. *Mav. P. 3. D. 368.* Nec cum ipso feudo veniunt ad Dominum, *Schrad. P. 2. Part. 9. princ. Sect. 2. n. 20.* nisi fortè hoc ob culpam amissum. *Siruv. c. 15. ob. 17.*

Quæst. 16. In fin.) 2. f. 28. & l. 2. De Jure Emphyt. Et si- ne ratione ab Authore nostro dissentiunt Gudelinus, & Zoes. de Feud. quia Dominus à Vasallo non potest recipere id, quod hic ab illo non accepit, quin & in persona prædonis ratio Impensarum habetur l. 37. l. 28. π. De petit. hered. Ergò multò magis impensæ restituendæ sunt illi, qui ante feloniam commissam eas fecit, adeò, ut etiam feudum ob culpam amissum melioratum existat, unde & impensæ repeti possunt, arg. L. 7. C. De Usufruct.

17. Sed

17. Sed consequuntur hæredes tantum, quantum impensum; an verò saltem præsentem æstimationem?

Resp. Aff. posterius, si sumptus sint majores melioratione; si sint minores, affirmatur prius, per *L. In fundo. 38. ff. de R. V. Mæv. P. 3. D. 41. n. 2. Conf. Schrader. d. Sect. 2. n. 100.*

* * *

Quæst. 17. Impensum.) Non æstimanda sunt melioramenta juxta valorem ædificii exstructi, sed spectandum est in æstimatione tempus restitutionis. Vid. *Mæv. p. 2. dec. 210. & 227. Brunnemann. in l. 55. n. 4. 5. π. Loc. Cond.*

18. Annon verò fructus ex feudo percepti, cum meliorationibus compensandi?

Resp. Obtinet hoc in bonæ fidei possessore. *L. Sumptus. 48. ff. de Rei vind.* Sed cum Vasallo competat utile dominium, hoc non admittit fructuum compensationem, *Schrader. d. l. n. 29.*

* * *

Quæst. 18. Hæc quæstio habet lucem ex Qu. 13. Cap. Præced. 18. Et ratio CL, Auctoris omnino plana est.

Ggg 3

19. Num-

19. Numne etiam expensæ in debo-
scando, vel nemora inculta ad cul-
turam redigendo repe-
tuntur?

Resp. Aff. Quia & hæ ad perpetuam feudi utilita-
tem pertinent, & Dominus feudum melius recipit.
Schrad. d. Sect. 2. n. 105.

* * *

Quest. 19. Non obstat argumentum ab emphyteusi de-
sumptum, quia feudum ab emphyteusi multum differt, ex ipsa
contractus emphyteutici Natura enim res melior est reddenda;
Unde consequitur, quod emphyteuta impensas, præter na-
turam contractus factas, vel ad culturam, & curam rei non
pertinentes necessarias & utiles quoque repetere possit; E-
multò magis Vasalli hæredes, quorum autor feudum non ad
meliorandum, sed fidelitatem & servitia præstanda accepit,
melioramenta repetere queunt, probante Brunemann. *ad l.*
48. n. 5. π. De R. V.

20. Sed quid si feudo quid de-
cesserit?

Resp. Vasallus ejusve hæres in eadem bonitate
restituere debet, quâ accepit. *Schrad. d. Part. 9. princip.*
Sect. 5. n. 11. Est enim in jure meliorationis & deterio-
rationis eadem ratio; *Carpz. l. 6. R. I. n. 19.* nisi casu
fortuito deterius redditum fuerit feudum. *Schrad.*
d. l. n. 22.

Quest.

Quest. 20. Sententia
retrahere vero sine
aliquo per successores
tax. Imò ob notabilem
per hanc Vasalli factam,
cumque Advocatum.
habet feudum Vasallus
retrahere non potest,
Sinth. de Feud. cap. 10.
n. 13.

21. Quid h
Sa

Resp. Ibi hære
fudo impositum rep
sociali. *Carpzov. p. 1.*
solendina pneumatic
Alia vero melioration
transiunt. *Carpzov. d. 6.*

Quest. 21. Transfere
es consequendas compet
de in rem verio. Ad
tjure retentionis, f
d. & segg. Vulten. d.

* * *

Quest. 20. Sententia CL. Auctoris ex 2. f. 8. §. 1. ibi *Deteriorem verò sine Domini voluntate, vel eorum Agnatorum, ad quos per successionem pertinet, facere non potest.* Satis constat. Imò ob notabilem feudi deteriorationem, dolo, vel culpa latâ Vasalli factam, Vasallus feudo cadit, 2. f. 27. §. *quicumque Advocatiam.* Si partim utilius, partim deterius reddiderit feudum Vasallus, tenentur hæredes Vasalli solùmolvere deteriorationem, quæ, deductâ melioratione, superest, Rosenth. *de Feud. cap. 10. concl. 43. n. 68.* Berlich. P. 3. *concl. 40. n. 13.*

21. Quid hic singulare jure Saxonico?

Resp. Ibi hæredes impensas factas in ædificium feudo impositum repetere nequeunt, sed cedunt solo feudali. *Carpzov. p. 3. cap. 31. d. 1. seqq.* Quorsum & molendina pneumatica pertinent, per *Decis. Elect. 53.* Aliæ verò meliorationes pariter ad hæredes allodiales transeunt. *Carpzov. d. C. 31. d. 3.*

* * *

Quest. 21. Transfunt.) Sed qualis actio ad impensas illas consequendas competat Qu. Actio negotiorum gestorum, vel de in rem verso. Ast consultius est, earum rerum nominis iure retentioris, Rosenth. *de Feud. cap. 10. conclus. 43. n. 118. & seqq.* Vultei. *de Feud. Libr. 1. c. 9. n. 104.*

CAP.

*****:*****:*****

CAPUT XXIII.

De

DELICTIS FEUDALIBUS, ET AD QUEM OB ID DEVOLVATUR FEUDUM.

GENERALIA CAPITIS.

Cum per iuramentum fidelitatis constringatur Vasallus, ut bona, famam, & personam Domini defendat, fluit exinde, toties Vasallum feloniam committere; quories contra alterutrum horum peccaverit.

I. Quomodo in genere delictum feudale appellatur?

R Esp. Felonia. 2. F. 26. §. Domino, Ex quo textu patet, tam à Vasallo, quàm Domino feloniam committi posse.

* * *

Quest. I. Tam à Vasallo, quàm domino.) Cum hoc singulari discrimine tamen, quòd, ficuti Dominus, juxta ea, quæ Cl. Aut. cap. XIII. Qu. 13. & cap. XVIII. Qu. 2. Tradidit,

CAP. I. De D
... ad qu
... non ex
... limite
2. Unde
Resp. Variant h
fallere deducunt,
Germanorum sibi
... hinc Germanic
... quod
... Vult. a. u. 5. 7.
... et quidem Lov
... d.

didit, non ad omnia, ad quæ Vasallus obligatus est, tenetur, ita Dominus etiam non ex omni felonia, feudo cadit, ita ipso cl. Aut. jure optimo limitante *infra Qu. ult.*

2. Unde dicitur felonia?

Resp. Variant hic Dd. in allusionibus suis. Alii à fallere deducunt, & hinc fallonia legunt. Alii à Germanorum *fehlen* / quod est errare. *Struv. cap. 15. th. 8. n. 1.* hinc Germanicis dicitur *ein Lehns-Fehler*. Alii à Græco *φύλαμα*, quod imposturam & fallaciam significat. *Vult. c. 10. n. 7.* Quicquid sit, vocabulum barbarum est, & quidem Longobardorum. *Ant. Disp. II. th. 1. lit. d.*

* * *

Quest. 2. Felonia rectius à *fala* derivatur, quod Germanis Antiquis *fraudem, insidias, defectum, vitium, & peccatum* denotavit.

3. Quotupliciter feloniam committit Vasallus?

Resp. Dupliciter, vel committendo vel omittendo, quanquam illud propriè felonia dicatur.

4. Quomodo committendo?

Resp. Quoties vel directo seu immediatè, vel indirecto seu mediatè in Dominum peccat.

Hhh

5. Quo-

5. Quomodo directo in Dominum peccat Vasallus ?

Resp. Si eum occidat, quacunq; ratione id contingat, etiamsi aggressus tantum fuerit, vel vulneraverit. 2. F. 24. S. 2. Vers. porro si. Anton. Disp. 11. th. 3. lit. a. & b. imo etiamsi manus tantum contra eum leverit. arg. l. 15. §. 1. ff. de injur. Ludov. p. 327. quod delictum vocatur *Admanatio*.

* *

Quest. 3. 4. 5. Ex subsequentiis satis constant Notatis.

6. Quid si ergo defensionis causa occidat ?

Resp. Non privatur, si aliter mortis periculum effugere non potuerit. Ant. d. l. Alia quaestio est: Si Vasallus simul sit subditus, de quo alibi.

* *

Quest. 6. Alia quaestio est, si Vasallus simul sit subditus, de quo alibi.) Eo res potissimum recidere, videtur: Anne Vasallo Subdito arma in Dominum, & feudi Directum, & simul territorii Dominum, ipsum offendentem, defendendi animo, sumere liceat? Ad quam quaestionem responsio quidem affirmativa, à Multis dari solet, quorum tantum aliquot in sententiam hanc allegat Dn. Simon. ad H. Grotium *Libr. Cap. IV. §. 1.* Ast re penitus inspectâ & accuratius consideratâ, Negativam præferendam, ducimus; Quippe, omnium optimè tria media vel remedia contra Principis absoluti tyrannidem subditis concessa, deprehendimus: (1) preces, quæ
Chri-

7. Quid si res
effu
Resp. Nihilominus
Quid si cum
tiam
Resp. Feloniam
fuerit. 2. F.
rem in dubio pot

Christianorum arma audiunt. (2) Supplicationes, quo medio, Estera & Mardocheus, quod vi non ausi, vel seditionibus remorari horruissent, à cervicibus Judæorum avertunt, Est. *Cap. III.* (3) Quod solum vertant fugamque parent, quâ Christiani sibi potius consulant, quàm vim injustam contra principem vertant, veluti Exempla Mosis, Davidis, Obediæ, Eliæ Aliorumque probatum reddunt; Hæcque de Magistratu intermedio etiam affirmat Nobile istud Belgicæ Regionis Sydus H. Grotius de *J. B. & P. Libr. I. cap. IV. §. 6.* & connotat ibi Dn. Simon. *Et fallor*, ait, *nisi majus peccatum esset Magistratus: hi enim & Regi jurarunt fidem & Reipublica securitatem, quam niramque violarent.* Sed gravior Imperatoriâque decisione indigens quæstio est: Anne lex de non resistendo nos obliget in gravissimo & certissimo discrimine & periculo? Ubi ipse Grotius in negativam inclinat; dicens *d. l. §. VII.* Quæ exceptio & ipsi probata est Christo: Ut & in lege altera de non edendis panibus propositionis. Verùm enim verò, Formula Imperii nostri Romana Germanici *das H. Römische Reich Teutscher Nation* quæ à nomine & beneficio Carol. M. ac Ottonis I. ortum habet, vid. Coccej, *alleg. Tr. Cap. VII. §. 4.* aliud dicitur.

7. Quid si verba injuriosa tantum effundat?

Resp. Nihilominus pro feloniam reputatur. *d. text.*

8. Quid si cum inimicis Domini amicitiam contraxerit?

Resp. Feloniam incurrit, modò in perniciem Domini fecerit. *2. F. 57. Anton. d. th. 3. lit. d.* Amicitia autem in dubio potius dolo contracta præsumitur,

H h h 2

scili-

scilicet si illa à Vafallo contrahatur, postquam jam inimicitia Domini exorta, ut sic Vafallo contrarii probatio incumbat. *Carpz. disp. Feud. 9. th. 12.*

9. Quomodo porro Vafallus in Dominum directo delinquit?

Resp. (1.) Si eum de crimine capitali accuset: vel testimonium in tali causa contra eum spontè dicat, quanquam in civili causa possit. 2. F. 33. §. *Similiter.*
 (2.) Si eum famosa actione conveniat. 2. F. 22. §. *Curia.*
 (3.) Si secreta Domini revelaverit, quod credentiam manifestare dicitur. 1. F. 17. modò dolosè fecerit in damnum Domini etiamsi eventus non fuerit secutus. *Ant. disp. 11. th. 2. lit. f. de quo vid. Disp. nostr. de credentia revelatione.* (4.) Si rem feudalem esse dolosè negaverit, ubi tamen illà tantum parte privandus, quam feudalem esse negavit. 2. F. 26. §. *Vafallus, Struv. c. 15. th. 9. n. 7.*

* * *

Quest. 9. N. (1.) Sive per se, sive per alium, imò si saltem accusatori in iudicio adfuerit, aut pro eo fidejussor extiterit, arg. *L. 14. §. Sed si non accusaverit. 5. ff. De bon. Libert.*

N. (2.) Et si etiam eventus damnosus non respondeat, in dubio autem probabit Vafallus, omnem dolum à se abfuisse, *Cravetta Conf. 11. n. 12.* Et justè feudo privatur, si literas Domini dolosè signaverit, celaverit resignaverit, realis enim injuria est, *Berlich. p. V. concl. 59. n. 93.*

N. 4. Quò pertinet, si Vafallus debito tempore investituram non renovet, 2. f. 24. *pr.* ut &, si juramentum fidelitatis præstare recuset, vel, si Domino justitiam facere noluerit,

quomodo id
 i controversia
 Vafallus se non fin
 actione hac omnino
 non efficit injuria

10. Quid autem
 ob quod

Resp. Nec sic accu
 am vinculum, quo
 sic obicit, quòd deli
 ta, per l. n. ff. ad L.
 9, qui accusare non

Quest. 11. Dom
 te Majestatis, arg. No
 injuriam persequatur
 none impetrata, accu

11. Quomodo
 fallus pe

Resp. (1) Si ill
 vor mi injuria affec
 de qua voce etia
 xori ipsius stup
 maneam atrociam q
 do indignus effici

erit, h. e. si controversiâ gliscente inter Dominum & Vasallum, Vasallus se non stiterit in iudicio, sed fuerit contumax; Ex ratione hac omninò plana, quia Vasallus hoc modo Dominum afficit injuriâ, & contra fidem suam promissam agit.

10. Quid autem, si crimen verum sit, ob quod Vasallus Dominum accusat?

Resp. Nec sic accusatio permessa erit, ob arctissimum vinculum, quo Vasallus Domino obstringitur. Nec obstat, quòd delicta non debeant manere impunita, per l. 51. ff. ad L. Aquil. Resp. revelanda tamen ab eo, qui accusare non prohibetur. Ludovell. pag. 331.

* * *

Quaest. 10. Domino obstringitur.) Excipe crimen Læsæ Majestatis, arg. Nov. 115. Cap. 3. Item si suam, suorumque injuriam persequatur, arg. L. 15. ff. De Accusat. Aut abolitione impetratâ, accusationem deseruerit.

II. Quomodo per indirectum Vasallus peccat in Dominum?

Resp. (1) Si illos, qui in familia Domini sunt; enomi injuriâ affecerit, ut si Dominum cucurbitaverit de qua voce vid. Birsch. Comm. feud. ad 1. F. 5. pag. 87. seu uxori ipsius stuprum intulerit 1. F. 5. Vel (2) Si in extraneum atrociam quædam delicta patriverit, ob quæ feudo indignus efficiatur.

H h h 3

Quaest.

* * *

Quaest. 11. Si in extraneum, Vid. Aut. Infrà Qu. 28.
& sequ.

12. Quid si uxorem Domini volentem cognoverit ?

Resp. Non excusatur Vasallus, quia etiam sic fi-
dem Domino datam violat. *Schrad. P. 9. c. 2. n. 19.*

* * *

Quaest. 12. Plana omninò est hæc quaestio. Ad eamque
data responsio.

13. Quid si ignoraverit, esse eam uxorem Domini ?

Resp. Ex ratione juris Romani nihilominus feu-
do privandus erit, cum versetur in re illicita, & suffi-
ciat, quòd in genere sciverit, illam esse alicujus uxorem. *L. 18. §. ff. de injur.* Feudistæ tamen cum à feudi
privatione absolvunt, cum absit animus lædendi Do-
minum *Schrader. Part. 2, P. 9. princ. Sect. 7. Quest.*
22. num. 64.

* * *

Quaest. 13. Cùm absit animus lædendi Dominum.) Sen-
tentia hæc firmiore stat talo, quam etiam approbat *Struvius*
de Feud. Cap. XV. §. 11. n. 5. Cui jungendus §. 9. Ubi docet,
Dominum, non per omnem concubitum, sed illum in uxorem,
sponsam, matrem, filiam, neptem, aut sororem, vel
viduam intra annum luctus, commissum, tantùm offendi.

14. Quid

Quid si con-
Resp. Nihil in-
concubitus, i. F.
est, tentaverit. Si
periclitum ductus no-
modo tam
privacionem per
Ludov. pag. 341.

Quaest. 14. In fine.) A-
ntem Domini voluntate
a quædam turpem facia
propòsito, ubi Vasallus de
tæ à propòsito, an per
tum pericere potuisset,
tunc interveniente absti-
uxore Domini est sine
no feudo Vasallum privo-
b, non tangenda tangat.

15. Quid si of-
Resp. Etiam ob o-
endo privati posse. stat
text. 1. F. 1. Ubi : cum
viti vid. quæ nota
m. 24. In dubio
t, osculum pra
u Ofculo, §. 24. &
antur clerici, qual
Ludov. pag. 339.

14. Quid si concubitum modò tentaverit ?

Resp. Nihil interest, an consummatus, an tentatus concubitus, 1. F. 5. ibi: *concumbere se exercuerit*, id est, tentaverit. Si verò, cum perficere potuisset, pœnitentiâ ductus noluit, excusatur. Anton. disput. 11. th. 5. lit. h. modò tamen ad actus aliquos prohibitos, feudi privationem per se merentes, nondum pervenerit. Luduvv. pag. 341.

* * *

Quaest. 14. In fin.) Aut alicui id facienti opem tulerit, vel etiam Domini voluntate fecerit, ut &, si ista corpore palam quæstum turpem faciat. Sed distinguendum est in casu proposito, ubi Vasallus desistit à proposito, ubi Vasallus desistit à proposito, an pœnitentiâ ductus desistit, cum propositum perficere potuisset, & non privabitur, aut alio impedimento interveniente abstinuit, & privatur meritò; Illud verò in uxore Domini est singulare, quòd quævis impudica attentatio feudo Vasallum priveret; v. g. Si turpiter cum ea ludat, id est, non tangenda tangat.

15. Quid si osculum dederit ?

Resp. Etiam ob osculum luxuriosum Vasallum feudo privari posse, statuit Ant. d. l. & Vult. cap. 11. n. 31. ob text. 1. F. 5. ibi: *cum ea turpiter luserit*. De quo turpilitate vid. quæ notavi in Tract. de Jure Sens. diss. 7. c. ult. num. 24. In dubio verò, nisi mos Regionis aliud suaserit, osculum præsumitur luxuriosum. Roman. diss. de Osculo, §. 24. & 26. à qua præsumptione malè excusantur clerici, quasi hi benedictionis causâ oscularentur. Luduvv. pag. 339. Roman. d. l. §. 27.

Quaest.

* * *

Quest. 15. In fin.) Bene distinguendum est inter Luxuriosum, & casto amplexu datum osculum; Istud uti turpe, ita hoc honestum, & non punibile; Item, si literis amatoriis, munusculis, ad expugnandam ejus pudicitiam Vasallus usus fuerit, quippe, turpis hic est modus reverentiam Domini lædens.

16. Ob quale stuprum porro privatur Vasallus feudo?

Resp. Si cum Domini filia, aut cum nepte ex filio, aut cum sorore Domini, in domo ejus vivente, & adhuc in capillis existente, 2. F. 24. § 2. *vers. Rursus.* i. e. nondum elocata, concubuerit, 1. F. 5. §. *Item si fidelis.* Hæ enim personæ in familia Domini sunt, *Siruv. cap. 15. th. 9. n. 9.*

* * *

Quest. 16. Filia.) Nempe innupta.
Ex filio.) Nupta etiam.

17. Quid si cum Vidua Domini?

Resp. Vasallus feudo non privatur, concubitus enim Domino vivente requiritur. 2. F. 21. §. *Si quis.* nisi fiat intra tempora luctus, *Siruv. d. l. vel nisi præsentis Domini mater esset.*

* * *

Quest. 17. Luctus.) Tunc in Injuriam Domini vergere videtur, per l. 11. §. 1. ff. *De his qui not. inf.*

Mater

Matris esset.) Nempe Domini presentis filii in Dominio directo patris succedentis.

18. Quomodo ratione feudi læditur Dominus à Vasallo ?

Resp. Vel alienando, vel deteriorando.

19. Quare ob alienationem privatur feudo ?

Resp. Quia Domini consensum non implorando eum contemnere videtur. 2. F. 24. *in fin.* Si tamen subconditione (*Si Dominus consenserit*) alienaverit, privatio cessat. *Ant. disp. 11. th. 6. lit. b. Struv. c. 13. th. 12.* quod limitat *Rosenthal. cap. 9. concl. 61. n. 6.* modo traditio nondum secuta. Vid. tamen q. 22.

* * *

Quest. 19. Sub Conditione.) Nisi fortè appareat, istiusmodi verba *dicis tantum gratiâ* esse adhibita, & reverà alium habere animum Vasallum, ut si feudum difficilis sit recuperationis, puta, si esset locus municissimus, vel facta sit traditio in potentio rem.

20. Quid si putaverit, esse rem alloidialem ?

Resp. Juramento se purgabit, & sic feudum recipit, 2. F. 42. *Anton. d. th. 6. lit. b.* Vasallus vero emptori ad interesse tenetur. 1. F. 26. §. *Si Vasallus.*

* * *

Quaest. 20. Recipit.) Quia Juramentum ea explicat, quae in animo consistunt, & per huncce modum debet res expediri, nisi per conjecturas probabile sit, eum scivisse *per text. 2. f. 41. §. ult.*

Emptori.) Sc. ignorant, nam si sciens est, huic non tenetur ad interesse Vasallus.

21. Quid si dubitaverit, an res sit feudal, an allodialis?

Resp. Benignior sententia est, feudo Vasallum non privari. 2. F. 26. §. *Vasallus Feudum.* Anton. d. l. *Ludov. p. 357.* dubitans enim tantum in culpa est, non in dolo. Quamquam dissentiat. *Struv. cap. 13. th. 9. n. 3.*

* * *

Quaest. 21. Benignior Sententia.) Scil. ex aequitate; *Struv. idco allegato.* loquitur de Stricto Jure, unde & si Vasallus famis, nuditatis, aut aëris alieni compulsus necessitate, feudum alienaverit, perdit quidem feudum 2. f. 9. Sed si conditio Domini sit melior facta hac alienatione, aequior obtinet DD. Sententia, Vasallum feudo non privari, quia re ipsa feudum non distrahitur, & sic feloniam non committit.

22. Quid si vendiderit feudum, fed non tradiderit?

Resp. Conventio de alienando non sufficit, sed realis feudi translatio necessaria; nec alienatum censetur, quod in dominio venditoris manet, *per l. 67. ff. de V. S.* Fictam tamen traditionem, ut quae fit per constitutu-

... quum ob id
... possessorum
... Ludov. p. 353.
... nonem expectan
... th. 9. n. 3. In
... cnda.

Quaest. 22. In fin.
... pro illo privatur, nisi fe
... mbecā constituta iudicem
... si, Domini consensu
... am, aut ipsi traditori tra
... fessorio non per quidam
... inaducum fit, quando
... m, & vi continuat posselli
... argum eorum quod abet La
... nt. Extra omnem con
... Quod, quamvis Consi
... em transferat, id tamen
... pod Constitutum ex
... tribuit, ut constituen
... terio episcopi possent. Com
... 172. ubi multa singularia

Quid si feudi
statim r

Resp. Jure stricto
m semel fuerit con
quam hic Dd. qu
ssequantur, tes
peratione posselli
d. 4. 13. th. 12. n.

stitutum possessorium; ad privationem sufficere putat. *Ludov. pag. 353. Vult. c. 11. n. 42.* Realem vero traditionem expectandam esse, æquius existimat *Serv. d. th. 9. n. 5.* In poenalibus enim verba strictè capienda.

* * *

Quæst. 22. In fin.) Vasallus vendens feudum non è vestigio illo privatur, nisi feudi infecutâ actuali traditione; Sic hypothecâ constitutâ itidem non privatur statim feudo Vasallus, sed, si, Domini consensu non interveniente, feudum distrahitur, aut ipsi creditori traditum fuerit; Unde & constituto possessorio non præjudicatur Domino, sed tum demum feudum caducum fit, quando illud non amplius est apud Vasallum, & vi constituti possessorii ab ipso creditore occupatum est, argum *eorum quæ habet Lauterb. ad Tit. 11. Libr. XLI. in l. g. int.* Extra omnem controversiam, quippe, constitutum: Quod, quamvis Constitutum naturalem & civilem possessionem transferat, id tamen non, nisi in eo casu, quando res jam apud Constitutarium existit, intelligendum fit; non enim tale jus tribuit, ut constituentes non auditi, & quidem à quodam tertio ejici possent. Conferat, omninò *Mæv. p. V. Dec. 351. & 352.* ubi multa singularia circa hunc articulum allegat.

23. Quid si feudi alienati possessionem statim recuperaverit?

Resp. Jure stricto non recipit feudum, cum delictum semel fuerit consummatum, & est text. 2. F. 44. quanquam hic Dd. quoque contrariam, ut æquiozem, magis sequantur, textum allegatum explicantes de recuperatione possessionis ex intervallo. *Ludov. p. 353. Serv. d. c. 13. th. 12. n. 1.*

24. Quomodo deteriorando Vasallus feudum amittit?

Resp. Si insignis deterioratio sit, dolo vel culpa lata Vasalli admiffa. *Siruv. c. 15. th. 5. Ant. d. th. 6. lit. c.* Quo casu Vasallus feudo non tantum privatur, sed & agnatis ad interesse tenetur. *Carpz. p. 3. c. 31. D. 8.* Et hoc vel actione L. Aquiliae, vel in factum. *arg. L. Si modo. § 9. ff. de Legat. 1.*

* *

Quaest. 24. Sed & Agnatis ad interesse tenetur.) Devolvitur feudum in huiusmodi casu ad Dominum: sed delata successione ad Agnatos, hisque restituendum feudum est; quin & obstricti sunt Vasalli haeredes, qui male in re feudali versatus, ad praestandum Domino interesse, vel agnatis succedentibus. Horsumque inter alia referunt servitium Vasalli in subditos, *Mynsing. §. obs. 8.* jungatur omnino Dn. Iterum de *Feudis Imper. cap. XXIV. §. 5.* qui §. cum multa singularia contineat, integre addi, dignus, vid. adhuc §. 6. & 7. *qua omnia, ait Vir Cl. ad Imperii nostri feuda ita applicantur, ut quoniam eorundem superius dominium penes Casarem & Imperium conjunctim residet, vacanti illa beneficia ad Imperatorem & Imperium redire intelligantur; Quam formulam etiam Publicas Imperii Constitutiones subinde uti, notum est, vid. capit. Leopoldin. Artic. 30. Unde non male Rusdorsius monuit, Commissa ejusmodi Imperii feuda, non Imperatoris sed Imperii fisco applicanda esse, in Vindic. Caus. Palat. cap. XX. n. 70. & seqq. Licet autem regulariter ad Imperium redeant vacua Imperii feuda, ab hac tamen regula excipiendus forte erit Lotharingia Ducatus, si modo verum est, eum jure caduci, secus, atque caetera Imperii feuda ad Imperatorem non transire, uti quidem famosam illam Norimbergiam transactionem interpretatur Chiffletius apud Covring. de Finib.*

5. Unde vero ratione

Resp. Arbitrio iudicis attendet, sicuti iacturam spectet. *De iur. A. 7. Q. 1. 2. Col.*

Quaest. 25. In quaestione de se invicem dicitur; Aut (2.) culpa non. Primo casu non tunc interesse debet p.

Fimb. Imp. cap. 27. p. m. 506. eandemque ferè interpretationem retinuit Fürstenerius cap. 56. sedem quoque Trevirensis (de Palatinatu idem refert Besoldus Th. practic. voc. Reichs-Lehen / ajens : Das Stifft Trier hat ein Kayserl. Privilegium, daß alle in solchem Stifft eröffnete Reichs-Lehen selbigem zu fallen sollen) Beweiß in Sachen Gavn contra Trier. Tale privilegium etiam habet die Pfalz / vid. Engelhard. de Vestigal. Concl. 2.) Casareo privilegio gaudere, ut omnia Imp. feuda in Episcopatu aperta, ad illam devolvantur, præter Besoldum d. l. & Gastelium de statu Europ. cap. 9. n. 50. memorat Sprenger Lucern. cap. 2. p. 96. Ubi tamen dubitare se, ait (idque non absque ratione, uti videtur) an hoc privilegium in usum venerit. Equidem & de Bohemia Regno, an & illud caducum fieri possit, a nonnullis dubitatum fuit, ob dispositionem A. B. cap. VII. §. 3. Verum & illud Regnum unà cum Moravia, Silesia, Lusavia & Egrano Comitatu caducitati obnoxiam esse, commissaque feloniam ad Imp. redire, pridem ostendit Goldast. L. III. De Regn. Bohem. Cap. 15. & 16.

25. Unde verò de quantitate deteriorationis constabit ?

Resp. Arbitrio judicis eadem æstimanda, qui id potissimum attendet, an deterioratio ad perpetuam feudi jacturam spectet. Vult. c. 11. num. 49. Ludov. p. 345. Menoch. A. 7. Q. l. 2. Cas. 78. Schrad. P. 9. c. 6. n. 61.

* * *

Quest. 25. In quantitate deteriorationis decernenda tres debent à se invicem distingui, casus : Aut (1.) agat Vasallus dolosè ; Aut (2.) culposè ; aut (3.) aliàs inligne damnum inferat. Primo casu non tantummodò privatur feudo, verùm & omne Interesse debet præstare. 2do casu æquè tenetur ad

præstationem interessè, arbitrio Judicis interveniente, si quantitas deteriorationis tanta sit, ut ne quidem secundùm æstimationem rei peritorum dimidia feudi pars supersit, quo casu æquè privatur feudo. 3tio casu judex arbitratur, in quantum damnum datum considerari debeat.

26. Sed an denunciatione opus, ut ob deteriorationem quis feudo privetur?

Resp. Volunt hoc Dd. citati à Schradero p. 9. c. 6. n. 67. ob textum 2. F. 27. §. 8. ibi: à Domino suo admonitus. Si tamen aliunde de dolo Vasalli constet, denuntiatio necessaria non videtur. Ludov. p. 345. & textus allegatus de sævitia tantùm loquitur.

* * *

Quæst. 26. Secundùm Praxin, sententia privatoria præcedere debet, antequam Vasallus feudo cadat, eoque priveretur, confer, Gail. 2. Obs. 51. Vid. infra Quæ. 44. ibique Notata.

27. Quid si partem feudi deterioraverit?

Resp. Parte tantùm, non toto feudo privabitur Vasallus. Servo. cap. 15. th. 5. num. 1.

* * *

Quæst. 27. Arbitrium tamen Judicis adhibendum, antequam Vasallus privetur feudo.

28. Quæ-

et quem ob
Quænam
neum
Resp. (1) Part
Proditio convallu
Crimen Majestatis
ditos sævitia. 2. F. 27
m. 200. disp. 11. th.
Quæst. 28. Et sicut
tantum amittit, quod lo
significet prodere,
An ob omne
priva
Resp. Hoc aff.
n. 1. Vult. 6. 11. num. 2
aplici parricidio loq
nitione occidat, ut eu
l se transferat, quo
nisse videtur. Et hoc m
licat Ludov. pag. 367.
1. 27. qui illud general

Quæst. 29. Omne
lio tantum clarum
Pompes De Parricid
tam, neque revelet
tali. Nec si quis prop
corporis perniciem

28. Quænam sunt delicta in extraneum commissa?

Resp. (1) Parricidium, 1. F. 5. §. Item si Frater. (2) Proditio convasalli. 2. F. 17. ibi: hominem tradendo. (3) Crimen Majestatis. (4) Incestus. (5) Nimia in subditos sævitia. 2. F. 27. §. Quicumque. ibi: inornate tractaveris. Anton. disp. 11. th. 7. Struv. cap. 15. th. 10.

* * *

Quest. 28 Ex subsequentiis constabit satis superque; notandum tamen, quod hominem tradere secundum Phrasin. 2. f. 37. significet prodere,

29. An ob omne parricidium Vasallus privatur feudo?

Resp. Hoc aff. communiter; Struv. c. 15. th. 10. num. 1. Vult. c. 11. num. 34. Textus tamen 2. F. 37. non de simplici parricidio loquitur, sed si frater fratrem hac intentione occidat, ut ejus hæreditatem, vel jus in feudo ad se transferat, quo casu revera circa feudum deliquisse videtur. Et hoc modo reliquos quoque textus explicat Ludvv. pag. 367. Vid. tamen Carpzov. disp. Feud. 9. th. 25, qui illud generale esse contendit.

* * *

Quest. 29. Omne parricidium hic intelligitur, licet consilio tantum datum, & eventus non sit secutus; L. 7. ff. Ad L. Pompei De Parricid. Idem est, si conscius saltem sit cordis Fraternalis, neque revelet, quod tamen non obtinet in patre suo spirituali; Nec si quis propripicida sit, quia hujusmodi crimen in proprii corporis perniciem, non reipubl. damnatum est datum.

30. Qua-

30. Quare prodendo convassallum
amittitur feudum?

Resp. Quia per prodicionem efficitur, ut Vassallus amplius in curia stare non possit: hinc ipsum Dominum injuria tangit. *Servv. cap. 15. tb. 10. num. 2.*

* * *

Quest. 30. Tangit.) Quare & tenetur Vassallus, Dominum in periculo adjuvare, ita, ut, si non fecerit, & periclitanti non succurrerit, feudo privetur; Sc. quatenus Dominus subinde laeditur; *arg. 2. f. 37.*

31. Quare ob crimen Majestatis privatur feudo?

Resp. Quia in Principem & patriam injuriosus existit Vassallus, & sic nec amplius feudo dignus. Insuper etiam cum caetera Vassalli bona confiscantur, feudum quoque ad Dominum revertitur. *Servv. n. 4.*

* * *

Quest. 31. Rationes hujus sententiae sunt prorsus planae, conferant. *Notata ad qu. 17. Cap. 11.*

32. Sed cur non ad Fiscum?

Resp. Quia Vassallus delinquendo Domini jus detertius reddere non potuit. Unde si Vassallus Principis in Imp. crimen Majestatis commiserit, bona non Imp. sed Principi, in cujus territorio sunt, cedunt. *Capitul. Leopold. Art. 27.*

Quest.

Quest. 32. Ita non
Josephina & Caroli
Carol. Art. 29.

33. Cur ob

Resp. Quia ho
us non possit, &
confiscantur. *Servv.*
tam hac causa jure fe
sentit Ludov. p. 369

Quest. 33. In fo
stam a Justiniano in N
notata, cui etiam plur
rimine incestis poena
non Gentium sit comm

34. Quomodo

V

Resp. Servitia or
norum vel corporis
effiuram non reno

Quest. 34. Opti
u. cap. §. 9. n. 1. pro

* * *

Quest. 32. Ita non tantum Capitul. Ferd. 3. Leopold. sed & Josephina & Carolina disponunt. Vid. Joseph. Art. 26. & Carol. Art. 20.

33. Cur ob incestum feudo privatur ;

Resp. Quia honestè in Curia Domini stare amplius non potest, & ob incestum quoque Vasalli bona confiscantur. *Struv. d. l. n. 3. Vult. c. 11. n. 36.* Quamquam hæc causa jure feudali non sit expressa, unde & dissentit *Ludvv. p. 369.*

* * *

Quest. 33. *In fin.*) Videtur amissio bonorum ob incestum à Justiniano in *Nov. 12. C. 1.* decreta, in *Nov. 134.* verò mutata, cui etiam plurimi Feudistæ accedunt; Vel obtinet in crimine incestus pœna privationis, si istud contra Jus Naturæ, non Gentium sit commissum.

34. Quomodo omittendo peccat Vasallus?

Resp. Servitia omittendo, periculum famæ, bonorum vel corporis à Domino non avertendo, investituram non renovando. *Ant. disp. 11. th. 8.*

* * *

Quest. 34. Optimè se habet sententiâ *Aut.* quam etiam *Struv. c. 15. §. 9. n. 1.* probat.

Kkk

35. QUO-

35. Quomodo ob servitia denegata amittitur feudum ?

Resp. Si Vasallus Domino exigenti eadem denegaverit. 2. F. 21. ubi non in lapsu temporis, sed in executione servitiorum ratio decidendi collocanda, nam servitia non debentur, nisi indicta: *vid. supr. c. 18. q. 33.* nisi tamen justam excusandi causam habeat Vasallus. *Kobl. de Servit. Feud. P. ult. num. 68*

* * *

Quest. 35. Si sc. feudum ita sit deterioratum, ut ne quidem dimidiam partem fructuum ac reddituum annuatim inde habeat; *cap. XVIII. Qu. 29. Supra.* horfumque trahantur ibi Notata.

36. An Vasallus Dominum in acie deserendo feudo privatur ?

Resp. Affirm. etiamsi Dominus periculum inde passus non sit. Sufficit enim, quòd pati potuisset *Schrad. P. 6. c. 6. n. 74.* Quod & ad alia, quàm belli pericula extendunt *Dd. Vult. c. 11. num. 19.*

* * *

Quest. 36. Si nempe Dominus in alio vitæ periculo constitutus; Item, si ab hostibus captus, aut injustè carceri inclusus sit. Excipitur tamen causa justa, Si v. g. ob æs alienum in carcerem Dominus est coniectus, quia, cum cessione bonorum liberari potuisset, Vasallus, pro eo solvere, aut fidem suam interponere non tenetur. 2. f. 26.

37. Quid

quidem ob ob
Quid si jam
letifere

Resp. Excusa
antum causa ex
vulneratum. An. D
si vasallus ob vulne
Dominum redditu
da. Prius tamen
Domini pugnet, qu
t, cum Reip. par
d agatur. Vid. Disq

Quest. 37. Hac qu
lana, & plena est.

38. Sed quid
Dominu

Resp. Non pri
licto puniatur. Nec
cium tibi committam d
terius Dominum, q
potest, non vero ad p
da, n. 179, seq.

Quest. 38. Hac se
ocertum sit, Vasallu
servire, Vid. Aur. si
solum substituentem
non commisit, &
non video,

37. Quid si jam cæsus sit Dominus, vel lethiferè vulneratus?

Resp. Excusatur Vasallus, quamvis ex probabili tantum causa existimet, Dominum esse mortuum vel vulneratum. *Ant. Disp. ii. th. 8. lit. b.* Quod & ad casum, si vasallus ob vulnera propria inutilis ad defendendum Dominum redditus sit, extendendum. *Schrad. d. c. 6. n. 82.* Prius tamen limitandum, nisi adhuc exercitus Domini pugnet, quem nec mortuo Domino deserere licet, cum Reip. pariter & futuri successoris causa simul agatur, *Vid. Disp. de Vasallo desertore. c. 2, n. 119. seqq.*

Quest. 37. Hæc qu. & ad illam data Responsio omninè plana, & plena est.

38. Sed quid si substitutus Vasalli Dominum in acie deserat?

Resp. Non privandus feudo, ne ex alterius delicto puniatur. Nec obst. quòd substitutus circa officium sibi commissum deliquerit. Eo ipso enim non ulterius Dominum, quàm ad interesse civile obligare potest, non verò ad pœnam. *Kohl. de servit. feud. Pars. ult. n. 179. seq.*

Quest. 38. Hæc sententia non ita simpliciter adoptanda, cum certum sit, Vasallum non teneri semper in propria personâ servire, *Vid. Aut. supra Cap. XVIII. Qu. 15. & 16.* Hinc Vasallum substituentem ad interesse, maximè, ubi in eligendo culpam non commisit, & Dominus substitutum admisit, teneri, non video.

39. An autem vitam Domini vitæ suæ præferre tenetur ?

Resp. Neg. cum ordinata charitas incipiat à se ipsa, & nemo se pacto obstringere possit ad id, quod in sua potestate non est. Insuper nec libertus vitam patroni suæ præferre tenetur. *arg. L. 5. §. pen. ff. de Agnosc. Liber. Kohl. de Servit. Feudal. Part. 4. num. 21. Vult. cap. 10. num. 28.* Non verò hîc confundendus est subditus cum Vasallo; hic ex nudo pacto obligatus Domino; illum verò Deus subjicit Principi, quoad vitam & bona. Et si modò casus paulò aliter formetur: An scilicet Nobilis à rustico aliquot jugera feudi nomine tenens, vitam suam vitæ rustici postponere debeat? Decisio in oculos incurrit.

* * *

Quest. 39. Idem obtinet, si Vasallus bonorum suorum Jacturam aliter evitare non possit, non tenetur enim bona sua, & vitam Domino postponere; Multòque magis Vasallus excusatione dignus, si Patri suo periclitanti succurrerit, & opem Domino non tulerit, *arg. l. 2. ff. De 7. & 7.*

40. Quid si Dominum captivum non redemerit ?

Resp. Vide *Cap. 18. qu. 36.*

41. Quomodo renovationem investituræ negligendo peccat Vasallus ?

Resp. Si intra annum & diem eam non petat. Vid. *Cap. 17. qu. 11.*

Quest.

*Quest. 41. Scilicet à
pedativa causa subditus
vobis detentus est*

*42. Annon
tionis est et
sic*

*Resp. Ita videtur
sed à se hîc sentis et
malè determinata
modo privati possit,
obis quis amittat fe
tionem suadere. Vult
Emckelhaus. D. 10. Con*

*Quest. 42. Sed
probat, quod sc. omnes
vel donatio revocari, de
renovationem sufficientes
ut injuriam Domini,
convenire, ut v. g. mar
Cid. De Repa. Sed Val
ulterio, sed nominati
vel cum ea, que in fa
um dissolvitur homin
ob quodlibet hom
um occiderit 2. f.
24. quod causa am
tantum naturalis*

K

* * *

Quaest. 41. Scilicet à tempore scientiæ, & si nulla alia iusta impeditiva causa subsit v. gr. si ab hostibus est captus, à latronibus detentus tunc iuste excipitur.

42. Annon omnis causa exhæredationis est etiam sufficiens ad amissionem feudi?

Resp. Ita videtur, ob text. 2. F. 24. §. *Predictis modis.* Sed h. §. hic sensus est: Sicuti causæ exhæredationis certâ lege determinatæ, ita etiam causas, ob quas quis feudo privari possit, illo titulo propositas esse, & ut ob eas quis amittat feudum, civilem & naturalem rationem suadere. *Vult. c. ii. num. 13. Ludov. pag. 325. Finckelthaus, D. 10. Contr. 6.*

* * *

Quaest. 42. Sed sensus ingenuus textûs allegati hoc non probat, quòd sc. omnes illæ causæ, ex quibus quis exhæredari, vel donatio revocari, & repudium fieri possit, etiam ad feudi privationem sufficientes sint, maximè istæ, quæ non respiciunt injuriam Domini, vel quæ ad materiam feudalem non conveniunt, ut v. g. matrimonium dissolvitur adulterio *L. 8. Cod. De Repu.* Sed Vasallus non privatur feudo ex omni adulterio, sed nominatim, si cum uxore Domini concubuerit, vel cum eâ, quæ in familia Domini sit, *1. f. 5.* Sic Matrimonium dissolvitur homicidio, Vasallus verò feudum non amittit, ob quodlibet homicidium, quia non amittit, si Domini fratrem occiderit *2. f. 37.* & sic illud tantum ostendi solet *ex 2. f. 24.* quòd causæ amissionis feudi recensitæ, æquitati Juris non tantum naturalis, sed & Civilis respondeant.

Kkk 3

43. Er-

43. Ergone alia causa non admittenda, quæ jure feudali non expressa?

Resp. Judicis arbitrio hoc committendum, an causa sit similis vel major, levior enim non admittenda. 2. f. 24. §. Quia. Menoch, de A. 7. Q. cas. 267. Vult. d. l. n. 15. Exempla vide apud Rosenthal, c. 10. concl. 15.

* * *

Quest. 43. Major.) Eiusdem tamen generis, si verò toto genere sint causæ diversæ, tunc consequentia ad similes, vel majores non valebit, argum. Nov. 115. cap. 3. & 4. Struv. Ex. XXXII, th. 33. cum odia restringi & non ampliari conveniat:

44. Num Vasallus ob feloniam commissam ipso jure privatur feudo?

Resp. Non, sed causæ cognitio præcedere debet, 1. f. 21. ibi: sine cognita culpa, sc. an justam excusandi causam habeat Vasallus; postea sententia condemnatoria opus est, quam non declaratoriam, sed privatoriam putamus, cum Struv. cap. 15. th. 11. num. 3. Feudum tamen alienatum ipso jure ad Dominum revertitur. Struv. d. l. n. 6.

* * *

Quest. Privatoriam.) Scil. in hunc effectum planè diversum; Si enim feudum ad Dominum statim, & ipso jure, à tem-

45. Quomodo

Resp. Vel expressè, si non attentè agnoscat, ve-

tempore delicti commissi redeat, restituendum. Aliud esset cum fructibus perceptis, sive extantibus, sive consumptis, ad instar, *m. f. possessoris*; Si verò sententia privatoria interveniat, putant quidam, esse feudum cum fructibus, à tempore felonix commissæ perceptis restituendum. Vid. *Mæv. p. 3. Dec. 317. & P. VI. Dec. II.* ubi Dn. Mævius ostendit, in causis, in quibus poenæ ipso jure tenent, tamen viâ facti non procedi, sed processu judiciali opus esse, quare felonix accusatus de possessione ipso facto non dejiciendus, sed sententiâ condemnatoriâ privandus. Dissidentes allegant quidem *2. f. 55. Callidis*; Nec non *L. 7. Cod. de Rev. Donat.* Sed textus Juris Feudalis citatus *2. f. 55. Quo, feudum liberè ad Dominium revertitur*, de solo alienationis casu loquitur, quæ ratio ad aliam speciem non extendenda; Lex verò *illa 7. C. de Rev. Donat.* De donatario agit, qui fructus ante litem contestatam perceptos retinet; Ast inter *hunc, & Vasallum* longam intercedere differentix rationem, supra adducta non tantùm evincunt, sed & sequentia satis superque probant, ita enim apud Goldast, legitur *Tom. 2. Constit. Imper. pag. 25. ex Constitutione Ludov. Imperat. de Anno 855. cap. 22. ibi: Denique quia Christi custodiende Clementiâ neminem injustè privavimus, sed neque privari absque legali sanctione aliquem nostrorum fidelium volumus beneficio.* Idemque Goldastus in *den Reichs-Handlungen* pag. 137. *Das das Lehen-Recht im H. Reich vermag / daß niemand seines Lehens soll priviret werden / ohne Erkenntnuß / welches denen Lehen-Leuthen des H. Reichs zugehöret; In der Werbung an die Chur-und Fürsten des H. Reichs de Anno 1536.*

45. Quomodo remittitur feloniam?

Resp. Vel expressâ, si verbis hoc declaretur; vel tacitè, si non attento delicto nihilominus eum pro Vasallo agnoscat, vel de culpa, de qua tamen ipsi con-

constabat, non conquestus moriatur, *arg. l. 7. C. de Revocand. Donat. Struv. th. 12. num. 4.* Quorum & præscriptio 30. annorum spectat. *Struv. d. l. num. 8.*

* * *

Quest. 45. Hæc omnino plana est, & satis abundeque ex supra dictis confirmatur.

46. Ad quem feudum ob commissam feloniam devolvitur?

Resp. Feudum novum indistinctè ad Dominum redit, *Struv. cap. 15. th. 13.* Quod ad antiquum attinet, distinguendum, an culpa in Dominum commissæ, an in extraneum illo casu, sive hoc directe sive indirecte factum, ad Dominum revertitur feudum; hoc casu, si in extraneum culpa commissæ, agnatis statim defertur feudum, filiis Vasalli exclusis, *Struv. th. 14. & 15.* Jure tamen Saxon. hoc casu filii feudum retinent. *Carpz. P. 3. C. 27. d. 3.*

* * *

Quest. 46. Redit.) Quia ad istum, à quo feudum est acceptum, revertitur, etenim feudo privatus illud transmittere non potest ad alios, qui causam succedendi non habent.

In fin.) Quidam interpretum filios à feudo non excludunt, sed illos agnatis æquiparant, sicuti agnati enim Jus quæsitum in feudo habent, ita & istis feudum obvenit, cum Vasallus pro mortuo habeatur; Cui accedit & consentit Jus Saxonicum, quo Agnati in infinitum succedunt, addantur omnino *Nota & Vindicia Nostra ad Guil. 2. Obs. 50. n. 11.* ubi hæc Articulus amplius discutitur.

47. Quid

ad quem ob
Quid si p
adhuc
Resp. Sic ad
sed avo in feudo f
Juch. c. 11. can. 6.

Quest. 47. Q
utiquo potissimum
irent, & attendunt
rediantur, aut, resp
re possunt.

48. An autem
a

Resp. Si ex V
nemo amplius ad
14. Horum enim
non potuit, Diff.
dos putans, sed m
Dominum devolvam
testi quæntis extendi

Quest. 48. Ad
habent, quibus factu
rg. l. f. 8. & 2. f. 39.
um, tunc excludi ag
tante, Vid. Anton.
Extendit.) Adeo
n Jus tunc incipit,
sunt Auctores.

47. Quid si patre delinquente feudum adhuc apud avum fuerit?

Resp. Sic admittuntur nepotes, qui ita non patri, sed avo in feudo succedunt. *Ant. disp. 12. th. 3. in fin. Resenth. c. 11. concl. 6. n. 7. seqq.*

* * *

Quest. 47. Quia (1.) avus est stipes familiae, & in feudo antiquo potissimum respicitur delatio feudi, quae à primo acquirente, & ascendentibus fit. (2.) Nepotes filii locum ingrediuntur, ita ut, repudiata hereditate paternâ, avo succedere possint.

48. An autem priori casu agnati plane admittuntur?

Resp. Si ex Vasalli delinquentis descendantibus nemo amplius adfuerit, agnati admittendi *Struv. th. 14.* Horum enim jus per delictum Vasalli interverti non potuit, *Diss. Ludovell. pag. 387.* agnatos excludendos putans, sed malè, cum non ulterius feudum ad Dominum devolutum, quam quousque se jus Vasalli delinquentis extendit.

* * *

Quest. 48. Admittendi.) Ob jus nempe quod in feudo habent, quibus factum Vasalli possessoris praedjudicare nequit arg. 1. f. 8. & 2. f. 39. Nisi feudum sit hereditarium, vel mixtum, tunc excludi agnatos, feudumque ad Dominum reverti, statuunt, Vid. Anton. Disput. Fendal. XII. Th. 3. lit. c.

Extendit.) Adeoque nemo agnatorum excludendus, quorum Jus tunc incipit, quo non privandi sunt, cum poenae suos teneant Autores.

Fendalibus
arg. l. 7. C. de
Quodum & pra-
d. l. 1. n. 1.
fatis abunde
commiffam
ur?
ad Dominum
antiquam atti-
nium commiffi-
hoc directe her-
eritur feudum,
ommiffa, agnatis
li excludis, *Struv.*
casu filii feudum
quo feudum est
s illud transmi-
di non habent,
feudo non exclu-
turi agnati enim Jus
feudum obvenit, cum
cedit & contenti Jus
succedunt advenit
al. 2. Q. n. n. 11. ubi
47. Quid

49. Potestne Dominus invitis agnatis feloniam remittere?

Resp. Si in Dominum commissum delictum, indistinctè potest remittere, *B. Brunnem. Consil. 8.* Si in extraneum, aut sententia privatoria lata est, aut non; hoc casu remissio locum habet, non illo: quia per sententiam agnatis jus quæsitum. *Siruv. c. 15. thes. 12. num. 9.*

* * *

Quæst. 49. Sententia Cl. Autoris prorsus certa claraque, cui meritò calculus adjiciendus.

50. Quid si Dominus in Vasallum delinquat?

Resp. Ex iisdem causis, quibus Vasallus dominium utile, Dominus quoque dominium directum amittit, cum judicentur ad paria, *Siruv. c. 15. th. 18.* Modò tamen manifesta disparitatis ratio non adsit; qualis est in servitiorum præstatione, ad quæ Dominus non obligatur. Vid. *Kohl. de servit. feud. Part. 2. num. 21. seqq.*

* * *

Quæst. 50. Hæc Qu. aliquoties quidem supra attracta, quorsum B. L. remittimus, *Videant. tamen adhuc Notata ad qu. sequ.*

51. Sed quid in Vasallis Imperii, si Dominus vel Imperator illos bello petat, an sic Imperator dominio directo excidit?

R esp

Resp. Status Imperii non solius Imperatoris Vasalli sunt, sed Imperatoris & Imperii conjunctim; quamvis ergo Imperator fidem, quam Statibus debet, violet, salvus tamen manet nexus Statuum cum Imperio.

Quest. 51. Dominum etiam directum, ob causas legitimas æquè ac Vasallum, feudali nexu solvi, Cl. Auctor tum præcedenti qu. 50. tum alibi proposuerat; sed quomodo hoc ad Imperatorem ut Dominum Directum statuum Vasallorumque Imperii apprimè applicari possit, qu. ? Et Resp. quemadmodum, ad Cæsarem solum Provinciarum Imperii feudaliū dominiū directum non spectat, idèd Imperator contra Leges feudalitatis in Vasallum Imperii peccans, in præjudicium totius Imperii Romano-Germanici, à feudali illa obligatione quidem in totum non liberatus erit, Vasallus Imperii tamen quem Imperator offendit, à juramento fidelitatis liber est, quamdiu Imperator vivit, & Imperat; Non autem à jure Imperii, si illud sit electivum, secus ubi est merè hæreditarium. Delinquit autem Dominus Directus vel *in personam Vasalli*: putà, si Vasallo bellum inferat, Vasallum verberet, occidat, injurietur, und sonst alle Trangfahlen und alles Herkenleyd anthut; uxorem, sponsam adulteret, filix, sororis pudicitiam commaculet; vel etiam *in personam alterius*: ut si parricidium committat, fratrem, aut filium fratris, ut solus succedat, interimat, si criminaliter damnatus sit, & sine dedecore in Curia stare non possit; dummodo jus Domini allodiale i. e. proprium sit; secus, quando Dominium directum ab aliquo superiore recognoscitur; Vel aliàs sit affectum pacto aliquo vel juris Primogenituræ, Senioratûs, Fideicommissi Familiæ perpetui, Confraternitatis &c. ubi Vasallus eximitur quidem à servitiis Domino delinquenti præstandis, verùm a, jus dominans Agnatis delinquentis, Aliisve quorum interest, competens non perit. Eodem modo, quo, nec Ecclesiæ Vasallus à Prælato offensus, ab Ecclesiæ servitiis, obsequiis, & obedientia prorsus immunis sit, Schrader. de Feud. p. 2. Sect. 9. n. 70.



CAPUT XXIV.

DE

ACTIONIBUS
FEUDALIBUS.

GENERALIA CAPITIS.

1. Quoties de feudo constituendo, seu de feudo promisso agitur, tunc illa actio datur ad consequendum feudum, quæ aliàs ex illo negotio nascitur, mediante quo alter ad feudum præstandum se obligavit.
2. Quoties verò feudum jam tum per investituram constitutum est, toties omnis illa actio sibi locum vindicat utiliter, quæ Domino vero aliàs competit directè. *Quale enim dominium, talis actio.*

I. Quotupliciter actiones circa feuda
competunt?

Resp. vel del feudo constituendo, vel jam constituto; & utroque casu tam Domino, quàm Vasallo datur actio.

* * *

Quest. 1. Proponit materiam, & methodum sequentium questionum.

2. Quo.

cap. XXIV. De
quomodo
datur
Resp. Si Vasallo
mino recognoscere
cere recusat. Veru
Quest. 2. Compe
promittentem, fe
arium, cui in Testa
arsu cum a Domino
rigenda, ut fiat feudum
viam vocant. Vide
Quest. 3. Non liber
Dominus, quia datur
in corpus rei feudali
hic respicitur, verum
in Dominium utile ha
Vasa nostra.

2. Quomodo de feudo constituendo datur Domino ?

Resp. Si Vasallus se rem suam ut feudum à Domino recognoscere vel promiserit, & postea hoc facere recitaverit. *Sint Disput. 13. thes. 1. lit. d.*

* * *

Quest. 2. Competit hæc actio non tantum contra Vasallum promittentem, sed etiam adversus hæredem Vasalli, & legatarium, cui in Testamento à testatore res aliqua est relicta, ut sis eam à Domino in feudum recipiat; Eoque etiam porrigenda, ut fiat feudum oblatum quod & *appropriatum, recognitum* vocant. Videat, *A. C. IV. Qu. 17. ibique Notata nostra.*

3. Quando Vasallo contra Dominum de constituendo feudo actio datur ?

Resp. Si Dominus feudum promiserit, & postea tradere detrectet, quod facere nequit, cum interesse præstando non liberetur. *Vid. supr. c. 12. qu. 18.*

* * *

Quest. 3. Non liberetur.) Quia naturalis ratio exigit, ut Dominus, quia dedit consensum de feudo tradendo, ipsum etiam corpus rei feudalis tradat, quippe non simplex consensus hic respicitur, verum & res consensu contenta, in qua Vasallus Dominium utile habet, *Vid. Aut. Cap. XII. Qu. 18. ibique Notata nostra.*

LII 3

4. Qua-

4. Qualis verò actio dabitur Vasallo ?

Resp. Ex illo contractu, per quem ad feudum præstandum se obligavit Dominus, e. gr. si per stipulationem, actio ex stipulatu; si per venditionem, actio empti locum habebit. *Ant. d. th. 1. lit. g.*

* * *

Quaest. 4. Ex pari æquitatis ratione & Dominus Vasallo tenetur, si feudum sit evictum; imò & Vasallo subvenitur, si hic in feudo emendo ultra dimidium læsus *arg. l. 2. Cod. De rescind. vendit. Rosenth. cap. 9. concl. 34. n. 14.* Conf. *Lauterb. in Tit. V. in O. Libr. 7. XVII.* item si per donationem feudum constitutum sit, condictio ex lege locum habebit, *Nov. 162. C. l. §. 1. Et Sancimus.* Si per cambium seu permutationem, præscriptis verbis agendum est, *arg. l. 4. C. De Rev. permut.*

5. Quid verò, si nullus contractus acceserit ?

Resp. Ex sola tamen promissione tanquam ex pacto moribus nostris datur actio, quæ hinc etiam condictio ex moribus appellatur. *Anton. d. l. lit. f.*

* * *

Quaest. 5. Quia Practica Imperii implicitatem Juris naturæ & Gentium attendit & sequitur, ubi aliquid serio, & enixa voluntate promissum est, quæ promissio firmam pariter obligationem inducit, ac si civilis & solennis contracta obligatio esset, *vid. Lauterbach. ad 7. Tit. de Constat. ex L. in fin.*

Quaest.

Actio
Quæ actio
feudum

Resp. Directa rei
vis extraneo possessio

Quaest. 6. Si fe.
Domini & Vasalli
ndus; specialis verò
lus vel nalis, vel neque
directio feudum vindicatio

Quid verò si
in vindicatio

Resp. Vasalli cau
adrevell. pag. 410. Don
num. Hinc si Vasallus
Dominus deturum adm
17. lit. e

Contra Va
dicatione

Resp. Neg. nisi fe
Dominum reverfunt
neat, *Schr ad. P. 2. P.*
1. num. 4. modò
ipfo jure feudum

6. Quæ actio Domino competit, si feudum jam constitutum?

Resp. Directa rei vindicatio, quâ feudum à quovis extraneo possessore revocat. *Struv. c. 16. th. 2. n. 3.*

* * *

Quaest. 6. Si sc. Vasallus feudo sit privatus; secus verò, ubi Domini & Vasalli causa agitur, tunc Vasallus Domino præferendus; specialis verò ratio feudi illicitè alienati; aut si vasallus vel nolit, vel nequeat agere, ut *in qu. 7. sequ.* ubi Dominus directò feudum vindicat.

7. Quid verò si Vasallus & Dominus in vindicatione feudi concurrant?

Resp. Vasalli causa potior est, ob dominium utile *Ludovell. pag. 410.* Domino nullum contingit præjudicium. Hinc si Vasallus vel nolit, vel non possit agere, Dominus demum admittitur. *Struv. d. l. Anton Disp. 13. th. 15. lit. e.*

8. An contra Vasallum Dominus vindicatione uti potest?

Resp. Neg. nisi feudum finitum, vel ob feloniam ad Dominum reversum, Vasallus tamen nihilominus detineat, *Schrad. P. 2. Part. 9. princ. Sect. 9. n. 22. Struv. e. 16. th. 2. num. 4.* modò sententia privatoria accesserit, nam ipso jure feudum non amittitur, vid. *supr. c. 23. quaest.*

quest. 44. alias actiones, amisso feudo Domino competentes, recenset. *Schrad. cit. loc.*

* * *

Quest. 8. *Privatoria*: Et sic declaratoria non sufficit, nam ipso iure feudum quidem resolvitur, sed non amittitur, per ad. *Cap. XXIII. qu. 44. tradita.*

Schrader.) Ut rei vindicatio, publiciana, condictio ex *L. 25. C. Locat. cond.* quæ Domino Emphyteusos ad repetendam Emphyteusin competit, sed hinc vid. omnino Dn. Brunnemann. ubi exceptiones subjicit; condictio ex moribus, condictio sine causa, actio in factum seu P. V. & condictio ex *Capit. Imperialem De Prohib. feuda alien. 2. f. 55.*

9. Qualis ad servitia præstanda Domino competit actio?

Resp. Non vindicatio, sed actio personalis ex contractu feudali oriunda, *Struv. d. th. 2. num. 5.* Quo casu & actionem præscriptis verbis locum habere posse, probat *Ludov. pag. 412.* ob concurrentem contractum innominatum *d. ut facias.*

* * *

Quest. 9. Tenor Investituræ potissimum hinc inspiciendus, unde obligatio ad præstanda servitia, æquè ac ex contractu emphyteutico ad canonem procedit, competit verò actio P. V. quæ generalis, non, nisi cessante nominato contractu.

10. Quæ verò ob servitia non præstita actio datur?

Resp. Revocari feudum potest conditione causa data causa non secuta. *1. F. 21. Struv. d. l. n. 1.*

Quest.

Quest. 10. Con
nem contractus mo
verb. Tunc condictio
dam, ex quo non per
Implementum actione
verbach, ad. Th. De
istur.

11. Competit
di actione

Resp. At. vel re
candæ.

Quest. 11. Seriem o
tionum.

12. Quo

Resp. Si vel à Va
ni directi turbetur; n
servitiorum impediatur
d. Un possessio agere po

Quest. 11. Adverbia
salutem in Visa sua po
ni possessio Domini p
bucanis hpi factæ age
modo succurritur. vid.

* * *

Quaest. 10. Concedentis est eligere, utrum ad rescissionem contractus mediante hac conditione probant *i. f. 21.* Verb. *Tunc conditio causa data proponitur ad repetendum feudum, ex quo non servit Domino.* ibique Gothofred. *l. a.* an ad Implementum actione praescriptis verbis agere velit, vid. Lauterbach, *ad π. Tit. De condit. caus. dat. caus. non secut. in lit. b. inter.*

II. Competuntne Domino ratione feudi actiones ex interdictis?

Resp. Aff. vel retinenda possessionis, vel recuperanda.

* * *

Quaest. 11. Seriem quarundam sequentium continet Quaestionum.

12. Quomodo retinenda?

Resp. Si vel à Vasallo in quasi possessione domini directi turbetur; vel ab extraneo in perceptione servitiorum impediatur, ubi utili actione ex interdicto. *Uti possidetis* agere poterit. *Ant. Disp. 3. th. 5. lit. b.*

* * *

Quaest. 12. Adversus extraneum à Domino aequè agi potest, si vasallum in sua possessione turbet, quo ipsum Jus, seu quasi possessio Domini periclitatur, hinc vasallus, si ratione turbationis ipsi facta agere nequeat, vel nolit, soli Domino hoc modo succurritur. vid. Lauterb. *ad π. Tit. Uti possid. in S.*

M m m

13. Quo-

13. Quomodo recuperanda ?

Resp. Si vel Dominum Vasallus amplius recognoscere nolit, & servitia exigenti restiterit; vel alius per vim servitia vel pensiones à Vasallo exegerit. *Ant d. l. lit. c.*

* * *

Quest. 13. Tum utile interdictum unde vi, tum remedium ex Canone *Redintegranda, Caus. 3. quest. 1.* quod & contra vasallum homagium denegantem etiam datur, competit. Item Domino officium Judicis impertitur, quod implorare potest, ut vasallus compellatur Dominum recognoscere, more solito; nec non Remedium utile *ex L. f. Cod. De acq. vel amit. poss.* quo Dominus adversus tertium, ad quem feudi possessio per negligentiam aut dolum vasalli pervenit, ad revocandam quasi possessionem à vasallo sibi per negligentiam vel dolum interversam, agit, vid. omnino Brunnem, *ad d. l. fin.*

14. Quæ ob feudum alienatum Domino datur actio ?

Resp. Aut licitè alienatum, i. e. consensu Domini, & ita actio non datur; aut illicitè, & rei vindictio competit.

* * *

Quest. 14. Complurcula Remedia Domino competentia *ad qu. preced.* 8. recensita sunt.

15. An

An & pra
datur, si

Resp. Negat h
de directa concedi
nullum Dominus
locum habere poss
probat *Lodov. p. 41*

Quest. 15. Quam
etur, qualitas tamen p
ret, æquè ac ipsa res fe
conditio persona locum
absurdum statuere; p
petere

16. Quæ actio

Resp. Vel realis,

17. Quando a

Resp. Si feudum
us utili rei vindictio
in etiam si Dominus
videm contractus
p. 13. ib. 3. lit. c.

15. An & præjudicialis actio Domino datur, si quis neget, se Vasallum esse?

Resp. Negat hoc *Sirrv. cap. 16. th. 2. num. 6.* Quod de directa concedimus; nam in personam Vasalli jus nullum Dominus habet. Utilis tamen actio, quòd locum habere possit, argumento à liberto deducto, probat *Ludov. p. 413.*

* * *

Quaest. 15. Quamvis Jus in persona hìc directò non vindicetur, qualitas tamen personalis, quæ personæ Vasalli inhæret, æquè ac ipsa res feudalis consideratur, & per consequens conditio personæ locum huic actioni facit, proindeque haud absurdum statuere: præjudicalem actionem dicto sensu competere

16. Quæ actio datur Vasallo de feudo constituto?

Resp. Vel realis, vel personalis.

17. Quando actio realis ei competit?

Resp. Si feudum ab alio detineatur, ubi Vasallus utili rei vindicatione illud repetere potest, *2. F. 8. §. Rei.* etiamsi Dominus feudum detineat, agit enim contra fidem contractûs, & hinc injustè possidet, *Anton. Disp. 13. th. 3. lit. c.*

Mmm 2

Quaest.

Quaest. 17. Possidet.) Sc. postquam feudum est actualiter traditum; datur etiam contra haeredes quàm possessores l. 42. ff. *De R. V.* ut rem cum omni causa restituant; Et rei vindicatio utilis omnibus datur, qui habent utile Dominium. In Regalibus Feudis Majoribus, etiam, post immemorabile tempus, maximè, ut Hugo Grotius, ille Naturæ ac Gentium Juris dictator rectissimè limitat, ubi sc. *validissima in contrarium sunt rationes*, quam restrictionem omninò attendi volo, adhuc obtinere rei vindicationem, haud addubitamus; Etenim à parte invadentis vel occupantis, ejusque successoris Universalis, qui defuncti jus tantùm continuat, l. 11. π. *De Divers. & tempor. presc. l. 10. C. De acquir. vel retin. possess.* Consequenter in vitia defuncti succedit, Brunnem. *Ex Justin. VIII. ad §. 12. inst. De Usuc. n. 7.* Scientiam rei alienæ impedimentum præstare legale, extra pugnam ponit *Cap. 7. Verb. Donec De prescriptione canonica fecerint plenam fidem. De Privileg. in 6to. & cap. 15. nec non fin. X. De Prescript. Gail. 2. Obs. 18. n. 6. 7. Struv. Ex XLIII. Th. 23.* Cui accedit objecti inalienabilis & inprescriptibilis ratio; Esse autem Publica Bona sc. Status f. Domaniãlia res inalienabiles & inprescriptibiles, quia sunt publici Juris res, probat l. 9. π. *De Usurpat. & Usuc.* ibique *Gloss. in lit. C.* Quas ipse Princeps ejusve Successor, nullo obstante tempore lapsu, revocare potest, quin & teneatur, certiori evincunt. calculo allegat. *Grot. De l. B. & P. Libr. II. cap. VI. n. 11.* Barthom. de las Casas Tr. *Utrum Reges vel Principes Jure aliquo vel titulo & salvâ conscientia Civés ac subditos à Regis Corona alienare & alterius Domini particularis ditioni subicere possint?* Bodinus *De Republ. Libr. I. Cap. 19.* Wissenbach. *Disput. ad π. XX. Vid. Vindic. & Not. nostra in Gail. 2. Obs. 160. n. 5.* A qua sententia textus 2. f. 55. *Verb. Nullius temporis prescriptione impediante. & l. 6. C. De Prescript. 30. vel 40. annor.* Non sunt alieni. Quam ob causam ait *Frider. Mindan Libr. II. Cap. 67. n. 4.* Nulla currit prescriptio, ne centum, vel quingento

peram eundem anno
in terras & provinc
vilegiarum obtine
vocatione Status
Confer. Müller. in ser
jungantur Noza ad p

S. Poteritne
bliciana

Resp. Aff. Etiam
l. possessio enim in
ocobitat, quod Pu
tur. §. 2. l. de Aet. A
zona fidei possessore
set; hic vero à non
Modern. ff. in de Publ.

Quaest. 18. Nam
um, & possessionem re
tractu feudali haber, de
indicare etiam Domino
ena, cum actio publician
libos, in quibus Domini
Confer. omninò Lauterba
obj. Passiv.

An etiam
gatoria

Resp. Aff. Quoties
sur, vel alius serva
M.

gentorum quidem annorum; Princeps enim possidendi animum terras & provincias nunquam deponit; Consequenter privilegiorum obtentu, nec immemorialis Temporis lapsu à revocatione Statûs s. Domanicalium Bonorum exclusus erit, Confer. Müller. in Struv. Ex. XLIII. Th. 24. lit. d. Præterea jungantur Notata ad præced. Cap. XI. Qu. pen. & ult.

8. Poteritne verò Vasallus etiam Publiciana actione experiri?

Resp. Aff. Etiam si ipse Dominus possideat, Anton. d. l. possessio enim intuitu utilis domini est vitiosa. Nec obstat, quòd Publiciana contra Dominum non detur. §. 4. l. de Act. Aliud enim est in Vasallo, quàm bonæ fidei possessore. Ille causam à vero Domino habet; hic verò à non Domino. Ludov. p. 414. Vid. Usus Modern. ff. tit. de Publ. act. §. ult.

* * *

Quest. 18. Nam publiciana tantum b. f. titulum validum, & possessionem requirit, quem titulum Vasallus ex contractu feudali habet, & sic potest rem mediante hac actione vindicare etiam à Domino, quæ assertio à Jure Civili, non est aliena, cum actio publiciana etiam contra Dominum detur, in casibus, in quibus Domini exceptio replicatione eliditur, Confer. omninò Lauterbach. in π. Tit. de Action. publician. in Subj. Passiv.

19. An etiam actio confessoria & negatoria Vasallo datur?

Resp. Aff. Quoties servitus feudo debita ipsi denegatur, vel alius servitutem in feudo sibi adscribere

Mmm 3

vult,

vult. d. §. *Rei. Ant. lit. e. Bifchius ad 2. F. 8. pag. 257.* sicut & aliarum actiones, quæ jure civili utile dominium habenti competunt, Vasallo non denegandæ, ut actio communi dividendo finium regundorum, actio furti, &c. *Anton. d. l. lit. g.*

* * *

Quest. 19. Etc.) V. g. ut actio injuriarum, novi operis nunciatio, item depositi, non tam contra sequestrum, quam adversus simplicem depositarium, qui rei feudalis custodiam in se recepit, actio ex l. *dissamari. §. Cod. de ingen. manum. addat.* Auct. supr. *Cap. X. Qu. 10.*

20. Sed an petitione hæreditatis uti poterit ?

Resp. Aff. Si feudum sit merè hæreditarium, & alter pro hærede, vel possessore possideat. Aliàs rei vindicatione opus habet, ob dominium per successionem ad Vasallum devolutum. *Anton. d. l. lit. b.*

* * *

Quest. 20. Obtinet hæc in feudo merè hæreditario, secus verò, si ex pacto & providentia Majorum feudum ad Vasallum sit devolutum, tunc enim petitionem hæreditatis rectè denegant, rei vindicationem v. concedunt *Rosenth. Cap. 7. Concl. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.* Vid. Auct. *Supr. Cap. IV. Qu. 45.*

21. An & interdictis uti poterit ?

Resp. Aff. & quidem adipiscendæ possessionis, ut *quorum honorum*, quod datur ab intestato successuro. Retinendæ, veluti interdictum *uti possidetis*, contra quem-

Affirmat
turbantem.
sua spoliatu
habet, vel acti
3. quest. 1. Anton.
num potius actio
6. tit. 3. num. 1. Ludo
tino illata. Sirwo. c. 1.

Quest. 21. Ab inter
petit, Lauterbach ad
Instituenda / l. l. l.
Interdictio utitur ; Si
modo tunc & acq. a
Lauterbach, in 7. Tit. de

2. Quanam p
lo contra

Resp. Ex contra
dod Dominus Vasallu
e recipiam vel inve
denegat. Sirwo. c. 16.

Quest. 22. Vid. Auct.

Quæ actio
cto fe
sp. Conditio e

quemvis turbantem. Recuperandæ, si vafallus possessione suâ spoliatus, ubi vel interdictum unde vi locum habet, vel actio de spolio ex *Can. Redintegranda. C. 3. quest. 1. Anton. d. l. th. 4.* hoc casu tamen contra Dominum potius actio in factum instituenda. *Seruv. cap. 16. th. 3. num. 3. Luduvell. pag. 416.* nisi vis armata à Domino illata. *Seruv. c. 11. th. 3. num. 1.*

* * *

Quest. 21. Ab intestato.) Etiam ex testamento successuro competit, *Lauterbach. ad Tit. π. Quor. bonor. in 5.*

Instituenda.) Ubi sc. Vafallus sine verborum acerbitate hoc Interdicto utitur ; Si verò vis illata, armis alioque violento modo tunc & æquè actionem spolii instituere potest, *confer. Lauterb. in π. Tit. de vi & vi armat. in Subj. P.*

22. Quænam personalis actio Vafallo contra Dominum competit ?

Resp. Ex contractu feudali, ad præstandum id, quod Dominus Vafallo promisit, vel ut fidem quoque reciprocam vel investituræ renovationem Vafallo non deneget. *Seruv. c. 16. th. 3. n. 5.*

* * *

Quest. 22. Vid. Aut. ipsum Cap. XIII. Qu. 13.

23. Quæ actio contra Dominum evictio feudo datur ?

Resp. Condictio ex lege, seu potius ex consuetudine

tudine feudali, ut vel feudum aliud ejusdem bonitatis restituat, vel æstimationem præstet, 2. F. 3. princ. Ludov. p. 415. Et hæc conditio toties obtinet, quoties actionis nomen deficit. arg. L. un. ff. de Cond. ex Leg. Quòd si verò feudum tali contractu quæsitum, cui evictioni præstatio inest, e. gr. si feudum emerit, actione ex eodem contractu ad evictionem agitur.

* * *

Quæst. 23. Præstet.) Quia Vasallus non merè lucrativam, sed onerosam causam habet, ubi servitia præstare, Dominum honorare & sequi debet; unde etiam Dominus ex pari æquitatis ratione evictionem præstare cogitur, cum aliàs locupletaretur, contra naturalis juris rationem, cum alterius damno & detrimento, maximè si feudum reverà sit ablatum.

24. Quænam alienato feudo agnatis competit actio?

Resp. Vel actio ex jure προτιμήσεως, vel ex jure devolutæ successione, quæ utroque casu actio revocatoria feudi dicitur. Ant. D. 13. th. 6. vid. supr. Cap. 20. quæst. 2. seq. Omnes autem actiones hucusque adductæ, etiam in feudis Imperii sibi locum vindicant. Iter. c. 25. §. 2.

* * *

Quæst. 24. Vid. Notata ad Cap. XX. Qu. 2. & seqq. Etiam in feudis Imperii sibi locum vindicant.) Ratio hujus decisionis in aprico est; Feuda quippe Imperii etfi aliis nunquam non sint majora & ampliora aut dignitatem etiam nexam habentia; Feuda tamen sunt; iisdemque, quibus & alia constituuntur modis; idemque juris Vasallo atque Agnatis, tum in petitorio, tum

CAP. XXV. De
 in petitorio, pariter
 in quoque actiones
 ind. 1. §. Rei autem.
 et putat corporalis, fer
 sed sunt ex principio fe
 notum. adob, ut Dn.
 n. 76. valde apponit ag
 ditionis Regalem Dignit
 sine allodialia sint, fe
 C. Cum vener abilis. n.
 vult. & cum feudo
 an autem revocacione
 dicitur ex jure Civitatis id
 in autem. De investitur
 agnatis quoad quasi fe
 corpor alibus legatur, n
 hinc speciale aliquod obvio
 officii iudicis meminere
 locum habere neg

CAP
 JUDICI
 CESSU
 GENE
 Concessio feudi invo
 respectu tantum eju

tum possessorio, pariunt; Unde suâ sponte, consequitur, Eadem queque actiones subinde competituras, argumento 11. *Fend. 8. §. Rei autem.* actionis, quippe, genus, ratione objecti rei putâ corporalis, sive exiguæ, sive grandioris, haud mutatur, sed fluit ex principio suo constitutivo; quod vel Logicis satis notum. aded, ut Dn. Sixtinus de *Regalibus. Libr. I. cap. III. n. 36.* valdè appositè apprimèque dicat: *Non autem, inquit, de bonis Regalem Dignitatem habentibus, ut rebus corporalibus, sive allodialia sint, sive feuda, nec rectè sentit Innocentius in C. Cum venerabilis. n. 2. Vers. si autem quis petat. De Religios. Domil. & eum secutus Afflicus Dec. 256. n. 21. officium iudicis non autem rei vindicationem, de illis bonis competere, cum non solum ex iure Civili id non proberur, sed & jus feudale in C. 1. Rei autem. De investitura de re alien. fact. (sc. 2. feud. VIII.) indistinctè quoad quasi sive vilem rei vindicationem de rebus corporalibus loquatur, nec ullo modo innuat in feudis Regalibus speciale aliquid obtinere; neque etiam Dd. in d. §. Rei autem. officii iudicis meminerint, vel in feudis Regalibus rei vindicationem locum habere negent,*

CAPUT XXV.

De

JUDICIO ET PROCESSU FEUDALI.

GENERALIA CAPITIS.

1. Concessio feudi involvit jurisdictionem in Vassallum, sed respectu tantum ejus feudi. Undè si de feudi constitutione

N n n

tionem

zione nondum constet, vel de obligatione personali ipsius Vasalli aut Domini quæstio sit, non ad iudicem feudalem, sed ad iudicem ordinarium itur.

2. Controversiæ autem feudales vel concernunt diversos Vasallos, & iudex est Dominus: vel concernunt ipsum Dominum & Vasallum inter se, & hoc casu Pares Curie seu Convassalli, non ipse Dominus, iudicabunt.

1. Quis iudex causarum feudalium?

Resp. Dominus & Pares Curie; interdum verò ad ordinarium iudicem recurritur. *Struv. c. 16. th. 4.*

Quest. 1. *Recurritur.* In casu, ubi causa controversa non est feudalis, vid. *infra qu. 10.*

2. Quinam sunt Pares Curie?

Resp. Sunt ejusdem Domini Vasalli in eodem territorio, ita dicti, quod pares sint inter se, respectu ejusdem curie Domini. *Vult. lib. 1. c. 7. num. 26.*

Quest. 2. *Pares.* vocantur Männer / hinc iudicium feudale vocatur das Mann-Gericht / addant. *Notata ad Cap. XII. qu. 9. 10.*

3. Quando Dominus competens iudex est?

Resp. Si inter plures convassallos de feudo controversia

omnia moreatur.
w. c. 16. th. 5.

Quest. 3. Pares
beatos & praelatos,
feudale non fundatur

4. Sed anno
bere

Resp. Distingui
regalia; in illis solus
iudicabitur Paribus Curie
Pares Curie sunt
2. F. 1. 5. in fin. Struv.
obtinere, sed in con

Quest. 4. Veni
habere; Sed omnino v
pit. Leopold. ubi air
nihilum in regie ad
fuisse decisa à solo Imp
ex Proceribus Imperii d
sententia: In controver
Imperi Majoribus alte
dis, Imperatorem qui
tamen eum facere, si
modi causis, unde fa
quorundam Electorum
sententias exquirat
servandus Artic. XX

troverfia moveatur. 2. F. 55. §. fin. Anton. disp. 14. th. 2.
Struv. c. 16. th. 5.

* * *

Quest. 3. Plures comensallos.) Intellige qualitate feudali
beatos & præditos, hæc enim si ab una parte deficiat, forum
feudale non fundatum erit.

4. Sed annon Pares Curia simul adhi- bere debet Dominus ?

Resp. Distinguunt Dd. inter feuda regalia & non
regalia; in illis solus Rex vel Imperator judicat, non
adhibitis Paribus Curia, 1. F. 18. in his verò Domi-
nus Pares Curia simul adhibere debet. d. text. 1. F. 18.
& 2. F. 15. in fin. Struv. d. tr. 5. n. 1. quod moribus non
obtinet, sed in consilio Principis causa ventilatur.

* * *

Quest. 4. Ventilatur.) Ita se practica moderna quidem
habet; Sed omnino videndus Dn. Maurit. ad Art. XXVII. Ca-
pit. Leopold. ubi ait: Monumenta antiqua excutientibus ma-
nifestum sit usque ad tempora Maximil. I. nunquam causas
fuisse decisas à solo Imperatore sed adhibitos simul quosdam
ex Proceribus Imperii &c. &c. additque Mea de hac re sic est
sententia: si controversia sit inter duos Principes de Feudis
Imperii Majoribus alterutri parti per definitivam abjudican-
dis, Imperatorem quidem esse judicem competentem, cautius
tamen eum facere, si juxta Instrum. Pac. Art. V. §. 54. in ejus-
modi causis, unde facile tumultus in Imperio oriri possunt,
quorundam Electorum & principum utriusque religionis vota
& sententias exquirat; In casu præscribendi Status v. hodie
observandus Artic. XX, Cap. Carol. VI,

Nnn 2

§. Quis

5. Quis in Imperio nostro de feudis majoribus cognoscit ?

Resp. Solus Imperator per *O. C. Part. 2. tit. 7.* adeo, ut nec Vicariis Imperii competat per *d. tit. 7. Struv. d. loc. n. 2. & 4. Diff. Iter. de Feud. Imp. c. 25. §. 19. Schwueder. de f. P. Part. spec. sect. 1. c. 33. §. 7. Carpz. de L. Reg. c. 11. sect. 15. n. 8.* Quanquam reliquorum Imperii principum consilium in his controversiis decidendis adhibendum esse velit. *Limn. de f. P. lib. 2. cap. 9. num. 30. & 34.* Quod non quidem expresso textu, observantia tamen aliquoties comprobatum, imo in *Instr. Pac. Art. 5. §. 55. in fin.* hoc arbitrio ejus relictum. Alia ratio est, si ob commissam feloniam feudo privare Principes velit Imp. quod non potest, nisi accedente consensu Electorum, *cap. Leop. Art. 28.*

* * *

Quest. 5. Nisi accedente consensu electorum. Hac in parte Capitulationes Imperatoris, ut Ferdinandi III, Leopoldi I, Joseph I, nec non Caroli VI, prorsus planæ claræque sunt.

6. Quando Pares Curiaë judicant ?

Resp. Quoties controversia feudalis Dominum concernit, sive directo, sive indirecto; toties Paribus Curiaë jurisdictio competit, ne Dominus in propria causa judicet. *Struv. d. l. th. 6.* quod & in feudis Imperii locum habere existimat. *Iter. c. 25. §. 7.*

* * *

Quest. 6. Toties Paribus Curiaë jurisdictio competit.) Quod de Imperatore habente controversiam cum aliis Principibus Statibusque Imperii, ratione causarum feudalium, quoque asseren-

offensum, per 2. feud
 serentia, quaque Vi
 us Imperator Judic
 su; Neque sententia
 A. B. Cap. V. §. 10.
 illimi decantatissime
 provisioni speciali non
 feudatum inter Domi
 nullum alium, quam
 uti Domini recusati
 nis verbis fieri debere
 Judicis in naturalit
 carpzovio p. IV. C. 42.
 indio P. X. sect. 6. n. 22
 nis, ad Ordinarium
 veniendum, Vultei, de
 Hartmann. de Feudis
 rerum A. B. loco citat
 terminis sequentibus
 us Imperator s. Rex Ro
 ventus fuerit, habeat
 or, totam Comitè Pal
 chei dazifero, Electore Pr
 Comes ipse Palatinus non
 hi Imperator seu Roman
 serere. Et itaque El
 Judex, quando ut impe
 ur alius Imperii Prince
 trahi velit, quo casu, r
 tid, in Camera forum
 il. V. tanquam Archid
 nem in modum ma
 ther Kayser entbiete
 schip 11. Confer, Ge

offerendum, per 2. feud. 57. §. pen. & Tit. de Pace Constantia. §. Sententia. quoque Versic. Et si qua controversia. Ubi Fridericus Imperator Judicio Parium in controversia feudali se sub-
 jicit; Neque sententiæ huic Constitutio generalis Caroli IV. in
 A. B. Cap. V. §. ult. Quicquam detrahit; Etenim exploratissimi decantatissimique Juris est, dispositionem generalem
 provisioni speciali non derogare; Cui accedit, quod causarum
 feudalium inter Dominum & Vasallum vertentium cognitio ad
 nullum alium, quàm ad Pares Curie pertineat, quod etiam in
 casu Domini recusati verum, quam recusationem tamen mode-
 ratis verbis fieri debere, tenemus; Quippe exceptionem suspen-
 si Judicis in naturali ratione & æquitate fundatam, cum Dn.
 Carpzovio p. IV. C. 42. d. 8. Existimamus. vid. Schrad. de
 Feudis P. X. sect. 6. n. 222. & sect. X. n. 34. Paribus verò recu-
 satis, ad Ordinarium loci judicem, aut electos Arbitros de-
 veniendum, Vultej. de Feud. Libr. II. Cap. 2. n. 37. Hartman.
 Hartmann. de Feudis. Obs. XXI. rectissime Judicant, quarum
 rerum A. B. loco citato, nullam planè mentionem facit, sed
 terminis sequentibus prorsus generalibus agit: ibi. *Et quam-
 vis Imperator s. Rex Romanorum, super causis, pro quibus im-
 petitus fuerit, habeat, sicut ex consuetudine introductum dic-
 tur, coram Comite Palatino Rheni, Sacri Romani Imperii Ar-
 chidapifero, Electore Principe respondere: Illud tamen iudicium
 Comes ipse Palatinus non alibi, præterquam in Imperiali Curia,
 ubi Imperator seu Romanorum Rex Prasens exiterit, poterit
 exercere.* Est itaque Elector Palatinus Imperatoris quidem
 Judex, quando ut Imperator convenitur, aliud, verò quando
 ut alius Imperii Princeps, v. gr. ceu Archidux Austriae in jus
 trahi velit, quo casu, nullâ Imperatoris dignitatis ratione ha-
 bitâ, in Camera forum sortitur, quare, cum Imperator Car-
 rol. V. tanquam Archidux Austriae conventus esset, sibi ipsi se-
 quentem in modum mandâsse legitur: *Wir CARL. &c. Kös-
 nischer Kayser entbieten dir Carls Erzh. Herzogen von Des-
 sterreich 2c. Confer, Gerl. Buxtorff. Dissertat. ad A. B. Concl.*
 Nnn 3 LXIV.

LXIV. *lit. 6. in fin.* quod à Comitiva Veteri Palatina descendere videtur, de qua, vid. Carpzov. *de Capitul. Cesar. Cap. ult. n. 7.* nec inde Autoritas Imperatoria ejusque candor nigrescit vel depretiatur, non magis ac Regum Galliæ Majestas imminuitur, quando Regibus à Parliamentis Jus redditur, imò illi nunquam non causâ cadant, notante ita graphicè Gothofredo *in l. un. C. Ne quis in propr. caus. in l. h.* Sed numne Imperator, hoc modo, in propria sua causa, Judex evadat: qu. ? Quod negandum rectius duco; Etenim notum, quòd Camera non solius Imperatoëis, sed & Imperii Judicium fit, vid. omninò Blum. *de Process. Camer. Tit. III. n. 3.* quanquam aliàs nil absurdi sapiat, Imperatorem ut nullum alium Superiorem recognoscentem in causa propria Judicem suum existere, ceu ab Imperatore Tiberio factum, Justinianus Imperator *in §. ult. Instit. de Vulgar. substit. & Jctus Pomponius in l. 41. n. de hered. instit. testatum reddunt;* Idem in causa propria, Imperatorem Antoninum fecisse, Jctus Marcellus *in l. pen. n. De his que in testam. delent. nec non Dd. in l. 1. C. Ne quis in propr. caus. affirmant, addat, Gail. 1. Obs. 1. n. 18. idique Nota & Vindic. nostra.* Quid, verò, ubi Imperator ob malam Imperii administrationem, aliasque causas, propter quas ab Imperio removeri potest, in Jus trahitur: Anne & tunc Elector Palatinus Judex solus fit, qu. ? R. Quemadmodum, juxta Philosophos, eadem destructionis & constitutionis principia sunt, ita quoque omnium Electorum ceu constituentium consensu, in exauthorando & destituendo Imperatore, opus est; uti Formulæ remotionis Adophi Nassovii, Ludovici IV. & Wenceslai protestantur; Hujus judicii tamen instituti non Elector Moguntinus, quamvis Collegii aliàs Electoralis Decanus, sed Elector Palatinus Director est, Vid. Schweder. *De Jure Publico Part. Special. Sect. I. Cap. XXXII. n. 9. & 11. in fin.* Ubi facultatem deponendi Imperatorem non soli Collegio Electorali, sed & reliquis Imperii Statibus competere tenet; inter alia allegans: Quòd regula illa perpetua non fit, maxime, ubi,

uti

& Pr
 Electores, sed om
 nium actum sine
 str. Pat. Weiphal

7. Quis ver
 Resp. Regularit
 minus, vel Vasallus
 it. Quòd si una
 te, electi ab uno j
 ven. in electione D
 odo jurtam suspicio
 tit.

Quest. 7. Dominu
 velle, ut solus Dominus

8. An Pare
 NOVO

Resp. Neg. Curr
 m. Corp. P. 1. C. 27. c
 ento fidelitatis ab in
 ditione administranda
 ut novum juramentum
 i. c. Srro. d. loc. n. 4.
 er Principis, relax
 sciatum Principi o

Quest. 8. Exigam

hic, diversitatis causa adfit. Si Imperator deponendus, non soli Electores, sed omnes Imperii Ordines conjunctim illum iuctuosum actum sine dubio perficient, inquit Burgold. *In instr. Pac. Westphal. p. 111. disc. 1. n. 3.*

7. Quis vero Pares Curia eliget?

Resp. Regulariter omnes judicabunt, nisi vel Dominus, vel Vasallus certos elegerint, quod facere possunt. Quod si unus eligat, alter vero eligere detrectet, electi ab uno judicabunt, *Struv. th. 6. n. 3.* Potior tamen in electione Domini ratio est, *Ant. disp. 14. th. 3.* modò justam suspicionis causam Vasallus non habuerit.

* * *

Quest. 7. Domini ratio est. Imò & Consuetudine induci posse, ut solus Dominus Pares Curia eligat, indubium est.

8. An Pares judicaturi juramento novo constringendi?

Resp. Neg. Cum nullibi id in jure feudali expressum. *Carpz. P. 1. C. 27. d. 2. n. 8.* Modò tamen in juramento fidelitatis ab initio præfinito clausula de jure & justitia administranda fuerit adjecta. Aliàs tutius est, ut novum juramentum exigatur, *Anton. Disp. 14. th. 4. lit. c. Struv. d. loc. n. 4.* Quòd si Vasallus sit simul minister Principis, relaxari solet hoc juramentum, quo speciatim Principi obstrictus.

* * *

Quest. 8. Exigatur. Abundans cautela non quidem nocet.

nocet, attamen superflua ad rem non pertinentia sunt inania verba quæ nihil operantur, *argum. l. 32. §. 6. π. De Aur. argenti. mund.* quæque nullus sequitur rerum effectus *l. fi. C. de Don.*

In fin.) Nempe Juramentum affecurationis quod, & in qualibet causa remittitur, ubi Domini interesse incipit.

9. An verò & Dominus jurabit?

Resp. Neg. De hoc enim sinistram suspensionem fovere Vasallis minimè convenit. *Anton. d. th. 4. lit. 6.* unde nec juramentum fidelitatis præstat. *Vid. supr. c. 13. quæst. 13.*

* * *

Quæst. 9. Hæc ad Cap. XIII. Qu. 13. jam explicata. Ibi que *Vid. Notata & allegata.*

10. Quando ad iudicem loci ordinarium itur?

Resp. Si vel causa non feudalis sit, ut de feudo promissa, sed nondum constituto; Vel si quis se Vasallum neget; vel inter Vasallos diversorum Dominorum lis sit, vel si de alia, non feudali re, litigetur. *Struv. thes. 7. num. 1. Anton. Disput. 14. th. 5. lit. a.* Vel si iudicium feudale planè deficiat, ut si fortè Pares alios Dominus non habeat. *Struv. d. l. n. 2.*

* * *

Quæst. 10. (1.) Si controversia inter Dominum & Vasallum & NB. alium sit, quâ ne quidem se Vasallum asserit; *(2.)* Si quidem inter Dominum & Vasallum, verùm de aliâ

re,

& P
 de non feudo litigetur
 De process. ex
 Si Pares curia
 em: (4.) Si Pares
 Pares Curia recitari
 Qu. 6. (1.) Si veru
 verant. (6.) Si duo
 Vasallos esse negant, u
 Curia iudicium traher
 nec Dominum,
 Qu. 90. Vide Lib
 via Nobile in Qual. 1.
) Si Vasallum, an res f
 CL in Auctor de feudo
 competens est.

1. An Vasalli
 ge

Resp. Aff. Si ca
 let, tecus in causa fu
 quam ultimum etiam
 tus ab eo allegati, 2. P
 Dominum feudi, se
 ante agere videntur.

Quæst. n. In fin.
 Iudicio Feudali Arbi
 nus Imperii docet
 nisi dicendum, quia
 tatio non est patrimo
 net; Arbitrè quippe
 Hero Parium conse

re, non feudo litigetur. Carpzov. *Libr. VI. §. 115. n. 13.*
Coler. De process. execut. p. 11. cap. 3. num. 319. & seq.
 (3.) Si Pares curiæ in eadem causa testes esse debeant;
 Item: (4.) Si rationabilis causa subfit, ut Dominus, vel
 Pares Curia recusari, ut suspecti, possint; Vid. *Notata ad*
Qu. 6. (5.) Si verus & assertus Vasallus de feudo contro-
 vertant. (6.) Si duo de eodem beneficio contendant, qui se
 Vasallos esse negant, ubi alter alterum ad Dominum vel ejus
 Curia judicium trahere non potest, cum is, qui Vasallus nega-
 tur, nec Dominum, nec Pares ibi habeat, *Jul. Clar. §. Feu-*
dum. Qu. 90. Vult. Libr. II. 2. n. 14. addantur hic *Vindic. &*
Nota Nostra in Gail. 1. Observ. I. n. 35. & Observ. XXIX.
 (7.) Si dubium, an res feudalis, nec ne, sit. (8.) Si agatur
 ut CL. ut Auctor de feudo constituendo, ubi Judex ordinarius
 competens est.

II. An Vasalli litigantes arbitrum eli- gere possunt?

Resp. Aff. Si causa ad ordinarium judicem spe-
 ctet, secus in causa feudali, vid. *supr. c. 19. qu. 22.* quan-
 quam ultimum etiam velit *Struv. d. c. 16. th. 8.* sed tex-
 tus ab eo allegati, *2. F. 15. & 2. F. 34. princ.* de causa non
 ad Dominum feudi, sed ad ordinarium judicem spe-
 ctante agere videntur.

* *
 *

Quaest. II. In fin.) Quia nulla ratio prohibet, cur non
 in Judicio Feudali Arbitrium locum habere possit, prout &
 Praxis Imperii docet; Aliud verò de prorogatione Jurisdi-
 ctionis dicendum, quia prorogatio non locum habet, ubi Ju-
 risdictio non est patrimonialis, vel singulari quodam jure
 competit; Arbitrator quippe Jurisdictionem non habet, sed so-
 lum libero Partium consensu adhibetur, ut arbitrio suo litem
 dirimat.

ooo

dirimas, *L. 14. C. de Jud.* Sicquē absque omni præjudicio Domini eligi potest.

12. Quis modus procedendi in causis feudalibus?

Resp. Regulariter idem observandus, qui aliàs in causis civilibus, nisi speciale quicquam jure feudali dispositum reperiat, *Struv. cap. 16. th. 10. Anton. D. 15. th. 1. lit. a.* quæ tamen specialia moribus ferè planè cessant. *Vid. q. 23. Carpzov. P. 1. c. 27. def. 2.*

* * *

Quest. 12. Reperiatur.) Nam Jure Feudali nullus peculiaris ordo Judiciorum præscriptus, ideoque ad Jus Commune recurrendum est 2. f. 1. *Vid. supra, Cap. I. Qu. 26.*

13. An Vasallus sine venia Dominum in jus vocare potest?

Resp. Negant hoc Dd. exemplo liberti. §. 12. *Inst. de act.* Sed veniæ impetratio in usu esse desit, ut sic ea nec quoad Vasallum necessaria sit; quanquam nihilominus modestè & reverenter citationem impetrare debeat. *Struv. c. 11. th. 3. n. 2.* Dominus tamen liberè Vasallum in jus vocare potest. *Anton. d. l. th. 2. lit. b.*

* * *

Quest. 13. Vid. Dn. Lauterbach. ad π. Tit. De in Jus Vocand. in Subj. P. ibique allegat. Autoritates.

14. Quo-

Quotuple
dali

Resp. Trina
rel decem dierum
§. 1. Anton. d. th. 2.
quæ in civilibus.

Quest. 14. Prae
th. ad π. Tit. de in Jus

15. Quid si

Resp. Dominus
ibi tamen intra an
vossessionem recup
ue si Dominus co
h. 17.

Quest. 15. Hæc a
riorum & Ordinationes
illius non statim amittit
negotium non comparat
necentis admittitur, &
ed Vasallo intra annum
illo restituitur, quod
um, probantib. L. 2.
X. lit. non cont. §. C
in Contrar.

14. Quotuplex citatio in causis feudalibus necessaria?

Resp. Trina, certo temporis intervallo, septem vel decem dierum distincta. 2. F. 22. princ. & 2. F. 24 §. 1. Anton. d. th. 2. lit. c. Hodie eadem ratio citandi quæ in civilibus.

* * *

Quæst. 14. Practica quotidiana loquitur ipsa, addat Lauterb. ad π. Tit. de in Jus Vocand. lit. D. inter.

15. Quid si Vasallus citatus non compareat?

Resp. Dominus in possessionem feudi mittitur, ubi tamen intra annum Vasallo licentia conceditur possessionem recuperandi, 2. F. 21. Ant. d. l. lit. b. idem. que si Dominus contumax, obtinebit, Struv. cap. 16. th. 17.

* * *

Quæst. 15. Hodie communiter secundum stylum Judiciorum & Ordinationes judiciares, proceditur, vi quarum Vasallus non statim amittit feudum; at, si ad citationem peremptoriam non comparuerit, Dominus ad probationem suæ intentionis admittitur, quâ probatâ, in possessionem mittitur. Sed Vasallo intra annum venienti, & se in judicio sistenti, possessio restituitur, quod Juri Civili, & Canonico quoque consonum, probantib. L. 2. ff. Quib. ex Caus. in possess. eat. C. 3. & s. X. Ut lit. non contest. Confer. Lauterb. ad π. Tit. IV. Libr. XLII, in Contrar.

Ooo 2

16. An

omni gratulatio Do-
endi in causis
ndus, qui alias in
quam iure feudali
th. 10. Anton. D. r.
bus fieri plane coc-
Feudali nullum pecu-
re ad Jus Commune
l. Q. 21.
ia Dominum
test.
lo liberti §. 1. h. f.
se desit, ut sic ca
nanquam nihil o-
onem imperare
nus tamen libere
n. d. l. th. 2. lit. b.
ad π. Tu. Du. ju. r.
itatu.
14. Quo-

16. An reconventio coram iudice feudali locum habet ?

Resp. Aff. Si causa sit feudalis; secus si non feudalis; nisi causæ sint planè connexæ, ita ut separari non possint. *Ant. Disp. 14. th. 2. lit. b.* Toties enim reconventio admittitur, quoties causæ qualitas cognitioni iudicis non exempta, vel quoties ipse iudex restrictam iudicandi facultatem non habet. *Ludov. pag. 417. Anton. Disp. 15. th. 3. lit. d.* hinc nec Vasallus coram ordinario iudice in causa feudali reconveniri potest.

* * *

Quaest. 16. Nempe, ut sint causæ homogeneæ, requiritur v. g. si super feudo litigetur & antiquiori Vasallo adjudicetur, tunc iste Vasallus novior omnes Impensas in feudi utilitatem factas, omniaque melioramenta, mediante reconventionem, repetere potest; secus verò, ubi causæ subsunt heterogeneæ, v. g. Ob aliquod non feudale debitum ubi reconventio ob causæ inhabilitatem non habet locum. *Anton. Disputat. Feud. XV. th. 3. lit. d.*

17. An Vasallus à Domino juramentum calumniæ exigere potest ?

Resp. Neg. ob reverentiam ipsi debitam. *2. F. 33. §. in quibus. Struv. c. 11. th. 3. n. 5.* Quod in *dd. text.* extenditur, ut nec Dominus à Vasallo exigere possit; ob fidem, quâ Vasallus Domino obstrictus. *Ludov. p. 418. Ant. Disp. 14. th. 4. lit. b.*

* * *

Quaest. 17. In fin.) Meritò hoc reprobatur, quia non eadem ratio in hoc casu, quæ in priori, ergò non idem Jus; Dominus enim non debet Vasallo honorem, reverentiam, sed tantummodò amorem;

18. Sed

Sed quid

resp. Hos
se, verius est; cu
bitum, ut hinc ita
inter convasallos
lum subest. Ludov.

Quaest. 17. Cl. Anton.

19. Quæ proba

Resp. Quæ per
iure feudali mulier
foeminam illustren
lit. d. in fin. hæc er
condemnare pote
etiam sunt testes ex
ter soli pro idoneis
qu. 9. & seq.

Quaest. 19. Exceptio
omnia tacere consilio
esse Virgines, quare
cillnas non respiciunt
storiarum monument
de & Victoriz prami
mum servitia præditi

20. Quot v

Resp. Duo, in
11. Conf. Iter. de

18. Sed quid si inter ipsos Vasallos lis fuerit ?

Resp. Hos juramentum calumniæ sibi deferre posse, verius est; cum nusquam hoc jure feudali prohibitum, ut hinc standum juri communi. 2. F. 1. Nec inter convasallos tantum fidei aut reverentiæ vinculum subest. *Ludov. p. 419.*

* * *

Quest. 18. Cl. Autoris sententia omninò valida certa que est.

19. Quæ probatio in causis feudalibus necessaria ?

Resp. Quæ per testes habiles facta: Inhabilis verò jure feudali mulier censetur, 2. f. 32. in fin. quanquam foeminam illustrem aliqui excipiant. *Anton. disp. 15. th. 5. lit. d. in fin.* hæc enim judicare, causas cognoscere & condemnare potest. *Ruttershus. l. 2. c. 3. q. 3.* Inhabiles etiam sunt testes extranei. Pares Curia verò regulariter soli pro idoneis reputantur, *d. text. Vid. supr. cap. 12. qu. 9. & seq.*

* * *

Quest. 19. Excipiant.) Quia videntur illustres personæ omnia facere consilio suorum Consiliariorum & reputantur esse Viragines, quare sexûs muliebris levitas & ingenii imbecillitas non respicitur. (2.) Quia illustres mulieres proit Historiarum monumenta probant, etiam præliis interesse, unde & Victoriæ præmia reportare, perque Substitutos minimum servitia præstare possunt.

20. Quot verò testes requiruntur ?

Resp. Duo, interdum quinque *Vid. supr. cap. 12. qu. 15. Conf. Ister. de feud. imper. cap. 25. §. ult.*

O O O 3

Quest.

* * *

Quaest. 20. Quae hic proposita ad Cap. XII. Qu. 15. Jam
ris explicata sunt.

21. Quid si actor in probatione deficiat?

Resp. Non statim absolvitur reus, uti de iure civi-
li fieri solet, sed juramento se purgabit. *Vult. lib 2. cap. 3.
num. 20.* Quanquam hoc ita explicari possit, ut scil.
etiam iure feudali, auctore nihil probante, absolutio
fiat: nisi alter pro se praesumptiones habeat, sic enim
illi, contra quem praesumptiones militent, à iudice
deferendum juramentum. 2. F. 33. §. Sacramentum.
Struv. c. 16. thes. 16. num. 1.

* * *

Quaest. 21. Hodie processus Juris communis observatur,
ita ut nec Sacramentales seu conjuratores, vel compurgantes
adhibeantur; Item cessat defensio per duellum, sed causa le-
gitimè tractanda & ventilanda. Dicitur processum Juris Civi-
lis hodie servari, quod accipiendum de casu, ubi pro uno vel
altero, Domino vel Vasallo fortiores pugnant praesumptiones,
probante cap. XXVI. 2. feud. Verf. princ. *Utrâque autem, deficiente
in probatione electio juris jurandi Agnatis danda est.* Et quaerit
concinne Dn. Gothofr. in *Notis ibi l. 1.* Cur danda est electio
jurisjurandi Agnatis? Et R. quia possessio feudalis indivise pre-
sumptionem pro possessore inducit, hic autem Agnati possident. Sed
quid: quo tandem iure Agnati jurabunt feudum antiquum es-
se, cum id verisimiliter possint ignorare? R. sufficere praes-
umptiones pro juramento militantes; Hinc iudex illi parti ju-
ramentum injungit, pro qua, NB. aliquid est, quod istum
moveat, quandoque possidenti, quandoque perenti; Quin
& pars parti juramentum deferre, vel illa, cui delatum est,
referre istud potest, Conferat. omninò *Struv. Syntagm. jur.
Feudal. cap. XVI. §. 16. n. 1. omnibus sequentibus.*

22. Quo

22. Quomodo

Resp. Ut non ra-
gravatus, iuret; sed
purgatores jurabunt
ei parentibus, id est
vero extranei esse po-
ssunt. *disp. 15. thes. 6. lit. c.*

23. Sed quid

Resp. Processus iur-
mentum, & actore non
conjectura pro una p-
mentu purgatoru delat-
mentales amplius non
*Ludov pag 420. Vult. d.
plice. Ord. Cam. P. 2.*

Quaest. 22. 23. Ita
deferre possit, quod vel
verò quod iudex altera p-
iurum vocatur, referriq-
iure, in Effet.

Publica, § in praxi ma-
rius. *Esthet boudr. P-
omnino Gal. 77. de P. P.
inlar omnium videndu*

24. Annon pr-
su feuda

Resp. Affirm. Et
feudalis praesumitur, s

22. Quomodo præstandum hoc juramentum ?

Resp. Ut non tantum ipse, qui præsumptionibus gravatus, juret; sed simul 12. Sacramentales seu Compurgatores jurabunt de credulitate sua, & inter hos 6. ex parentibus, id est agnatis esse debebant, reliqui vero extranei esse poterant. 2. F. 33. §. Et cum datur. Anton. disp. 15. thes. 6. lit. c. Vult. lib. 2. cap. 3. num. 20. in fin.

23. Sed quid hodie observatur ?

Resp. Processus juris communis regulariter attenditur, & actore non probante reus absolvitur, nisi conjecturæ pro una parte militantes exegerint juramenti purgatorii delationem, quo casu tamen sacramentales amplius non adhibentur. Struv. c. 16. n. 4. Ludov. pag. 420. Vult. d. l. nisi in crimine fractæ pacis publicæ. Ord. Cam. P. 2. Tit. 10. Gail. de P. P. l. 2. cap. 7.

* * *

Quest. 22. 23. Ita, ut pars parti judiciale Juramentum deferre possit, quod vel præstandum, vel referendum; illud verò quod Judex alterutri parti Juramentum imponit, necessarium vocatur, referrique nequit, Lauterb. ad π. Tit. de Jurejur. in Effect.

Publica.) In praxi numerus Compurgatorum est arbitrius. Stehet bey der Bescheidenheit des Richters. Conferat. omnino Gail. Tr. de P. P. Libr. II. cap. VII. n. 24. qui omnino instar omnium videndus.

24. Annon præsumptiones in processu feudali admittuntur ?

Resp. Affirm. Et sic res magis allodialis, quàm feudalis præsumitur, Struv. c. 16. th. II. Iter. c. 25. §. ult. vid.

27. An Appellatio in causis feudali- libus admittitur?

Resp. Affirm. Quia in genere ea licita est, nisi expresse prohibita sit, & facit huc textus *1. §. 22. §. fin.* Quod & ad alia juris civilis remedia extenditur, ut restitutionis in integrum, revisionis, nullitatis. *Vult. lib. 2. cap. 3. num. 28.*

* * *

*Quest. 27. Extenditur, De remediis sententiæ impugnativis aliis, addatur omnino Lauterbach. ad π. Tit. de Appel-
lation. in Contr.*

28. Ad quem verò in causis feudali- libus appellandum?

Resp. Gradatim, ad judicem feudalem proximè superiorem, vel hoc deficiente, ad judicem illius, qui in causa feudali judicavit, ordinarium. *Struv. cap. 16. thes. 9. Ludovell. pag. 422.* Camera Imper. appellationem super feudo regali non recipit, cum harum causarum cognitionem solus sibi reservaverit Imperator. *Vid. supr. quest. 5.* Super feudis verò mediatis appellatio in Camera recipitur. *Blum. Proc. Cam. Tit. 41. num. 8.* nisi Dominus feudi habeat jus de non appellando. Sicut & de feudis immediatis non regalibus Camera cognoscit. *Itter. cap. 25. §. 7.*

* * *

Quest. 28. Hæc quæstio ex supra allegatis locis omninò patescit, quòd L. C. remittimus, addantur adhuc Vindic. & Nota nostra in CL. Gail. I. O. I. n. 55. Sed hocce dubium adhuc superest: Annon ad Imperatorem, dictante 1. Feudor. 22. & non ordinarium appellari debeat? Imperator enim ibi ad se reverti debere causas feudales jubet. Sed ꝑ. Imperatorem se, tanquam

P p p

superio-

superiorem Dominum feudi, non tanquam iudicem ordinarium intelligere.

29. Quænam fatalia appellationis in feudalibus observanda?

Resp. Cum speciatim aliud non dispositum, eadem observanda, quæ jure communi, *arg. 2. f. 1. Anton. th. 8. lit. G.*

Quæst. 29.) Hujus qu. & ad illam datæ responsionis ratio Cap. 1. Qu. 26. satis superque fundata, & exarata.,

30. Quis exequitur sententiam feudalem?

Resp. Dominus feudi, si facultatem exequendi habeat. Aliàs iudex ordinarius, qui talis est vel ratione domicilii, si actio personalis; vel rei sitæ, si realis cujus auxilium iudex feudalis implorabit. *Vult. libr. 2. cap. 3. n. 29. Ludov. pag. 423.* Si Imperator sententiam tulerit, executio non fit ab Imperatore, sed à Ducibus Circulorum. *Vid. Blum. in Proc. Tit. 77.* Si unus circulus non sufficiat executioni, vicini circuli in subsidium vocantur. Premitti tamen solet *clausula paritoria* in sententiis imperatoriis, ut intra certos menses sententiæ sub poena pareatur.

Quæst. 30. Sententia Cl. Auth. extra omnem dubietatis aleam quidem posita, majoris declarationis gratiâ tamen adhuc Jungatur Struv. Synt. Jur. Feudal. Cap. XIV. §. 31. 32. & 33.

31. a. An Dominus condemnatus in solidum excutiendus?

Resp. Neg. Sed beneficium competentæ ei tribuunt

8 Pro
hinc De ad exemplum
P. 2. d. loc. modò
brader. P. 2. cap. 3.

*Quæst. 31. a. Modò
Dd. circa hunc articulum
argumentationem, à Patro
semper procedere, uti v
Middelburgo Loco Arg
namus, differendum
ominum ad incipit redit
inam cognoscens vincu
mias vocatur *arg. 2. f. 2*
atur, *Vid. Ant. Cap. 2*
super sit, *argum. l. 6. C.*
quæst. 21. Anton. Disputat
cas à se ipsa incipit, quo
fallus salutem propriam
omino *Ant. cap. XXIII*
*loc. allegat. XXV. n. 12**

31. b. Sed quidem

Resp. Beneficio co
quis dispar ratio; nisi

*Quæst. 31. b. Nisi aut
to differre, quòd Benef
nam Vasallus non gaudet
num suum inrecedit co
no nomine in Jure Fe
tate, beneficii istius partic
ad. l. 7. n. de Castrens. pecu*

tunt Dd. ad exemplum Patroni; *L. 17. ff. de Re judic. Ludov. d. loc. modò non Vasallus æquè pauper sit. Schrader. P. 2. cap. 3. num. 93.*

* * *

Quest. 31. a. Modò non Vasallus æquè pauper sit.) Varia Dd. circa hunc articulum est ratiocinatio; quidam negant argumentationem, à Patrono & liberto ad Dominum & Vasallum semper procedere, uti videre est apud D. Nicol. Eberhardum à Middelburgo *Loco Argumentor. Legal. XXV. n. 15. 16.* Ast non putamus, differentiam inter utrumque tanti esse, ut Vasallus Dominum ad incitas redactum propter arctissimum & amicissimum conjunctionis vinculum, quo Vasallus Domini uxor & amicus vocatur *arg. 2. f. 26. §. 7. 2. f. 47. 2. f. 58.* alere non teneatur, *Vid. Aut. Cap. XVIII. Quest. 34.* nisi Vasallus æquè pauper sit, *argum. l. 6. C. de servit. Et aqua Aut. cap. XVIII. quest. 28. Anton. Disputat. Feudal. VII. sh. 7.* tum enim Charitas à se ipsa incipit; quo etiam intuitu, nec Libertus, nec Vasallus salutem propriam Domini salutem postponere tenetur; *Vid. omninò Aut. cap. XXIII. Quest. 39. Eberhard. à Middelburg. Loc. allegat. XXV. n. 12. 13.*

31. b. Sed quid si Vasallus condemnandus?

Resp. Beneficio competentiae non gaudet, quia ejus dispar ratio; nisi actu miles sit. *L. 8. ff. de re jud.*

* * *

Quest. 31. b. Nisi actu miles sit.) Vasallum in eo à Domino differre, quòd Beneficio competentiae cum Domino tanquam Vasallus non gaudeat, dispar illa; quæ inter eum & Dominum suum intercedit conditio, satis indigitat; sed ut miles, quo nomine in Jure Feudali Communi sapissimè Vasallus venit, beneficii istius particeps est, probant. *l. 6. §. 18. π. de Re Jud. l. 7. n. de Castrens. pecul. cujus verba hæc sunt: Miles qui stipend.*

